quia gentiles stelle tantummodo visione confirmati
Christum per alias prius requirebant et iudei ab
infancia prophetias legentes de Christo in suis finibus
natum non susceperunt secundum Cris[ostomum] ad iudeorum
confusionem fuit. Et secundum Greg[orium] ad cumulum eorum
dampnacionis / quia ipsum eorum sciencia qua ex scripture
testimonio de loco nativitatis Christi dicebant eis
fuit ad testimonium dampnacionis, et nobis ad adiutorium
credulitatis. Secundo ad magorum in fide confor-
tacionem. Dicit enim Cris[ostomus] / quia iudei et magi se invicem
docent / quia iudei a magis audiunt quod ante
quidam prophete eum annunciaverunt, et ubi nasce-
retur proposuerunt / quibus geminato testimonio
ideo confirmati ardenciori fide Christum quererent
quem stelle claritas et prophetie manifestabat
auctoritas. Tercio ad ipsius Herodis in malicia
induracionem. Querit enim Cris[ostomus] quia Herodes
quesivit a iudeis ubi nasceretur Christus. Aut enim
credebat scripture iudeorum / aut non credebat.
Si non credebat quia gentilis erat, frustra
querebat ab eis scripture testimonium. Si non
credebat, quomodo cognovit se interficere
eum quem scripture regnaturum nunciaverunt.
Ad quod dicit Cris[ostomus] quia Herodes fuit in
malicia induratus et excecatus / partim dyabo-
lica instigacione et partim iudeorum invisione. Dya-
bolica quidem instigacione quia dyabolus instigabat
Herodem ut scripture crederet quod sciebat
mentiri non posse. Sed non sinebat eum
perfecte credere / ideo se eum posse interficere
cogitabat. Dicit enim secundum Cris[ostomum] omnes pec-
catores credunt tamen imperfecte / quia si perfecte
crederent, sic viverent quasi per modicum tempus
debent in mundo non quasi in eternum mansuri. Ex-
cecatus et fuit iudeorum invisione. Cum
enim Herodes quereret testimonium scripture
ubi nasceretur Christus iudei non integram
prophetiam exposuerunt sed truncatam. Subdit
enim in prophetia illa. Et tu Bethleem
terra Iuda / egressus eius ab inicio.

Capitulum

a diebus eternitatis. Quod si Herodes audivisset nequaquam Christum ad interficiendum quesivisset, vel pueros occidisset, audiens quod non esset rex terrenus. Magi celestis, cuius dies erat dies eternitatis. Vel ipsi Iudei verba prophete prodentes et in terra non dicentes. Unde quod Crisostomus dicit interfectorum puerorum fuerunt causa. ¶ Notandum est dicit quod secundum Augustinum aliqui ponentes fatum esse ipsam vim positionis et dispositionis siderum dixerunt omnia talia fato esse subiecta necessario, ipsos et actus humanos ex nostro libero arbitrio prodeuntes hinc dicti fato cum quadam necessitate subiecti tenebant, quorum dampnata est falsum et est contra fidem. Falsum quidem quia secundum Augustinum videmus adversum quod aliqui duo conceptu concepti et uno momento temporis nati et per consequens sub una constellacione, unus tamen eorum erit virtuosus, alius viciosus, cum eorum evenient prospera, alteri non adversa. Contra fidem vero est quia tunc homo suis operibus non mereretur vel demereretur, ex quo necessario in suis actibus et electionibus subderetur constellationibus siderum. Unde dicit Gregorius: Absit a fidelium mentibus ut fatum esse aliquid dicant. Et Crisostomus dicit: Quod si aliquis fiat adulter vel homicida propter stellam, magna est iniquitas illius stelle, maior vero iniquitas illius qui creavit stellas. Quia enim futurorum prescius deus ex quo tanta iniquitas futura erat per stellas, si deus noluit emendare, non est bonus. Si autem voluit et non potuit, impotens est. Alii non catholici secundum Augustinum omnium temporalium rerum quasi causarum quandam dei summi attribuunt voluntati et potestati fati nomine appellant. Secundum quem modum Boecius dicit quod fatum est dispositio inherens rebus mobilibus per quam divina providentia suis queque nectit ordinibus. Hic enim modo ipsa divina providentia secundum quod est affata et prolocuta vel preordinata in causis suis creatis procedens varia per suos ordines et contingencia contingere vel necessaria necessario fatum appellatur. Secundum quem modum si aliquis placitum divine voluntatis et potestatis vel ipsam dei providentiam prolocutam in rebus nominare fatum, sententiam teneat et linguam corrigat, et pertanto linguam corrigat

quia sine dubio convenit homines fati nomine magis ipsam dispositionem siderum intelligunt quam dei providentiam. Ideo non fideles tali nomine decipiantur. Catholici doctores fati nomine uti non debent. Ideo simpliciter est negandum quod homo in hora sue nativitatis sit fatatus secundum quod bona vel mala, gesserint bona vel mala potest recipere et operari. ¶ Notandum est dicit quod fortuna bona dicitur in aliquo quando evenit sibi aliquid bonum preter suam intentionem, et mala fortuna, quando sibi evenit aliquod malum quod ipse non putabat sibi evenire. Sed preter aliquid bonum vel malum evenire alicui preter intentionem propriam, quod tamen non evenit preter intentionem superioris cause cui subiacet. Cum ergo homo in suis electionibus et in suis actibus quos ex libero arbitrio elegit subiaceat pleno ipsi deo quantum ad inclinationem et angelis quantum ad intellectus illuminationem et celestibus corporibus quantum ad corporis dispositionem, ideo cum homo ex divina operatione inclinatur ad aliquid eligendum et ad aliquid sibi utile et ex angelica illustratione illuminatur ad illud bonum prosequendum et ex corporum celestium impressione disponitur ut illud bonum sibi utile operetur, cuius tamen utilitatem ipse ignorat, dicitur tunc bene fortunatus, et cum habet ex contrario celestium impressione dispositionem ad contraria dicitur infortunatus. Et quia hec dispositio vel inclinatio ex celestium corporum impressione homo recipit in sua nativitate, ideo plures dicunt quod esse bene fortunatum est esse bene natum, et esse male fortunatum est esse male natum. Hoc vero modo loquendo de fortuna in hora nativitatis contingit hominem esse bene vel male natum. Verum quia inclinationes derelicte in corporibus nostris et etiam in nobis ex corporis constellationibus non imponunt nobis necessitatem, nec faciunt in nobis coactionem, sed solum quandam dispositionem et quandam inclinationem, ideo nunquam ex impressione alicuius corporis nostra corpora sic disponuntur ad aliquod bonum prosequendum, quin possimus agere contrarium, vel unquam sic inclinantur ad operandum aliquod malum quin per liberum arbitrium et per habitum virtutis possimus contra talem inclinationem et dispositionem agere, quia domini sumus

per voluntatem a principio usque ad finem omnium actuum nostrorum secundum philosophum. Non negamus quod bonam et malam fortunam, vel dicimus ipsas inclinaciones vel disposiciones causatas in corporibus nostris ex impressione corporum celestium, secundum quas evenit homini aliquod bonum vel malum preter suam intencionem. Similiter si per bonam fortunam et malam intelligeremus tales inclinaciones causatas in corporibus nostris ex constellacionibus nos cogentes et necessitantes secundum quas necessario eveniret homini bonum vel malum preter suam intencionem, sic bona fortuna vel mala omnino secundum fidem neganda est. ¶ Advertendum est dicendum quod ex impressione corporum celestium non solum corpora nostra verum et corpora inanimata sortiuntur quandam efficaciam et virtutem preter illam efficaciam et virtutem quam habent propter qualitates activas et passivas elementorum, sicut magnes attrahit ferrum non quia ex aliqua efficacia qualitatis active vel passive elementi, sed ex efficacia sibi in magnete per impressionem corporis celestis. Consimiliter lapides et herbe quasdam virtutes et efficacias habent respectu aliquorum effectuum et operacionum corporalium non per activas et passivas qualitates elementorum sed per impressionem diversam corporum celestium, quas virtutes et efficacias alii lapides vel herbe non habent. Et eodem modo dicendum est quod ad aliquos effectus corporales per diversam impressionem alicuius constellacionis corporis celestis unus homo habebit aliquam efficaciam et virtutem quam non habebit alius, sicut unus medicus in sanando et unus agricola in plantando et unus miles in expugnando et unus nauta in navigando habebit maiorem efficaciam et virtutem quam alius. Cum igitur queritur si in actibus corporalibus unus magis possit esse fortunatus quam alius, dicendum est quod si duo medici in curando vel duo milites in expugnando eligant debita media per que debebant consequi finem intentum, non propter contrarium adelectorum unus dicatur magis fortunatus quam alius, ex eo quod uterque providit media per que potuit et debebat consequi finem intentum, sed contra ad opus execucionis unus magis debet dici fortunatus quam alius, quia aliquam efficaciam et virtutem et impressionem corporis celestis in exercendo tales actus corporales magis habuit unus quam alius, quamvis tamen

efficaciam ipse ignorabat. Ideo contrario talis actionis sibi preter intencionem suam, quamvis non preter intencionem superioris cause. ¶ Adiungendum est dicendum quod si fortuna accipitur respectu illorum agencium quibus possunt aliqua evenire preter actionem et intencionem ipsorum, quanto aliquod agens magis providet omnia que possunt evenire, tanto respectu eius minor fortuna accipitur. Et quanto aliquod agens pauciora providet et plura eveniunt preter ordinacionem et intencionem eius, tanto respectu eius habet esse maior fortuna. Unde dicit philosophus quod ubi plurimus intellectus ibi minima fortuna, et ubi plurima fortuna ibi minimus intellectus. Si igitur est dare aliquod agens sic universale quod omnia providet et ordinet, sicut est agens divinum, respectu eius nulla fortuna accipietur. Propter quod philosophus dicit quod ridiculosum est dicere deum fortunatum esse. Potest enim aliquod bonum vel malum evenire homini preter suam intencionem et preter celestis corporis disposicionem vel inclinacionem, et preter angelorum illuminacionem, quia omnia ista sunt agencia particularia, sed preter divinam providenciam que est principia ordinativa et factiva omnium, evenire nichil (vel nichil) evenire potest, ymmo omnia media et apta ordinat eius et attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter, per eius disposicionem et ordinacionem et provisionem evenire possunt. Ideo respectu divine providencie homo non potest dici bene vel male fortunatus.

Lectio quarta

Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre eius et procidentes adoraverunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum thus et mirram. Et responso accepto in sompnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Circa ista ut dicatur ewangelista determinat de magorum Christum inquirencium devota adoracione. Postquam enim stellam perditam reperiunt, gavisi sunt, quia sicut communiter magis gaudet homines de rebus perditis recuperatis quam de semper possessis. Unde dicit ewangelista quod videntes magi stellam gavisi sunt gaudio magno valde. Gavisi namque sunt secundum Crisostomum quia quod querebant invenerunt. Magi non gavisi sunt quia per misterium stelle apparentis intellexerunt dignitatem regis nati excellere incomparabiliter omnium mundialium regum. Sed valde, quia stellam perditam reperiunt. Vel gavisi sunt

q' hostem eruasserunt / gaudio magno q' stellam
viderunt / et valde / q' xpm quem querebant
inuenerunt ¶ Subdit ewangelista q' intrantes
domum inuenerunt puerum quem tamen pannis / alie-
ne operis indigentem, fandi impotentem et nulla
ab humane infancie qualitate distinctum / ut Leo
"in sermone 8. pape ait / Et debebant ut Crisostomus dicit / gauisi sunt ma-
gi / q' si eum tanquam terrenum regem inuenissent
magis fuissent confusi quam gauisi / q' tanti iti-
neris laborem sine causa suscepissent ¶ Sed quia hunc
q' ipsi celestem regem querebant / dato q' nil
regale terrenum viderent in eo / tamen solo stelle
testimonio contenti gaudebant oculi cord-
contemptibilem puerum aspicere q' spiritus sanctus in
A tunc maria mater cordibus eius terribilem eum monstrabat / vel subditur
eius quasi fuit at- q' procidentes adorauerunt eum / adoracione la-
tacta et ab eis tri(a?)e q' soli deo debetur ¶ Et apertis thesauris
Crisostomus dicit ut infra suis obtulerunt ei munera / aurum thus et
q. mirram. Singuli namque obtulerunt ista tria
non quilibet ipsorum alterum istorum / ut dicit Remigius
- Narrat de redi- ¶ Et responso accepto in sompnis non dicit per an-
tu magorum. gelum / q' responso fuerant mente Joseph
ut dicit Jo(seph) / ne redirent ad herodem / q' to
eius crudelitatem sciebant / per aliam viam reuersi sunt
in regionem suam / Secundum viam sine glosa ille eis os-
tendit qui dicit Ego sum via veritas et vita / Et
hic apparuit magna istorum magorum deuocio
et fides sine Crisostomo / q' non sunt scandalizati in
se ipsis dicentes Si magnus est iste puer ut
stella demonstrat / quare est necessitas fugiendi /
et q' nos occulte recedamus non redeuntes
ad herodem / Istud namque est vere fidei non
querere causas eorum q' a deo precipiuntur
¶ Sed hic primum(?) ex xor dubitaciones
¶ prima utrum stella ista quam viderunt ma-
gi fuit consimilis aliis celestibus stell(is)
¶ 2a utrum magi ab angelis bonis vel ma-
lis fuerint edocti q' hec stella significa(re)
xpm natum ¶ 3a utrum magi puerum adora-
uerunt adoracione diuina / vel latrie q' soli
deo debetur ¶ quarta utrum ista adoracio ma-
gorum conueniente modo facta sit ¶ Ad p(ri)-
mam est dicendum / q' Crisostomus mouet questionem
et soluit dicens stellam istam quam
viderunt magi quamuis sit multas differencias ha-
buisse ab aliis celestibus stellis / prima est
quantum ad motum / mouebatur enim a septentrione
ad meridiem / q' ita iudea ubi palestina iacet
ad persidem / nulla aliarum stellarum mouetur hac
via ut dicit ¶ 2a quantum ad situm / q' non fuit
in celo sed in aere vicino domui stabat / alio-
quin virginis non demonstrasset nec domum ma-
gis ondisset ¶ 3a quantum ad apparere / q' quando
volebat apparere apparebat quando non occultare
se occultabat sicut patuit quando magi in-
trauerunt iherusalem se occultauit / et postmodum
se ondit ¶ 4ta quantum ad lucem / q' ista stel-
la lucebat in nocte et in die / quemadmodum
columpna nubis ducens filios israel per de-
sertum / hoc autem non est virtutis alicuius
stelle sed noctis et lune in die lucere ¶ 5ta quantum
adstatum / q' quando optabat ire magos ibat
quando non stare stabat ¶ 6a quantum ad duracionem
q' alie stelle semper durant / hec per
temporis / q' alie stelle ... perducta ad per-
acto suo officio, magis ... producta ad per-
eum statim disparuit / et amplius visa non est
¶ 7a quantum ad dominium / q' alie stelle quantum
ad disposicionem et inclinacionem habent super homines
aliquod dominium / sed hec stella nullum imperium
sed solum obsequium exhibuit ¶ Ad 2am
est dicendum q' Augustinus mouet hanc questionem et soluit
dicens q' tam angeli boni quam mali potuerunt
magis indicere reuelaciones onde q' hec stel-
la xpm natum significabat / Nam angeli
mali puta demones hoc potuerunt magis
manifestare / q' ipsi demones xpm esse dei fi-
lium confessi sunt quando exibant a multis
dicentes Quid nobis et tibi fili dei excelsi
venisti ante tempus torquere nos / Potuerunt
similiter boni angeli reuelare eis q' hec
stella significabat xpm q' per eius natiuitatem
eorum salus querebatur et iniquitas dampnaba(tur)
Sed non isti magi fuerunt gentiles illius regio-
nis ubi Balaam dicebat illam prophetiam
Orietur stella ex Jacob / tunc sine Augustinus absque
alia reuelacione magi qui curiosi erant
in conspiciendo stellarum cursum videntes hanc
stellam extra ordinem mundi hanc esse intel-
lexerunt / quam Balaam futuram esse

indiciem regis indeorum prophanerat / Vel
interiori inspiracione spiritus sancti potuerunt
illustrari ut sicut stella exterius eos illumina
bat corporaliter / ostendendo viam / ita spiritus sanctus
interius illustrabat ut christum quererent et quesi
tum invenirent et inventum adorarent / Unde
aliqui hanc stellam spiritum sanctum esse dixerunt
secundum Remigium ¶ Sexta racio est dicendum quod honor vel
adoracio detur persone subsistenti et humanitas
per se esse / hinc tamen vel racio adoracionis possit
esse sicut vel virtus / vel aliquid existens in alio
/ humanitas autem christi secundum quod christus est natus
et puer erat / non habuit propriam personalitatem
et subsistenciam / sed subsistebat in persona verbi
eterni / Unde sicut una persona erat divinitatis
et humanitatis / ita una adoracione et una hono
racione adoratur et honoratur humanitas christi
et deitas eius / Unde dicit Damascenus 3° libro / Si
mec carbone propter ignem appositum propter quod
sicut eodem timore quis timet tangere ignem
et carbonem ignitum / sic idem honor debetur
humanitati christi et deitati eius / Fuerunt autem
aliqui ponentes duplicem personalitatem in christo
sicut posuimus in eo duplicem naturam / et si sic esset
non eadem adoracione adoranda esset creatura et
creator / sed in articulis dampnatum in consilio
Ephesino hoc reprobatum est / ubi dicitur Si quis
audeat dicere assumptum hominem coadorandum
deo verbo / quasi alterum alteri et non magis una a
doracione vel una supplicacione veneratur Emma
nuelem / in quo quod verbum caro factum est / ana
thema sit ¶ Ad 4am dicendum quod adoracio
magorum convenienti ordine facta est et ex parte
magorum adorancium et ex parte christi quem adora
verunt / et ex parte munerum que obtulerunt / Unde
enim Crisostomus sicut isti magi christum adoraverunt et post
adoracionem reversi sunt / quod fideles permanserunt cole
tes deum / magis et fervencius quam ante / et predican
tes christum multos in propria patria erudierunt
in fide / et quando beatus Thomas apostolus ad provinciam
illam venit ipsi erant adiuncti sibi et ei et bapti
zati sunt ab eo / factique sunt adiutores
predicacionis ipsius / In quo reprehendunt inde
quod istos magos testimonio prophetico instruerunt
de loco ubi christus nasceretur / et tamen ipsi prophe
tico dicto non crediderunt / ~~Unde secundum Augustinum~~

Unde secundum Augustinum fuerunt similes fabris archa Noe / qui
aliis ubi evaderent construxerunt et tamen ipsi perierunt
diluvio / et lapidibus miliaribus qui aliis via
ostenderunt et ipsi ambulare nequiunt vel non possunt
¶ Secundo hec adoracio fuit congrua ex parte pu
eri quem ipsi invenerunt / Certamus enim secundum
Augustinum christus potuisset se in perfecta etate de
monstrasse istis magis / Voluit tamen more in pro
nascencium in infantili etate et puerili inve
niri / quod sicut magi existimaverunt in eo crediderunt
veram humanitatem / et interius intellexerunt
veram divinitatem / Unde dicit Augustinus in epistola ad Vo
lusianum / Si nullas ex parvulo in iuventutem
mutaret etates / nullos sopnos caperet / nullos
cibos sumeret / nonne opinionem confirmaret
erroris non hominem verum ullo modo suscepisse
crederetur / et dum ipse hec omnia mirabiliter
facit auferret quod misericorditer fecit / Puer
igitur a magis inventus est / non tamen solus sed cum
Maria matre eius / Sed qualiter Maria inve
ta est ab eis / Crisostomus dicit quod invenerunt eam non
diademate coronatam sicut matrem regis
nec in lecto aureo recubentem / sed vix unam
tunicam habentem / non ad ornamentum corporis / sed
ad tegimentum nuditatis / quale habere poterat
uxor carpentarii peregre constituta / non tamen
invenerunt cum Ioseph / quod ut Fabius dicit / divino
nutu hoc factum est ut Ioseph esset absens
quando magi invenerunt puerum cum Maria matre
eius / ne aliqua male suspicionis occasio daretur
gentilibus regibus ¶ Tercio hec adoracio fuit con
grua ex parte munerum que obtulerunt / que fuerunt
convenientia pro regione de qua veniebant / Veni
ebant enim de Arabia / Arabes autem secundum Glosam
auro thure et diversis generibus aromatum multum
habundant / pro significacione quam habebat / quia
aurum solvitur christo sicut regi magno / thus quod
ponitur in sacrificio / sicut deo vero / mirra
autem sibi offertur tamquam pro salute omnium morituro
ut Augustinus dicit pro devocione / Debemus namque deum
secundum Gregorium adorare et colere in auro per doctrine
veritatem / in thure per oracionis puritatem / et in
mirra per corporis castitatem Leccio quinta

Qui cum recessissent / Ecce angelus domini
apparuit in sompnis Ioseph dicens Surge
et accipe puerum et matrem eius et fuge in Egyptum
et esto ibi usque dum dicam tibi futurum est enim
ut Herodes querat puerum ad perdendum eum

Capitulum

Qui consurgens accepit puerum et matrem eius nocte et secessit in egiptum et erat ibi usque ad obitum herodis / ut adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem Ex egipto vocavi filium meum / Post a magorum devota adoracione ympte ista determinat de christi in egiptum transportacione / ad cuius intellectum est sciendum quod autem pretermittit / quo octavo die circumcisus est puer / et quo post xl dies circa ... christi beata virgo puerum in templo et obtulit pro eo duo par turturum vel duos pullos columbarum Et Symeon accepit eum in ulnas suas et Anna vidua ipsum in templo recepit / que omnia fuerunt facta antequam christus in egiptum portaretur / intelligendum ergo est / quod postquam omnia que lex mandabat fuerunt completa circa christum / que lucas narrat / Et post adoracionem magorum et eorum reversionem quam narrat matheus iam fama crescente de christo ex narracione eorum que circa eius nativitatem circumcisionem et in templo presentacionem gesta erant / herodes cogitavit occisionem puerorum / Ideo dicit ewangelista / quod cum recessissent magi / ecce angelus domini apparuit in sompnis Joseph / Semper enim secundum Remigium angelus in sompnis apparuisse dicitur / quia illi qui a curis temporalibus et secularibus negociis requiescunt / presenciam angelicam visione merentur / Apparuit ergo Joseph dicens / Surge et accipe puerum et matrem eius / Non dicit matrem et puerum / quia non propter matrem puer natus est / sed propter puerum mater preparata est / secundum Crisostomum / Et fuge in egiptum / Ideo autem filius dei in egiptum mittitur / quia recordatus est deus qui non obliviscitur miseri quanta fecerit super egiptum / Ideo misit filium suum in reconsiliacionis signum / quia omnes decem plagas una medicina sanaret / et propterea qui ante fuerat persecutor populi primogeniti fieret custos unigeniti / Et esto ibi usque dum dicam tibi / Futurum est enim ut herodes querat puerum ad perdendum eum / Putabat autem secundum Augustinum iste scilicet tirannus quod adventu salvatoris suo solio privaretur / sed non ita erat quia non venit christus ut alienam gloriam invaderet sed ut suam donaret / Qui consurgens accepit puerum et matrem eius nocte / et petito nocte / quia omnis persecutoris angustia nox est / refrigerium autem dies ut dicit Crisostomus / quia tempus persecutoris instabat / secessit in egiptum / et erat ibi usque ad obitum herodis / In quo verbo dicit Crisostomus / quod statim christo nato tirannus insanivit et mater cum puero ad extraneam fugatur regionem / ut si tu incipiens aliquem spiritualem vel desinire statum videaris tribulari non turberis sed omnia viriliter feras / Et quia secundum Remigium consuetudo consueverunt fuit ewangeliste matheo omnia per hoc simone confirmare vel scripture testimonio quia iudeis scribebat qui in scripturis consueti erant / Ideo subdit / ut adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem / Ex egipto vocavi filium meum / Videbitur enim hoc osee xi / cuius exemplis aliis scripture locis plenius habetur posset / Sed hic possunt esse quatuor dubitaciones / Prima quod ewangeliste in narrando misteria nativitatis christi fuerunt contrarii vel defectuosi / Secunda utrum decens fuit christum in egiptum fugere / Tercia utrum licitum sit sompnia observare / Quarta utrum sompnia sunt signa et presagia aliquorum futurorum / Ad primam est dicendum quod hanc dubitacionem movet Augustinus in libro de consensu ewangelistarum / planum est enim quod matheus tacuit de angelica salutacione et ipsius marie in domo Elisabeth mansione et angelice pastoribus facta nunciacione / et ipsius christi circumcisione et in templo presentacione / que omnia fuerunt acta in nativitate christi / Lucas vero qui hec omnia posuit / tacuit de Joseph cogitacione / quo voluit occulte dimittere virginem / et de magorum adoracione et eorum reversione / et non de herodis perturbacione et puerorum occisione / vel ergo unus eorum alteri est contrarius / vel uterque defectuosus vel alter eorum / Ad quod videtur Augustinus dicens / quod in nullo videri debet contrarium hoc quod unus eorum dixit quod alter tacuit / aut quod alter posuit quod alter pretermisit / Et ad hoc sunt quod alter dixit Augustinus hic ... dicit enim et similia dicit ... quod providet consideranti est quod de manus ... quod ... unusquisque ewangelistarum contextus narracionem suam ut tamen in nullo pretermittentis series digesta videatur

Sompna ...
fuga ...

q tacitis que volt dicere adiungit / ut ipsa
continue seque videantur / Et cum alter dicit quod
alter tacuit diligenter ordo considerandus in
dicat ubi ea potuerunt aque pertinuisse sunt
tuplire / Volt enim Augustinus dicere / quod sic unius
evangelista tacuit quod alter ponit / ut ex loco
ubi dimissa sunt clare appareat / quod in loco
illo ponenda sunt que alter evangelista ponit
illa que alter tacuit / Ita quod in talibus nulla
est contrarietas sed ordinata brevitas et
non diminuta sed sufficiens veritas ¶ Vere
autem unus evangelista dixit illa que alius pretermisit
/ intelligendum est hoc non casualiter
sed spiritu sancto revelante factum / et hoc propter vitan
dam prolixitatem / et tamen nullam pretermitten
dam veritatem et propter auditorum utilitatem / Nam quod
Matheus scribebat iudeis / non omnia legalia
et in lege conpleta pretermisit / quod in lege re
novatorum potius quam in morum inferiorum talia
recepisset / de adoratione non magorum et per
turbatione herodis et eorum que ad gentiles spec
tabant posuit / quod magis eis in via videba
tur / Lucas non qui predicabat gentilibus
legalia omnia illa posuit / quod hii ipsi vi
debant in Christo ipsi similiter et in misterii
implete veritatem / ac in augmentum veri ipsi
fuerunt ¶ Ad secundam est dicendum quod prelato questio
videtur esse dubia quod Jo. x ipse Christus dicit illum
esse mercenarium qui videns lupum venientem
fugit et dimittit oves / Cum igitur ipse non fu
erit mercenarius sed verus pastor ipso illud
dicente Ego sum pastor bonus / videtur quod
videndo herodem tamquam lupum venientem / non
debuit in egiptum fugere / set potius cum ipse
set cum sua rabie debere eius oves in
vadere et pueros occidere / Ad hoc igitur possumus
dicere quod secundum Crisostomum congrua fuit fuga Christi
in egiptum propter misterium / et propter exemplum / Oportuit
quod cum sit veritatem assumpte humanitatis fundare
et sit misterium sue incarnationis dyabolo et membris
eius occultare / ne a dyabolo et eius membris
adhuc cum in puerilitate actus perquireretur
pateretur tempore quo pati non disposuerat / nec
virtute divinitatis et doctrina iudeis os
tenderet ut essent inexcusabiles de eorum
malicia / sed iam cum tempus fuit sua virtute

Congrua fuit
fuga Christi

(voluit)

cum dyabolum et membra eius ostenderet / Nam
quando persecutores cum eum per dyabolum excitata pati
dignatus est non fugit / sed dixit querentibus
Ihesum nazarenum Ego sum / Si ergo me queritis
sinite hos abire / Propter exemplum vero / quod in hoc
ut dicit Crisostomus dat Christus / ut ceteri Christiani
cum necessitas persecutoris advenit fugere non
erubescant / Non enim est rubor fugere mor
tem / sed naturalis ratio / quia timor naturalis
et in Christo fuit / quod cepit timere et pavere contristari
ac mestus esse ¶ Ad tertiam dicendum est / quod Gregorius
4to dyalogorum ponit sex modos quibus
contingunt sompnia / Ex eorum sufficiencia sic
possumus ostendere / ut dicamus quod sompnia vel
contingunt ex causa intrinseca vel extrinseca
Si ex causa intrinseca sic est triplex / Nam primo ex
cogitatione occurrunt fantasie hominis frequenter
in dormiendo illa que circa eius cogitationes intimus
sunt involuta et occupata in vigilando
¶ 2o ex corporis attenuatione / Cum enim vir
tutes sensitive non occupantur circa digestionem
cibi et circa actus proprios contingit virtute
fantastica circa diversa vagari et diversa
sompniare ¶ 3o ex talium humorum replecione
Nam si aliquibus dominantur humores frigidi
vel flegmatica contingit quod eos sompni
are esse in aqua vel in nive / Hinc medici
multa prenosticant de infirmis per ipsa
sompnia ¶ Si autem sompnia contingant ex
causa extrinseca sic est triplex potest esse / Primo ex corpo
rum celestium impressione / Multe enim fan
tasie possunt imprimi dormientibus ex impres
sione corporis celestis vel aeris continentis
Et ista est causa quare indicantur sompnia in mo
tus celi multa prenosticant de significatione
et interpretatione illorum sompniorum / quod forte
talia sompnia quam futuri eventus causam habent
communem in motu celi ¶ 2o ex demonum
illusione / Nisi enim ex illusione demonum
frequenter sompnia evenirent / Catholicus non di
ceret multos fecerunt errare sompnia
et crediderunt sperantes in eis / et hinc dicat
errare fecerunt / quod dato ut dicit Gregorius quod
demones multa vera aliquando per illusiones
sompniorum hominibus preintimant / hoc tamen faciunt
intendunt / ut ad extremum valeant

ex diuina aliqua falsitate illaqueare vel re-
citatur de quodam homine cui per sompnia
multa spacia huius mundi promissa sunt
qui cum sic multas diuicias et pecunias
pro longioris vite stipendiis collegisset, repente
defunctus est. ¶ 2° ex bonorum angelorum
reuelacione, quia nisi ex reuelacione angelorum
sompnia contingere possent, contra ista arguit, non
dixisset quod angelus domini apparuit in sompnis
Joseph dicens: Surge et accipe puerum et
matrem eius et fuge in egiptum. Cum igitur
multis et variis modis contingunt sompnia,
tali ex eis credi difficiliter debet, quanto quo in-
pulsu eueniat faciliter non elucet. Propter
quod dicitur 19° capitulo: Caue ne imiteris
velis abhominaciones gencium, nec inueniatur
in te qui ariolos sciscitetur et obseruet sompni-
a atque auguria. Hoc idem patet ut glosa dicit
ibi, peccatum est sompnia obseruare, ex quo
obseruaciones sompniorum auguriis iunguntur
et prohibentur causa 26 q. 7 ubi dicitur aperta
sompnietur auriolis et auguriis et aliis inca-
tacionibus deseruiens. Et si queratur a gregorio
narrare scit prius Joseph et multi sancti viri
obseruauerunt sompnia, respondetur quod sancti
quodam intimo sapore discernunt inter
illusiones et reuelaciones, ut sciat vel quam
a bono spiritu percipiat, vel quam ab illusionibus
paciantur. Dicunt enim hoc vel priore vel pos-
ymaginem apparet, vel pro aliud quod
in sompnio sompniatur. Scribitur enim deutronomio 13°:
Si quis dicat sompnium se vidisse et predixit
signum et euenit quod est locutus et dixit
postmodum: Eamus et sequamur deos alienos
quos ignoras, non audias verba illius sompni-
atoris, vel per illud quod per sompnium predicitur
quod si predixerint aliquod futurum et non eueniat
et non est tale sompnium per reuelacionem diuinam
verum, namque est quod si ~~non~~ eueniat, credendum
non est esse a bono spiritu, sed si non eueniat
infallibiliter est verum quod non est a bono spiritu.
Ideo dicitur deutronomio 18: hoc signum habebis, quod si in
nomine domini propheta vel sompniator pre-
dixerit et non euenerit, hoc dominus non est lo-
cutus, sed in animo suo confinxit.

Capitulum 7

Ad 2um

Ad 2um quod negare non possumus quin aliqua
sompnia signa sint et presagia futurorum
euentuum. Scribitur enim Gen. 37 quod Joseph
vidit se per sompnium in prefecturam fratrum
suorum, quod postmodum rei euentus probat.
Et sompnia pharaonis manifestat pha-
raoni Joseph esse bonum interpretem sompniorum.
Dixit Gen. 41: Ego et magister pistorum vidi-
mus una nocte sompnium signum et presagium futu-
rorum. Et eodem libro et eodem capitulo scribitur
quod pharao per sompnium vidit septem boues
pingues et septem spicas plenas, quod
secundum interpretacionem Joseph significabat septem
annos vbertatis. In libro etiam de vita philoso-
phorum recitatur de Socrate, qui fuit magister
Platonis, quod nocte precedente diem qua
Plato sibi in scolis putatur est propinquus
vidit quod offerebatur sibi quidam cignus
cuius collum sic erat longum quod omnes
vltro penetrabat celum et penetrabat ipsum.
Et cum in mane predictum sompnium scolaribus
narraret, venit Plato qui putatur
esse Socrati, quem videns Socrates statim
ait: Iste est cignus qui penetrabit celsa
philosophorum. Tunc ergo sompnia proueniant ex causa
intrinseca et naturali, siue proueniant ex causa
extrinseca et spirituali, sompnia possunt esse
signa et presagia futurorum. Verum quia sicut peri-
culum est sompnia obseruare quia nescit homo
quo impulsu et ex qua causa proueniat,
sic attendere interpretaciones, qualiter sunt fu-
turorum signa magna decepcio esse potest. Sicut
infallibiliter scire futura solus ille potest cui
omnia sunt nota et aperta tam preterita quam futura,
ita solus ille potest per certitudinem sompnia
interpretari qui scit quorum futurorum sompnia
sunt presagia et signa. Ideo scribitur Gen. 40:
Nonne dei est interpretacio. Et Daniel dixit Nabu-
chodonosor regi Danielis 2°: Michi non est in sapiencia
que sit in me plus quam in ceteris viuentibus sacramentum
hoc reuelatum est, sed deus in celo qui reuelat
misteria. Hic ultima verba ut interpretacio maius sit regi. lectio 7

sint xps n
caderet

no q magi illusissent ibi . qa bonorum virorum non est illudere aliis . sed ipse herodes q non redierunt ad eum illusorem reputavit.

Ordin

Tunc herodes videns q illusus esset a
magis iratus e valde. Et mittens
occidit omes pueros qui erant i bethlee
z i omnibus finibus eius a bimatu et
infra s tpus quod exquisierat a mag
Tunc adimpletum e. quod dictum e p iheremiam
pphetam dicente. Vox in rama audita e.
ploratus vlulatus multus Rachel plo
rans filios suos. z noluit consolari q non sunt
Postq ewangelista determinavit de xpi i egypt
transportacoe q dixit ioseph fuge i egypt
futurum e enim ut herodes querat puerum ad pdendum e
Supposita determinat de puerorum occisione dicens
dicat q tunc herodes videns quia illusus
esset a magis iratus e valde. Secundum bedam
enim s crisostomus ira herodis erat valde mag
primo q magos ipse sedens i regali solio
ut throno placare non potuit z puluis
in psepio iacens iam suo imperio subiugavit
2o q totiens ei z non videbis adeu
cum ira z dolor eius addiderunt 3o ta
s eundem crisostomum esse potuit invidia z timor
que habebat de pdicione regni Illa enim
ut ait ira regum mag z inextinguibilis
e q regni zelus accedit Unde subdit q
mittens occidit omes pueros qui erant i bethle
em z i omnibus finibus eius Sicut ei bestia
vulnerata quidquid occurrit oculis eius lacerat
credens sui vulneris esse auctorem sic herodes
in ira delusus a magis sup pueros iram
effudit occidens omes ut unum i omnibus
inveniret Ut dicit crisostomus ppter quod non solum
i Bethleem sed i omnibus finibus eius nulla
minim etatis fuit qui a filio vnius noctis
usq ad filium duorum annorum esset occidit
Ideo subdit q a bimatu z infra i a
spacio duorum annorum z infra spacia tpis
quod exquisierat a mag Sed ei dicunt
magi novam stellam an biennium quae
apparuerit i ortu iam tunc se vidisse
sicut herodi inquisiti patefecerunt Ideo
a bimatu z infra infantes occidit s q
a principibus mag exquisierat Sed q de
infra duos annos mandavit pueros occidi

Sicut dicit augustinus q timuit herodes ne ille pu
er cui sidera famulantur spem sua sup
etatem suam ut infra transformaret z etate
sui corporis occultaret Ideo a bimatu pue
ros usq ad pueros vnius noctis ut di
ci inspicit occidi Sed ne credat istud fac
tum z deo pfiberi nequicie ut ipso ig
norante ymo longe cui ppha pdicante.
subdit ewangelista q tunc impletum e quod
dictum e p iheremiam pphetam dicente
vox i rama audita e. plo z ulu mul
ra plo fi su z no co q no s. Ponit
enim ewangelista s iohem. interpretacionem ptextu
q rama hic non e nomen s nomine appel
s clamor itaq sit sensus vox in excelso
audita e. ploratus q ad planctum pue
rorum z ululatus multus q ad lamentu
matrum Rachel plorans filios suos non
q Bethleem i tribu beniamin esset.
qui natus fuit de Rachel ymo erat i
tribu iuda qui natus fuit de lia Dic
tur Rachel plorare filios suos dupli
s iohem primo q tribus iuda z beniamin
min contermine erat z quodam modo limita
ribus illis contigue z q herodes ma
davit i omnibus finibus bethlee pueros
occidi ideo credendum e filios multos
de Rachel z beniamin fuisse adhuc
2o q Rachel iuxta bethlee fuit sepulta
sicut p3 in genesi 34 c. in hospicio corpusculi
mris nomen ewangelista accepit ac si diceret ta
tus fuit dolor z planctus q z mortui plo
rare debent z noluit consolari q non sunt
amplius s revocari ad vita lra in iheremie
pphete 31 sic stat vox i excelso audita e
lamentacionis fletus z luctus rachel plo
rantis fi su z noluit consolari sup eos
q non sunt Sed hic quatuor dubitaciones
esse possunt prima utrum herodes pueros occi
dit i ipo xpi nativitate vel biennio postq xpus
natus e 2a utrum xpus fuerit i templo
putatus an puerorum interfectum vel post
3a utrum ptale occisorum puerorum fuerit
xpi martirium 4a utrum sola confessio
fidei sit tamen martirium Ad primam e dicendum

s ut xps non euaderet.

i rama . i excelso

q questio e dubia / pp ubi ewu[n]te dicantes
herodem interfecisse pueros a bimatu et infra
s[ecundum] tempus quod exquisierat a magis / vel illo
ista exquisicio temporis magorum refert ad stelle
apparicionem / vel refert ad magorum interrogacionem
ita si referatur ad stelle apparicionem / tunc dicendum est
q herodes statim ipsa xpi nativitate post recessum
magorum ad partes suas pueros occidit a duo
bus annis et infra / quia sicut magi dixerant
q per duos annos antequam venirent ierusalem stel
lam illam novam viderunt in oriente / ita q il
lud dictum s[ecundum] tempus quod exquisierat a magis
a bimatu et infra refert istoris ad stelle
apparicionem / Et istius opinionis videntur esse
Aug[ustinus] et Cris[ostomus] / quia magi venientes de oriente
magnum tempus consumpserunt in via / ideo per
duos annos ante nova stella ista creata fu
it / ut tunc magi pararent se ad iter / et io
herodes statim cum dixerunt vidimus stellam
eius in oriente statim s[ecundum] loco quia congregatis prin-
cipes sacerdotum diligenter didicit tempus stelle
q apparuit eis / et cum postmodum illusus esset
a magis non revertentibus ad eum sicut credebat
statim occidit pueros a bimatu et infra
s[ecundum] illud tempus breviter quod a magis exquisierat
Et fulgencius et multi alij doctores expresse
dicunt / q in ipso die nativitatis xpi stella illa
creata e[st] / et eadem die magis apparuit / et proba
bilius videtur / quia illo die nativitatis xpi angelus
apparuit pastoribus / et s[ecundum] hoc oportet dicere / q post
duos annos post nativitatem xpi herodes pueros
occidit a bimatu et infra s[ecundum] tempus quod exqui
sierat a magis / quia s[ecundum] tempus tantum sufficiat
in inquisicione et interrogacione magorum videlicet
tempus duorum annorum usque ad interfectionem pu
erorum / Et isto tempore in medio dicitur q herodes
citatus e[st] a romanis / vel ipse sponte forte
iuit ad urbem cesarem quod fuerat
quod audierat regem iudeorum esse natum / Aug[ustinus]
Romani qui tunc preerant universo orbi
erant sicut cum herode turbati / unde illi
bitum e forte cesarem de interfectione puerorum
Ad secundum dicendum / q similiter ista quo s[ecundum] est
dubia / quia si dicatur / q prius puer purificatus
est in templo ante occisionem puerorum

ad instanciam duorum filiorum suorum allexandri et aristoboli eo q volunt preficere in regem fratrem eorum ex ignobili muliere susceptum illis abiectis.

venit tunc in dubium quo tuto et secreto modo maria
et ioseph potuerunt cum puero ierusalem intrare / et in te
mplo eum presentare herode ibi existente / et ita precogita
te super puerorum interfectione / quia post 13 dies a nativita
te magi recesserunt ab herode de ierusalem / et venerunt
bethleem / et adorato puero recesserunt non reverten
tes ad herodem / cum igitur virginis purificacio et
in templo presentacio facta fuerint 40 die post nativi
tatem / satis est credibile q ante tempus herodes
crediderit se illusum a magis / et statim pueros ma
davit occidisse s[ed] si sic dicatur / q prius sit occasi
onem infantis ante purificacionem / et eius in templo pre
sentacionem / cum prius tempore interfectionis puerorum iam
esset puer per angelum in egiptum transportatus
et ibi stetit usque ad obitum herodis / non invenitur
tunc qualiter 40 die sit ipse ihesus presentatus in templo
et facta omnia circa eum secundum legem moysi ut luc[as]
ewangelista narrat / hanc g[ra]vem dubitacionem aug[ustinus] solvit
in 2° li° de consensu ewangelistarum / tenens purificacionem puerorum
occisionem esse factam post presentacionem xpi in templo
Et qualiter ista presentacio potuit fieri per virginem et
ioseph secreto modo / cum herodes sollicitus esset semper circa
interfectionem pueri / Audi aug[ustinum] ad hoc respondet primo
quia illa presentacio xpi in templo facta est una die
potuit ergo maria et ioseph die illo sic latenter
in ierusalem intrare / ut herodes omnino lateret / et non
curet sciret de tali presentacione / 2° quia cum herodes
tunc potuisset aliis negociis occupari / ... et
potuisset aliis negociis occupari / speciebus enim et
occupacionibus regia cura descendi potuit ut illa
ignoraret / dicit autem aug[ustinus] potissime quia audie
rat regem iudeorum esse iam natum / io poterat
non timebat sibi vel suis filiis regnum auferri
a puero recenter natum / et alia pericula ut ... fla
ri / potuit esse illo tempore in medio esse initiata / q
animus eius ab intencione et cogitacione interfectionis
puerorum vel occisione nati pueri revocaverant
3° quia secundum aug[ustinum] / potuit credere herodes / q ma
gi essent decepti fallacia signo stelle quam vide
rant / maxime quia cum fuerint viderunt stella disparuit
eis / tunc erubescentes non redierunt ad eum
s[ed] cum audivit celebri fama puerum esse in templo
presentatum / et audivit vulgari fama et verba Syme
onis et anne prophetantium de xpo / tunc vere credidit
se esse illusum / et animus eius ad pessima crude
litate revocatus est / super occisionem puerorum / sed

tunc angelus apparuit Joseph dicens accipe
puerum et matrem eius et fuge in egiptum
quia futurum est ut herodes querat puerum ad perden-
dum. ¶ Ad 4m est dicendum quod quo ista est magis
dubia quam prima uel secunda quia cum nulla passio sit me-
ritoria et martirum corona digna nisi sit volun-
taria et voluntaria non potest esse nisi in habentibus
usum rationis et liberi arbitrii eo ipso quod illi pue-
ri occisi sunt in tali etate ab innatu et infra [illegible] eta-
te positum est preter usum rationis et liberi arbi-
trii non videtur quod illa pena corporis voluntaria non
fuit fecit eos dignos martirum gloria quia secundum
Aug. nullum peccatum est nisi sit voluntarium ita
videtur nullum meritum esse meritum nisi sit voluntarium
¶ Ad euadendum ergo istam difficultatem et salua-
dum pueros occisos ab herode uos pro martires
esse exponunt aliqui quod deus supplevit defectum
etatis eius ita usus liberi arbitrii fuit accela-
tus in eis et pactum proprium liberi arbitrii et
proprie voluntatis meruerunt martirum palmam sed hoc
[illegible] nec textus aliquis ponit ymmo contra
dicit quod non loquendo sed moriendo confessi sunt ideo
melius est ut dicatur sicut aug. ponit quod que
admodum pueris baptisatis confert baptismus ad
peccati originalis remissionem non proprium eorum
cum voluntatis actu et usu non diu habuit sed per
meritum passionis Christi sic effusio sanguinis pro Christo
loco baptismi tenens istis pueris contulit
ad gloriam martirum consecucionem pro virtute Christi pro quo
patiebantur non pactu proprie voluntatis unde dicit Aug.
in sermone de epiphania ubi pueri ille devestra
corona dubitabit in passione pro Christo quia eciam baptismus
pueris prodesse non existimat Christi nam si
non habebat etatem qua in Christum passurum crederet
habuit tamen carnem qua pro ipso passionis penam su-
stinuisset sed forte istud non esset simile de bap-
tizatis et interfectis pueris occisis quia in baptismo
dimittitur peccatum originale pueris virtute passionis
Christi quia tale peccatum non fuit eorum proprio actu perpe-
tratum ideo non est mirum si actu non proprio dimittitur
sed in isto proprium martirium videretur quod requirat actum
proprium ideo dicendum quod ut actio uel passio aliqua
sit meritoria formaliter requiritur quod sit acceptata per
voluntatem ex parte agentis uel patientis sed effective
tunc sufficit quod sit acceptata et grata ipsi deo

remunaranti. meritum enim vera actio uel passio
est meritoria inquantum est grata et accepta deo. sed mors
illorum passorum puerorum non fuit meritoria formaliter ex parte
voluntatis eorum cum usum non habebant. fuit tamen
meritoria et digna martirum palma ex parte dei
et sua gratia eorum passionem eo quod propter ipsum patie-
bantur acceptabat et sibi gratam faciebat.
¶ Ad 5m est dicendum quod secundum dyonisium bonum consistit
ex integra sua causa. malum autem quolibet particula-
ri defectu proveniente potest. cum igitur opus martirii
sit perfectum bonum oportet quod sit integrum ex omni sua
causa. dicitur ergo quod causa martirii efficiens impera-
tiva sit caritas. sed ipse debet facere et imperare opus
martirii alioquin non esset meritorium unde illud apo-
stoli. i. ad corinthios. 13. si tradidero corpus meum
ita ut ardeat caritatem autem non habeam nichil mihi prodest.
causa uero eius formalis electiva est ipsa fortitudo
quia sicut fortitudo naturalis elicit actum talem ut
homo aggrediatur pericula mortis in bello pro re publica
conservanda et defendenda sic fortitudo gratuita
que est virtus infusa elicit opus et actum mar-
tirii ut sunt aggrediatur pericula in conservatione et
defensione iusticie et veritatis in bello domini unde
in persona martirum scribitur ad hebreos. xi. obtu-
raverunt ora leonum extinxerunt impetum ignis
effugaverunt aciem gladii convaluerunt de infirmi-
tate fortes facti sunt in bello. causa autem martirii
materialis subiectiva est mors quia non dicitur homo
martir proprie loquendo nisi sustineat penam
mortis. causa uero martiris grece id est testis latine
quia dum homo non dat penam vitam pro defensione
divine iusticie et veritatis non testificatur opere quod
profitetur ore unde canonica Job magister dum adduxerit
de eis illud verbum pelle pro pelle et cuncta que homo
habet dat pro anima sua id est pro vita sua servanda. sed
causa martirii finalis et terminativa est defensio
et confessio veritatis fidei divine et eorum que
annectuntur fidei et dico quod annectuntur fidei quia
secundum aug. Johannes baptista martir fuit non
quia cogeretur negare Christum uel fidem Christi di-
recte sed cogebatur negare veritatem et iusticiam quia
nolebat herodes ut diceret licet tibi habere uxo-
rem fratris tui et quia iuxta veritatem quod sibi non
liceret habere uxorem fratris passus est mortem pro
fide ideo quod qui patitur pro veritate fidei pro Christo patitur
quia ipse est veritas unde illud Johannis 14o ego sum

electiue

via vitas et vita

Lectio septima

Defuncto autem Herode ecce angelus domini
apparuit in sompnis Joseph in Egipto dicens
Surge et accipe puerum et matrem eius et vade in
terram Israel, defuncti sunt enim qui querebant animam pue
ri. Qui consurgens accepit puerum et matrem eius et
venit in terram Israel. Audiens autem quod Archelaus
regnaret in Iudea pro Herode patre suo timuit illo
ire. Et amonitus in sompnis secessit in partes Gal
lilee. Et veniens habitavit in civitate que vocatur
Nazareth, ut adimpleretur quod dictum est per prophetas
quoniam Nazareus vocabitur. Iuxta ista ut supra
dicebatur Euvangelista determinat de reditu Christi ab Egipto re
vocatione. Nam secundum quod dicit Josephus in ecclesiastica his
toria propter sacrilegium quod Herodes in salvatorem
commiserat et propter scelus quod in pueros peregit ul
tio divina eum secuta est horribili morbo ipsum
invadente. Defuncto ergo Herode dicit Euvangelista Ecce an
gelus domini apparuit in sompnis Joseph in Egipto dicens Surge et accipe puerum et m
atrem eius et vade in terram Israel. Secundum enim Crisostomum Christus ut
medicus descendit in Egiptum ut visitaret eam
languentem erroribus, non ut remaneret ibi. Ideo
dicitur Joseph Vade in terram Israel defuncti sunt enim qui
querebant animam pueri. Secundum Remigium in hoc scrip
ture modus pluralis pro singulari ponitur. Herodes enim
mortuus fuerat qui quesierat animam pueri. Ex quo oc
cidit omnes pueros dampnatum et infra [illegible] non
inobediens angelice monitioni. Consurgens
accepit puerum et matrem eius et venit in terram
Israel. Et quia secundum glossam angelus non determinavit
sibi locum in quo terra Israel deberet commorari et
de hoc Joseph dubitavit, iterum angelus revertitur
ut sic frequentiori visitatione eius Joseph cer
tior redderetur. Ideo subdit Euvangelista Audiens au
tem Joseph quod Archelaus regnaret in Iudea
pro Herode patre suo timuit illo ire. Habuit enim
secundum Josephum Herodes [illegible] uxores ex quibus
multos filios genuit, inter quos fuit Archelaus
qui regnabat in Iudea. Fuerat enim divisum regnum
Israel tempore filii Salomonis in partes, quia in Iudea que
erat una pars regnabat tribus Iuda, de qua na
tus est Christus, cui adiuncta est tribus Beniamin.
Alie vero decem tribus habitabant in alia parte regni.
Unde cum terra Israel possit intelligi Iudea ubi habita
bant due tribus et alia pars ubi habitabant alie
decem, et Joseph audiens quod filius Herodis Arch
elaus regnaret in Iudea pro patre timuit illo
ire ne conspiraret in mortem pueri sicut pater

fecerat. Cum amonitus iterum per angelum in sompnis
secessit in partes Galilee et veniens habitavit
in civitate que vocatur Nazareth. Potuit enim
Joseph primo intelligere secundum Augustinum quando
angelus dixit vade in terram Israel eundum
esse in Iudeam, quia illa pars primo intelligi debe
bat terra Israel quia nobilior et quia ibi erat urbs
que erat caput regni, et tamen puerum opi
nari potuit in nulla civitate nobiliori et regali esse
nutriendum et educandum. Sed postmodum ut
audivit ibi regnare Archelaum filium Herodis
noluit se illi periculo exponere. Sed veniens
quia nec graciam conferebat nec caracterem imprimebat.

nascendo, predicando, baptisando, moriendo, et ad inferos descendendo. Talis ergo qui post me venturus est, forcior me est, quia ego purus homo, ille autem verus deus et verus homo, cuius non sum dignus calciamenta portare; litteraliter, id est non sum dignus, immo et vili officio sibi famulari. Sermo namque deo grato deo servire nullus est dignus secundum graciam spiritualiter. Non, id est non sum dignus sacramentum incarnacionis perscrutari. Ipsa enim humanitas fuit calciamentum divinum. Credo quod calciamentum quasi fuit ligatum et calceatum in persona dei filii, ut fuit una persona esset deus et homo. Ille solus perfecte scit qui hanc ligaturam fecit. Ipse igitur cuius calciamenta portare non sum dignus, vos baptisabit in spiritu sancto et igne. Spiritus sanctus ignis est, quem ignem ipse Christus venit mittere in terram, id est in corda omnium fidelium, secundum exposicionem Jeronimi, vel in spiritu sancto peccata remittente, et igne temptacionis et tribulacionis carnales concupiscencias comburente, secundum exposicionem Crisostomi, vel in spiritu sancto per infusionem gracie, que hic in presenti datur in baptismo, et igne purgatorii, aquo purgantur quibus in futuro, quia quale opus sit uniuscuiusque ignis ille probabit, ut dicit apostolus prima ad Corinthios 3°, secundum exposicionem Hilarii. Et quia talis purgacio perfecte non possit fieri in presenti, sed in futuro manifestatur per hoc quod subdit: Cuius ventilabrum. Ventilabrum est instrumentum quo palee separantur a tritico, in manu eius, id est in potestate sua Christi, et tunc permundabit aream suam, id est ecclesiam, que dicitur area, vel quia rasa ab omni immundicia, vel quia mundanda ab omni immunda scoria. Ecclesia habebit ecclesiam tunc non habentem maculam neque rugam, secundum apostolum ad Ephesios, et congregabit triticum, id est electos suos, in orreum suum; paleas autem, id est reprobos, comburet igni inextinguibili, vel quia numquam extinguetur passive, vel quia numquam extinguet, id est numquam illi qui comburuntur per illum ignem morientur et corrumpentur, quia querent homines mori, et dampnati mori, et mors fugiet ab eis, ut dicitur in Apocalipsi. ¶ Sed hic possunt esse sex dubitaciones. ¶ Prima utrum in baptismo Johannis dimittebatur peccatum originale. ¶ 2a utrum baptismo Johannis solus Christus debuit baptisari. ¶ 3a utrum baptisati Johannis statim debuit cessare Christo baptisante. ¶ Quarta utrum baptisati baptismo Johannis iterum erant rebaptisandi baptismo Christi. ¶ Quinta utrum Johannes dixerit verba Mathei de calciamentis Christi vel verba aliorum evangelistarum. ¶ 6 utrum in presenti vita anima Christi possit perfecte mundari. ¶ Ad primam est dicendum quod quoad ideo dubia videtur, quia maioris efficacie debeat esse baptismus Johannis quam circumcisio data Abrahe, et cum circumcisio data Abrahe quam distulit plus a Christo quam Johannis baptismus peccatum originale dimittebat, sicut expresse dicit Augustinus contra Julianum, et ponitur de consecracione distinccione 4; ergo similiter magis videtur quod baptismus Johannis tale originale peccatum dimitteret. Ad hoc igitur respondet Crisostomus dicens quod propter tres raciones in baptismo Johannis peccatum non remittebatur nec gracia conferebatur. Primo quia hostia nondum erat oblata, per cuius oblacionem peccato originali peccato est solutum. 2° quia spiritus sanctus nondum super aquam descendebat, per cuius descensum facta est donorum collacio et peccatorum remissio. 3° quia numquam aqua baptismi purgare peccata potuit, nisi tactu divini corporis prius sanctificata fuisset, et ista racio ponitur de consecracione distinccione 4: Baptisabat ergo Johannes, secundum Crisostomum, ut Judei congregati non penitenciam quod erat causa omnium malorum ad peccatorum cognicionem, ad penitenciam ipsorum inducerentur, et ad Christum recipiendum prepararentur. Quod non de circumcisione inducebatur, non ob maiorem humilitatem, quia circumcisio instituta fuit ad hoc in remedium peccati originalis, sed solum preparacionis ad baptismum Christi per quem facta est peccati satisfaccio et gracie collacio, quia gracia et veritas per Ihesum Christum facta est, sicut scribitur Johannis primo. ¶ Ad secundam est dicendum quod tanto videtur quod solus Christi baptismus Johannis debuit baptisari, quia si aliqui illo baptismo baptisari deberent, magis essent indigentes erant illo baptismo baptisandi magis autem indigentes erant pueri et gentiles, quibus preposito baptismum ad purgacionem peccati subveniretur, et tamen nec pueri nec gentiles illo baptismo leguntur baptisati. Ad hoc respondet Augustinus dicens quod conveniens fuisse quin alii preter Christum baptisarentur

baptismo Johannis / quia si solus Christus fuisset
illo baptismo Johannis baptisatus / non defuissent
heretici qui dixissent baptismum Johannis
digniorem et meliorem fuisse quam baptismum
Christi / usque adeo maiorem et digniorem / quod solus
Christus est baptisatus et nullus alius / Ad evi
tandum ergo hunc errorem / multi alii preter Christum
fuerunt illo baptismo baptisati / non tamen pueri / quia
baptismus Johannis erat baptismus penitencie / que pueris
imponenda non est / nec gentiles / quia salus gen
tium soli Christo servabatur / iuxta illud Genesis ultimo
donec veniat qui mittendus est / et ipse erit
expectacio gencium ¶ Ad tertium est dicendum / quod
quia baptismus Johannis erat preparatorius et figurati
vus baptismi Christi sicut veniente forma
cessat disposicio / et veniente ipsa re cessat
figura eius / sic veniente Christi baptismo videtur ces
sare debuisse baptismus Johannis / et tamen scribitur
Jo. 3 / quod venit in Judeam et ibi cum discipulis
suis baptisabat / et Johannes erat in Salim / et
simul ita quod simul currebant baptismus Christi
et Johannis / Ad hoc igitur respondet Beda dicens
quod veteris legis observatio cuius Johannes erat finis
simul cum evangelio currebat usque ad passionem
Christi / Ideo baptismus Johannis non statim Christo baptisante
cessare debuit ¶ Crisostomus aliam causam tangit dicens
quod si Johannes dimisisset baptisare baptisante
Christo / videretur hoc fecisse ex invidia et in
dignacione / quia habebat quod Christus baptisaret / sic
ipse suos etiam discipulos magis ad invidiam
et zelum contra Christum provocasset / Unde dicitur
Jo. 3 / quod discipuli Johannis venerunt ad eum dicentes
Rabi ille cui tu testimonium perhibuisti bap
tisat / et omnes veniunt ad eum / ita quod vi
debantur invidere / quod magister eorum non tot
baptisabat sicut Christus / Et si ex toto baptismus
Johannis cessasset Christo baptisante / multo
forcius ad zelum fuissent provocati ¶ Ad
quartum est dicendum / quod cum auctoritate et racione probat
quod baptisati baptismo Johannis iterum baptisandi fuerunt
baptismo Christi / Auctoritas est ipsius met Johannis
qui dixit Ego vos baptiso aqua / qui autem
post me venturus est vos baptisabit in
spiritu sancto / Ergo Johannes baptisatos

baptismo suo predicabat rebaptisandos esse baptismo
Christi / In actibus etiam apostolorum legimus / quod cum apostolus
invenisset quosdam ephesios baptisatos
baptismo Johannis / iterum baptisavit eos baptismo
Christi ¶ Racio vero Crisostomi est talis / quia baptismus
Johannis solum fuit ex aqua que corpus lavit /
animam autem vel spiritum non tangit / Unde ille baptismus
nec caracterem in anima imprimebat / nec graciam
conferebat / ex quo ipsam animam non tangebat /
Sed baptismus Christi erit in aqua que corpus lavat / et
in spiritu qui animam tangit et caracterem in ipsa im
primit / et graciam confert / Unde baptismus Christi includit
baptismum Johannis / sicut maius includit minus /
Sed baptismus Johannis non includebat baptismum Christi /
quia minus non includit maius / Ideo quod bapti
sati baptismo Christi / dato quod non essent prius bapti
sati baptismo Johannis / secundum Crisostomum non debent dici bis bap
tisati / sed semel / eo quod baptismus Christi inclu
debat baptismum Johannis tamquam quoddam preparatorium
ad ipsum / Magister tamen sententiarum libro 4to videtur dicere
quod illi qui spem suam ponebant in spiritu
sancto / non baptismo Johannis / et qui fidem trinitatis
habebant baptisati a Johanne iterum rebaptisandi
non fuerunt / Sed qui fidem trinitatis non habebant
et in baptismo Johannis spem suam ponebant / iterum re
baptisandi fuerunt / Sed salva reverencia magistri
plus requiritur / ut quis sit baptisatus quam sal
vatus / Nam si quis crederet fidem trinitatis
et illa que sunt fidei devotus veneraretur et imperaret
aliam iudeo vel pagano et salvaret non tamen
esset baptisatus / quia caracterem baptismi non
perciperet / sed graciam que est effectus baptismi /
Dicamus ergo / quod omnes qui fuerunt baptisati a Jo
hanne antequam baptisaret Christum / puto quod rebap
tisari indiguerunt / tum quod ante in forma institu
ta a Christo Johannes non baptisabat / tum quod nondum
aqua tactu Christi sanctificata erat / Sed postquam
Johannes Christum baptisavit quod tunc credibile est
quod Christus formam baptisandi Johanni tradidit / ita ut
baptisaret Christum in nomine patris et filii et spiritus sancti
ex tunc omnes baptisati a Johanne non indi
guerunt rebaptisari / quia satis credibile
est quod ex tunc omnes baptisabat in forma tradita
sibi a Christo / et in aqua Christum baptisaverat ¶ Ad
quintum est dicendum / quod hanc dubitacionem Augustinus
exponit in libro 2o de consensu evangelistarum dicens

quod solus Matheus videtur ab alijs tribus euan-
gelistis de calciamentis xpi discordare / quia
Matheus dicit / Cuius non sum dignus calcia-
menta portare / Alij non tres dicunt / cuius non
sum dignus corrigiam calciamentorum solue-
re / Est quod aliud est non solum in verbis veniret ipsa
calciamenta portare / et corrigiam calciamen-
torum soluere / Dubium est quod istorum dixit
Johannes / quia si dixit quod Matheus posuit
calciamenta portare / tunc alij tres non ponentes
illud quod Johannes dixit / vel fuerunt obliti vel
unum verbum posuerunt pro alio / quorum utrumque
ab euangelistarum veritate remouendum est
Si non Johannes dixit / quod alij tres po-
suerunt / corrigiam calciamentorum solue-
re tunc idem inconueniens sequitur de Matheo
quod dictum est de alijs / Solutio secundum Augustinum
tripliciter / primo quod Johannes tempore uno potuit dicere illud
quod posuit Matheus / et alio tempore potuit
dicere illud quod posuerunt alij tres / Secundo
quod Johannes eodem tempore potuit dicere utrumque
potuit enim sic dicere / cuius non sum dignus cor-
rigiam calciamentorum soluere / nec eius calcia-
menta portare / et unus euangelista accepit
unum modum loquendi / alij non tres accepe-
runt alium modum / et hoc multum erat
congruum secundum Augustinum / quod euangeliste narrarentur
diuerso modo loquendi / et quod unum verbum vel unam
sententiam [illegible] diuerso locutionis mo-
do / quia quanto euangelistarum est maior auctoritas
tanto magis per eos ceterorum hominum loquentium
erat firmanda securitas / Tertio quia si Johannes
cum de calciamentis loquitur / nichil aliud dicere
voluit nisi suam humilitatem et Christi dignitatem
tunc omnes iiij^or euangeliste eandem sententiam secundum
voluntatem loqui potuerunt / Ad ista
est dicendum / quod hanc dubitationem mouet Crisostomus
super hunc locum / Permundabit aream suam
et congregabit triticum in horreum suum
dicitur / quia per aream intelligitur ecclesia / per triticum
boni electi et predestinati / et per horreum regnum
celorum / In area autem triticum vel frumentum
tripliciter habetur sic cum paleis / primo in quadam confusi-
one ut sic triticum discernatur a paleis
Secundo in quadam ventilatione / Nam in
ventilatione bene discernitur triticum a paleis
in eadem tamen area frequenter reponitur / maxime
si area que ad ventilandum est necessaria sit parua
tunc enim cadit in eadem triticum cum palea / Tertio in
locali separatione / quia ibi triticum perfecte mun-
datum et a paleis uniuersaliter separatum / triticum
reponitur in horreum et palea comburitur / Si igitur
queratur et aliquis respondeatur cum in presenti vita area
id est ecclesia Christi possit perfecte mundari / dicendum
quod quamdiu mundus iste durat / semper triticum
id est boni habent esse cum paleis id est malis in quadam
confusione / ut sic boni a malis possent dis-
cerni / Similiter quamdiu mundus durat
boni cum malis / et triticum cum paleis habent
esse semper in quadam ventilatione / quia primo
ecclesiam fidelium ventilauerunt iudei Christum et
apostolos persequentes / Secundo ventilauerunt ipsam
tyranni gentiles / omnes in Christum credentes
martirizantes / Tertio ventilauerunt ipsam here-
tici et scismatici / falsa doctrina et prauis mo-
ribus triticum id est Christi fideles suffocantes /
Quarto ventilabit eam Antichristus / et ista venti-
latio erit sic magna / ita ut si fieri pos-
set / quod triticum fieret palea id est in errorem indu-
cerentur et electi / Sed in locali separatione
quod triticum reponatur et congregetur in hor-
reum Christi id est in regnum celorum / et palea ligetur
in fasciculos ad comburendum / in presenti vita
area Christi uniuersaliter mundari non potest /
et dico uniuersaliter / quia particulariter omni die
mundat ecclesiam suam ipse Christus / vel per
iudicium sacerdotum / vel quia tolluntur de medio

Tunc venit ihesus **Lectio quinta**
a galilea in iordanem ad Johannem
ut baptizaretur ab eo / Johannes autem prohibe-
bat eum dicens / Ego a te debeo baptiza-
ri et tu venis ad me / Respondens autem ihesus
dixit ei / Sine modo sic enim decet nos ad-
implere omnem iusticiam / Tunc dimi-
sit eum / Opposita falsitatis et erroris remo-
tione / In parte ista ut dictum est euangelista
determinat de ipso Christi a Johanne baptizatione
vel glossa / Continuatur ista pars ad precedentem
dicitur / quod postquam Christus predicatione sua per
tempore manifestatus est / tunc quia

de area ecclesie

latuerat hominibus se manifestari voluit
Propter quod dicit ewangelista / Tunc / scilicet quando Johannes predica
bat baptismum penitencie / ut ipse christus predicacionem sua
confirmaret et testimonium reciperet ab ipso Johanne
qui venerat in testimonium / ut testimonium perhiberet de
lumine / ut omnes crederent per illum / ut scribit
Johannes primo / Tunc / Jhesus cum esset annorum xxx / venit
a galilea in jordanem / patet dicit crisostomus / et signanter
de galilea / quia in temporibus illis transmigracio / venit in
jordanem quia in temporibus illis descensus / Venit Jhesus
ut dicit Remigius / quia quicunque vult baptiza
ri debet transmigrare de viciis ad virtutes / et
veniendo ad baptismum debet descendere per humi
litatem / quia inde melius efficitur qui dicit hu
te ame / quia mitis sum et humilis corde / Venit igitur Jhesus
in jordane ad johannem / deus ad hominem / dominus
ad servum / rex ad militem / lux ad lucernam / ut
baptizaretur ab eo / non ut ipse remissionem peccatorum
reciperet per baptismum / sed ut sanctificaret aquas
relinqueret postmodum baptizandis / patet dicit crisostomus
Unde quia baptismus Johannis erat baptismus penitencie et in de
monstracionem peccatorum inducebat / ne quibus videretur
christum indiguisse baptismo propter consequendam peccatorum
remissionem / Subdit ewangelista / Johannes prohibebat
eum / scilicet christum dicens / Ego a te debeo baptizari
et tu venis ad me / ac si aperte dicat / sed ego
quod tu me baptizes congrua et iusta racio est
necessitatis ~~dignus~~ iustus et dignus / Alo
sed quod ego baptizem te que est racio / Omnino na
quod bonum descendit de celo in terram / non obtra
ascendit in celum / Vel quia christus non recipi
ebat baptismum inquantum deus / sed inquantum homo
in exemplum humilitatis sicut recepat circumcisione
et purificacionem in templo et cetera legalia / Ideo
ipse Jhesus dixit Johanni / Sine modo / scilicet ei
deceat nos implere omnem iusticiam / ac si
dicat Sine nunc me baptizari a te in exemplum
humilitatis / quia nos decet ondere et implere
baptismo aque / quod tu baptizas / et ego post
modum baptizabo te baptismo spiritus sancti / Vnde
ondetur / quod christus postmodum baptizavit Johannem
ut dicit crisostomus / Vel sine me nunc baptiza
ri / quia sic decet nos implere omnem iusticiam
ac si dicat / iusticiam baptismi quam predica
turus sum quod in baptismate hoc exspectato
sit iustus / prius facturus / postea vobis impletur /

ita quod prius volo facere et postea docere / secundum ex
posicionem crisostomi / Tunc Johannes dimisit eum / id est assensum
prebuit / ut baptizaret eum / Sed hic possunt esse vii
dubitaciones / Prima utrum congruum fuit christum bap
tizari / Secunda utrum debuit baptizari baptismo suo
vel Johannis / Tercia utrum fuit primus vel ultimus
baptizatus ab eo / Quarta utrum decens fuit quod bap
tizaretur in Jordane / Quinta utrum debuit baptizari
in xxx annos / Sexta utrum episcopus vel presbiter debeat
ante triginta annos ordinari / Septima utrum in defectu
temporis etatis vel scie summus pontifex possit dispe
sare / Ad primam quod dicitur / quod auctoritas racio et exem
plum / ondunt congruum christum fuisse baptizari / Auc
toritas namque crisostomi super hunc locum / Venit Jhesus a
galilea in jordane ad Johannem ut baptizaretur
ab ea / et ponitur de consecracione distinctione iiii quod
autem nunquam aqua penitus purgare possit / nisi per
nostrum tactum dominici corporis fuisset sanctificata / Unde fo
rmis baptismi voluit / ut sanctificatas aquas post
modum baptizandis relinqueret / Racio talis est quia
erat finis veteris et principium nove / iuxta illud apocalipsis
primo Ego sum alpha et ω / finis et principium / sic quoniam vo
luit circumcidi ut circumcisionem et omnia legalia fini
ret et terminaret / sic voluit baptizari / ut baptismum
et legem novam supernaturaliter inciperet / et inchoa
aret / Exemplum autem monet ad hoc / quia ex hoc quod christus prius
fecit quod docuit / dedit exemplum ceteris / ut quilibet prius fa
ceret et postmodum suo exemplo oporteret alios ad faciendum
Dato igitur quod christus ipse baptismo non indiget / voluit
tamen baptizari propter predicta / Ad secundam est dicendum quod baptis
mo baptizatus est christus et non baptismo suo
Johannis baptizatus est christus / et non baptismo suo
secundum augustinum / Hic conveniens fuit propter se et propter Johannem
propter se quidem / quia secundum crisostomum baptismo spirituali
non indiguit / in quo datur spiritus gracia cum ipse ab inicio
concepcionis sue fuit plenus spiritu sancto / propter aqua tamen
sanctificata indigebamus nos ut ipse baptizaret
nos / cum igitur baptismus Johannis solum esset aqua / bap
tismus vero christi esset in aqua et spiritu iuxta illud Johannis
iii nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto / ne
videretur christus spirituali baptismo indiguisse / congru
um fuit eum baptizari baptismo Johannis / non baptismo
quo ipse baptizabat et docebat alios bapti
zari / Similiter conveniens fuit propter Johannem / quia Johannes
fuit precursor eius baptizando / Ergo christus non
tantum fuisset baptizari baptismo Johannis / visus fuisset
eius baptismum spernere et non approbare / Christum / Ut
igitur confirmaret baptismum suum precursoris / conveniens
fuit ut eius baptismo baptizaretur non baptismo
suo / Et cum deus sit superior quod Johannes in nomine tamen

xpm baptisauit / si ro completiua fuisset consistens in forma / vi quod baptismo instituto a beo xpus baptisatus est / cum tunc traderet formam Johanni in qua eum baptisaret et alios / ideo possumus dicere quod in baptismo duo consideranda sunt / primo effectus et secundario eius operacio / que est peccatorum purgacio et donorum et virtutum eius collacio / secundario ritus et modus baptisandi / Quantum igitur ad primum baptismus Johannis xpus baptisatus est quia tempore non peccatorum purgacionem non gratie infusionem prelatum baptismum consecutus est / sicut nec alii per baptismum Johannis consequebantur / Sed quantum ad secundum baptismo instituto ab ipso baptisatus est / quia in ritu et forma tradita sibi a xpo Johannes eum baptisauit ¶ Ad xm est dicendum secundum cum / xpus non fuit primus baptisatus a Johanne nec vltimus / nec quidem primus / quia ideo xpus voluit a Johanne baptisari ut confirmaret eius predicacionem et reciperet testimonium ab eo / tunc non perhiberet testimonium xpo / quem videns eum venientem ad se dixit Ecce agnus dei / Si etiam non fuissent ante illum baptisati a Johanne / non fuisset creditum testimonio eius / nec testimonium eius sic publicatum / vltimus autem non fuit / quia sicut dicit cum Johannes precessit xpm / sicut lucifer solem Sicut ergo lux solis non spectat casum luciferi / sed eo precedente progreditur / et suo lumine obscurat illius candorem / sic xpus non expectauit ut Johannes cursum suum compleret / sed adhuc eo predicante et baptisante apparuit / vnde simul baptisabat xpus baptisante et predicante ut scribitur Jo. 3 ¶ Ad xm est dicendum quod preterito quod videtur esse dubia quia signum baptismi precessit in mari rubro / sicut enim in illo mari pharao cum toto suo exercitu submersus est / filiis israel saluatis / et siccis pedibus ambulantibus / sic in baptismo virtute passionis xpi subuertitur diabolus / cum toto exercitu peccatorum / ut dicit glossa exod. c. 14 / vnde ex hoc videtur / quod potius in mari rubro significante baptismum xpus debuit baptisari quam in Jordane / Ad quod possumus dicere / quod baptismi xpi duplex est effectus / vnus principalis scilicet celestis regni introductio quia ut allegatum est Johannis 3. Nisi homo renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei / Alius est peccatorum remissio vel submersio et expulsio / quia in baptismo homo moritur / et efficitur membrum xpi in ordine quod figuratur est primus effectus et principalis baptismi scilicet introductio in celeste regnum / quia ut scribitur Josue 3. aque Jordanis steterunt quando filii israel terram promissionis intrauerunt / per quam significabatur terra

nobis promissa / de qua dicit propheta portio mi sit intra vi / et x. Regum / et scribitur quod helias diuisit aquas Jordanis / cum transcenderet in currum igneo in paradisum esset / Apparet quod congruum fuit xpm in Jordane baptisari magis quam in mari rubro ¶ Ad 13m est dicendum / quod quamuis baptismus non habet tempus determinatum / ymmo sicut circumcisio fiebat octavo die ita baptismus qui gerit vicem circumcisionis in etate puerili fieri debet / propter pericula / que occurrere possunt / et sic non videtur quod xpus in tricesimo anno debuit baptisari / Ad 14m est dicendum / quod xpus non est baptisatus quod baptismo indigeret / sed ut suo exemplo doceret alios esse baptisandos / docere autem non conuenit aliquem nisi sit perfecte etatis que perfecta est circa 30 annos / vnde Joseph 30 annorum erat cum recepit regimen egypti / et dauid filius eius erat 30 annorum / cum regnare cepisset sicut scribitur 2. Regum 5 / Racione igitur xpus statim cum est baptisatus incepit predicare et docere / vnde in etate 30 annorum baptisatus est / vnde Luce 3 scribitur quod ihesu baptisante et orante erat incipiens annorum 30 / cum tamen assignetur alia causa quare in etate 30 annorum xpm ad baptismum venisse / quia ipso baptisato lex debebat cessare / Racione igitur vsque ad 30 annos potest homo totam legem implere / sicut potest in tali etate omnia peccata committere / et totam legem soluere / ideo voluit in tali etate baptisari / ne aliquis diceret quod ideo soluit legem / quia ipsam implere non potuit ¶ Ad 15m est dicendum / quod secundum rabanum / ex hoc quod xpus tricenarius erat quando voluit baptisare et predicare / ordinatur nullum sacerdotem vel predicatorem debere institui nisi sit perfecte etatis / Perfecta autem etas est ut supra dictum est circa annos triginta / ideo scribitur in canonica distinctione / presbiterum vel episcopum ante 30 annos nullus metropolitanorum ordinare presumat / ita quod sicut declaratur ibidem distinctione episcopus in 30 presbiter in 25 diaconus in 20 / subdiaconus in 18 / acolitus in 16 annis ordinari potest / Sed si dubitatur de etate cui credendum est / Ad hoc est dicendum / quod ille qui dicit esse minoris temporis et etatis est actor in negocio / et tamen aliqua vel producitur ut reus in negocio aliquo / Sed ergo est actor potest ipse probare se maiorem vel minorem / et sibi credendum est / Si vero producatur ut reus et aduersario tunc credendum est sibi ¶ Ad 16m est dicendum / quod iudicium summi pontificis imitatur dei iudicium / cum vice eius in terra gerit Sed quamuis secundum legem quidam adeo leguntur electi ad placacionis et predicacionis officium / nondum adepti perfecte etatis tempus / nec perfecte sacrificacionis sicut patet de Jeremia / quem cum a deo mitteretur ad p

Cap[itulum] m[agistri]

q. d. In quo mihi bene complacui, i. michi in eo nichil displicens reperi. Quia fuit divinitate infinite perfectus, sed humanitate omnibus virtutibus et graciis plenus. In Adam autem sibi displicuit, ut dicitur Genesis: Penitet me fecisse hominem. Genesis 6 c.

dicendum confessionem est se scire defectum etatis et sicut qui dixit: Ecce nescio loqui, quia puer ego sum; et Johannes euangelista in adolescencia ad apostolatum assumptus, et Salomon in adolescencia in regem unctus, et propter considerationem etatis naturalis, et promovendus ydoneitate; quia sicut malicia quandoque in aliquibus primus supplet etatem, et ita ut committat illa et paciatur illa quorum actio et passio maiorem etatem requirit, sic bonitas in aliquibus supplet etatem, ut meatur ab illa iam in omnibus quorum promocio requirit altiorem doctrinam, et maiorem etatem pro ronabilem dispensacionem in defectu etatis et sciencie. Secundum Leo 6u. Leccio sexta.

Baptisatus autem Ihesus confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt celi, et vidit spiritum dei descendentem sicut columbam et venientem super se. Et ecce vox de celis dicens: Hic est filius meus dilectus in quo michi complacui. Ex quo quod euangelista declamavit de Christo baptisacione, ipse iterum super dicebat concludit totam trinitatem testificacionem. Nam secundum Aug. quod cum Christus baptisatus est, tota aqua mundi data est, ut secuntus per eius mundicias lavacri gratia inficeret. Ideo oportuit illa in baptismo Christi testimonia designare que fideles per Christum baptismum constituuntur. Unde dicit euangelista quod baptisatus Ihesus confestim ascendit de aqua. Et signanter dicit: Confestim ascendit. Secundum Crisostomum, quia omnes qui in Christo digne baptisantur, confestim ascendunt, i. proficiunt ad virtutem, et ad dignitatem celestem sublevantur. Et quia in Christo baptisatis celestis gloria aperitur, et ideo subdit euangelista: Et ecce aperti sunt ei celi, non reseratione elementorum, secundum Jeronimum, sed spiritualibus oculis, sicut Ezechiel dicit vidisse apertos celos. Et vidit spiritum dei descendentem sicut columbam, i. in specie columbe visibiliter apparentem, et venientem super se. Ne putaretur, secundum Jeronimum, quod fieret tantum invisibilis apparicio propter Johannem. Sed addit: Et ecce vox de celis dicens: Hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui. Et dicit: filius meus, secundum Hylarium, quia ipse est filius meus et proprius origine, non adopcione, veritate non nuncupacione, nativitate non creacione. Dicit autem: In quo michi complacui, i. meum beneplacitum constitui ut per eum agerem que agenda

Glo.
Tantus fulgor circumfulsit Christum in baptismo ut videretur celum esse apertum et reseratum.

Descendit spiritus sanctus super Christum, non propter gratiam, quia ab instanti concepcionis sue plenus fuit spiritu sancto. Nec mutacione locali sed specie visibili. Ita quod species visibilis in qua spiritus sanctus apparuit descendit.

sunt humanum genus redimendo, vel sic: ref[...] ad humanitatem in Christo complacet sibi pater, quia solum ipsum reperit sine peccato. Sed hic possunt esse sex dubitaciones. Prima utrum Johannes cognovit Christum antequam spiritus sanctus in specie columbe descendit super eum. Secunda utrum Christo baptisato aperti sunt celi. Tercia utrum in specie columbe spiritus sanctus descendit super eum. Quarta utrum illa columba fuit vera columba vel solum ymaginaria. Quinta utrum spiritus sanctus solum semel visibiliter super Christum descendit. Sexta utrum in tali missione visibili spiritus sancti prima vox audita sit. Ad primam questionem dicendum quod quo est dubia propter diversitatem verborum quibus Johannes est usus in cognicione Christi. Nam antequam Johannes baptisaret Christum dixit venientibus ad baptismum eius: Post me venturus est qui ante me factus est; ipse vos baptisabit in spiritu sancto et igne. Et cum Christus venit ad Johannem ut baptisaret eum: Ego a te debeo baptisari et tu venis ad me. Ymmo invenitur inveniendus cognoscendi Johannem cognovisse Christum, cum pre gaudio exultavit in utero Elizabeth ad vocem virginis salutantis eam. Prima igitur habetur quod Johannes cognovit Christum antequam baptisaret eum, et antequam spiritus sanctus in specie columbe descendit super eum. Quod Johannes per se dicit: Cum tu sacerdotes et levite venissent ad Johannem ad querendum quis esset, ipse testimonium perhibuit de Christo dicens: Ego nesciebam eum, sed qui misit me baptisare, ille michi dixit: Super quem videris spiritum descendentem et manentem, hic est qui baptisat in spiritu sancto. Et ego vidi et testimonium perhibeo quia ipse est filius dei. Post quam spiritus sanctus descendit super Christum baptisatum, Johannes dicit se cognovisse Christum quod esset filius dei. Et cum dicat: Ego nesciebam eum, Istam questionem dubitacionem solvit Aug. in 2o libro de consensu euangelistarum et super Johannem, et ponitur sententia solucionis eius de consecracione distinctione 4, in loco prius allegato, quod antequam Johannes Christum baptisaret, aliquid cognovit de Christo et aliquid ignoravit. Cognovit namque antequam baptisaret eum quod esset filius dei et quod baptisaret in spiritu sancto, sed ignoravit eum potestatem baptismi sibi soli retenturus, et ipsum soli habiturum ut non conderet alicui puro homini, ne fieret in spem et homine

in hominem ponet suam spem / nam potestatem excellencie instituendi et conferendi sacramenta / et dandi effectum sacramentorum / et ipsam graciam et spiritum sanctum sibi retinuit / solo ministerium conferendi et ministrandi sacramentum bonis et malis concessit ut non possit dici baptismus pauli vel petri sed solum baptismus xpi / quia solus xpus quadam dignitate et potestate excellencie est baptisatus et datus spiritum sanctum / Alii autem solum potestate ministeriali / tunc Johannes cognouit secundum aug / quando vidit spiritum sanctum in specie columbe descendere super eum / ¶ Ad 2m est dicendum / quod secundum aug 12 super gen / tribus modis aliquis uidetur uisione corporali ymaginaria vel spirituali / et uisione intellectuali / possz ergo dici / quod postquam xpus baptisatus est uidit apertos celos uisione corporali / non quidem vi quod partes celi vel ipsi celi essent separati et diuisi / quia secundum cris si corpora celorum fuissent sic rupta et diuisa / non fuisset dictum aperti ei scilicet xpo / quia quod corporaliter separatum et diuisum / omnibus est manifestum et tamen illa apertio soli deo dicitur facta / indicit ergo ipse secundum cris celos apertos / quia ipso baptisato tantus splendor ita cum factus est / ut videretur sibi alios celos esse apertos / et celum empireum quod est splendidissimum sic esse reseratum / ¶ 2o potuit hoc uidere visione ymaginaria / quia uirtute diuinitatis volente xpo in ipsa xpi ymaginatione formatum est aliquid / vnde videtur sibi quod celi essent aperti / et hoc ad significandum quod per baptismum cuius hominibus celi porta aperitur / ¶ Visione namque ymaginaria non uidentur res in se / sed solum in ymaginatione uidentur / ¶ 3o potuit hoc uidere uisione intellectuali / quia intellexit xpus per illam apertionem celorum iam baptisificato per eum celum apertum esse omnibus baptisandis / ¶ Ad 3m est dicendum / quod in xpo fuit gracie plenitudo deriuanda in omnes credentes in eum / unde dicit Johannes primo / de plenitudine gracie eius omnes accepimus / graciam pro gracia / et ideo conueniens fuit / ut in visibili signo spiritus sanctus visibiliter super ipsum appareret / ad demonstrandum in eo gracie esse plenitudinem vel libertatem / et ab eo debere deriuari in omnes alios / quia ipse erat principium spiritualis vite / et spiritualis doctrine traditor / vnde dicit cris / quod si nos

non uidemus nunc spiritum sanctum visibiliter super baptizatos descendere / non propter hoc debemus esse increduli / quia semper in principiis spiritualium rerum sensibiles apparent visiones / propter eos qui nullam intelligenciam incorporalis nature suscipere possunt / ut si postea non fiat. ex hiis que semel facta sunt recipiant fidem / propter quod visibiliter in specie columbe spiritus sanctus super xpm baptisatum descendit / ut pari modo super omnes baptisandos invisibiliter credatur descendere / et signanter in specie columbe, magis quam alterius animalis / quia columba in natura est animal mundissimum / in fructu est fecundissimum / et in forma simplicissimum / que tria conueniunt hiis que homo recipit in baptismo / Nam in baptismo homo mundatur a sordibus peccatorum / ideo recipit mundiciam et puritatem / regeneratur in spiritualem vitam / ut corrupte receptus spiritualis uite esse possit / et deo spirituales filios generare / et ideo recipit fecunditatem / et renunciat pompis / et superbie dyaboli et operibus / et passionibus / et ideo recipit humilitatem et simplicitatem / Ad 4m quando cris. Et iudei qui stabant cum Johanne viderunt spiritum sanctum corporali specie super xpm descendere / quare non crediderunt xpm esse filium dei / Ad quod dicendum / quod quibusdam visum est / non omnes vidisse illam columbam / sed solum Johannem / et eos qui deuotissime erant dispositi / Dato tamen quod omnes viderunt / quia ut aliquis talia uideat indiget non solum oculis corporalibus / sed magis visione mentis / quia sic videntes eum miracula facientem / multi ebrii esse clamabant / et contra ut hiis que videbant contrariarunt / qualiter solo aductu spiritus in specie columbe corrupti sunt incredulitate / ¶ Ad 5m est dicendum / quod augustinus in libro de agone xpiano corripit dicentes / illam columbam verum animal et verum corpus fuisse / quia nulla ficto decebat spiritum veritatis dicit enim sic / non decebat dominum ihesum / solum habuisse verum corpus / et spiritum sanctum fallaciter apparuisse in specie columbe oculis hominis / sed ambo illa corpora uera corpora fuisse credimus / quia sicut non oportebat ut homines falleret dei filius / sic et spiritus sanctus / sed omnipotenti deo / qui vniuersam creaturam de nichilo fabricauit / non erat difficile /

vnum corpus mixto manere sicut viri et femine sub-
stancie cum creatura corporea in visibili specie ad for-
mandum hominem et ipso mundo ad formandam
columbam in specie domini et voluntatis semet. Diffe-
runt tamen secundum eundem Augustinum 2° de trinitate co-
lumba illa assumpta est a spiritu sancto, et huma-
nitas vera a dei filio, quia humanitas assumpta
est a dei filio in unitate persone, non columba
a spiritu sancto est assumpta. Similiter est ut sanctifica-
ret et beatificaret a dei filio, non columba a
spiritu sancto. Et per illam assumptionem dei filius deus
est minor patre et minor seipso. Spiritus vero sanctus
non est dictus minor patre nec filio, nec comple-
ta assumptione dei filii per illam humanitatem
quam induit se oculis desinit esse illa hu-
manitas. Sic completa apparitione spiritus de-
sinit esse illa columba. Vera illa quia columba
fuit in qua spiritus sanctus missus est, sicut verum
corpus fuit in quo Christus invisibiliter mundo
apparuit. Non tamen eodem modo assumptione colu-
ba sic humanitas vera. ¶ Ad 3m et 4m dicendum
quod Christus per auctoritatem erat novorum sacra-
mentorum institutor et nove legislator et
nove doctrine annunciator. Apostoli vero per
ministerium tantum sacramentorum administratores
et legis eius et predicatores, iuxta illud
1 ad Cor. 4: Sic nos existimet homo ut
ministros Christi et dispensatores misteriorum dei.
Et pastores sacramentorum administratores et doc-
trine predicatores divine debebat ad omnes
alios posteros. Unde patet ista duo visi-
bilis missio spiritus sancti bis facta est ad Christum
quater spiritus sanctus in visibili signo missus est
et bis ad apostolos, ita quod quater spiritus sanctus
in visibili signo missus est. Nam inquantum
Christus erat novorum sacramentorum institu-
tor, per que fit spiritualis regeneracio et adop-
tionibus per quas filios dei fieri recipit
spiritum sanctum visibiliter ipso baptizato in specie
columbe, que est animal fecundum ad generan-
dum. Inquantum vero erat nove legislator re-
cipit visibiliter spiritum sanctum in transfiguratione in nube
lucida, que lucidatas ... ad doctri-
nam. Unde vox de nube statim audita est
Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene co-
placui, ipsum audite tamquam scilicet doctorem et ma-
gistrum. Similiter apostoli inquantum erant sacra-
mentorum ministri per que administratur
fit remissio peccatorum receperunt spiritum sanctum
visibiliter in specie flatus post resurrectionem,
quando Io. 20 Christus insufflavit eis et dixit:
Accipite spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata
remittuntur eis. Inquantum vero erant nove doc-
trine evangelice predicatores receperunt spiritum
sanctum visibiliter in die penthecostes in linguis
igneis, ad demonstrandum quod lingua predi-
catoris et doctoris debet esse illuminata per doc-
trine veritatem et inflammata per dilectionis
caritatem. Et sic quater spiritus sanctus visibi-
liter missus est. ¶ Ad quintum dicendum quod
sicut Christus baptizatus est magis propter sanctifi-
cationem nostri baptismi quam ad hoc quod ipse
baptizatus est, ut sanctificatas aquas postmodum
baptizandis relinqueret, ita congruum fuit
in baptismo Christi vocem patris apparere propter
integritatem forme baptismi. Consistit
namque integritas baptismi in expressione
et invocatione trinitatis, iuxta illud Mt.
ultimo: Euntes docete omnes gentes baptizantes
eos in nomine patris et filii et spiritus sancti.
Unde ex quo in baptismo Christi manifestabatur filius
qui in natura humana baptizabatur, et spiritus sanctus
in specie columbe, conveniebat fuit ibi mani-
festari patrem in voce magis quam in alio signo,
quia secundum Augustinum 3° de trinitate vox exterius sonans
est signum interioris verbi, quod intus latet.
Dicitur igitur pater manifestare se filium tamquam per
suum verbum interna et eterna processione,
sic manifestatur per vocem temporali et visibili appa-
ritione, non quidem quod vox illa fuit natura ipsius
patris, sicut nec natura humana fuit ipsa
natura filii, nec illa columba fuit natura spiritus sancti,
quia effective humanitatem filii, columbam
spiritus sancti et vocem patris tota trinitas sit
operata est. ¶ Singula tamen illa ad singulas per-
sonas referuntur, quia sicut pater in voce tamquam
invisibili signo manifestatus est, sic spiritus
sanctus in specie columbe, quod non filius
neque pater, et sic solus filius manifestatur.

Ieiunavit dominus in remedium peccati nostri. [illegible] et propter opus [illegible] Item in exemplum vivendi. Crisostomus post baptismum non lasciviae et ebrietati sed ieiunio intendere oportet. Item in commendationem ieiunii.
Quartum ieiunavit etiam magni. Unde in solitudine scilicet christus de quo hic. Moyses in monte scilicet Moyses Exodi 34. Helias in itinere scilicet Helias 3 Regum 19. Primus devicit hostem. 2us accepit legem. 3us pervenit ad dei revelationem. Et nos ut hostem nostrum superemus. legem dei teneamus. et ad dei revelationem perveniamus ieiunare debemus.

est in natura humana quod non pater
nec spiritus sanctus / quamvis longe aliter visus
est filius in natura humana / et pater in voce / et spiritus
sanctus in columba / ut Augustinus ponit in libro
quaestionum de trinitate. Capitulum iiii. Lectio prima

Tunc ductus est ihesus in desertum
a spiritu / ut temptaretur a diabolo.
Et cum ieiunasset quadraginta diebus
et quadraginta noctibus postea esuriit

¶ Postquam evangelista determinavit de christi baptismo
et regeneratione / in parte ista ut sic dicebatur determinat
de eius a diabolo temptatione / Et possumus totum
istud capitulum dividere in partes viii / et per consequens de
to isto tractatu, viii lectiones facio / Nam primo
ponit ipsius christi ad pugnandum preparatio / 2o
subditur diaboli ad christum temptandum occasio /
3o adiungitur eius de temptatione confutatio /
4to annectitur eius superba presumptio / 5to subiungitur
contradictio Iohannis christi absentatio /
6o interponit apostolorum adunatio / 7a postponit
infirmorum et demoniorum compassio /
2a ibi Et accedens / 3a ibi Tunc assumpsit eum
4a ibi Iterum assumpsit eum / 5a ibi Cum autem
audisset ihesus / 6a ibi Perambulabat ihesus / 7a
ibi Circuibat ihesus ¶ Ad intellectum
prime partis dicendum est quod sicut Crisostomus, sicut homo post baptismum
temptationes sustinet / mirari non debet
quod ad hoc recepit arma ut pugnet / Nam
ideo / postquam christus baptizatus est a Iohanne in aqua
ducitur a spiritu in desertum ut baptizetur igne
temptationis / Unde dicit evangelista / quod tunc statim, scilicet post baptismum, ihesus ductus est (spontanee non coacte) / Marcus
dicit expulsus / Lucas non agebatur / quod cum
in divinis sit operatio trinitatis / ductus est
sapientia filii / expulsus potentia patris / et agebatur
clementia spiritus sancti / Ductus est igitur a
spiritu sancto / sicut Ieronimus / ut illuc eum sanctus
spiritus duceret / ubi hunc ad temptandum
spiritus malignus inveniret / Ductus est igitur
est in desertum / quod secundum glossam est inter Ierusalem
et Iericho / ubi in [illegible] dicitur incidisse
in latrones / ut christus ibi diabolum superaret
ubi ipse Adam homo superatus est / et convenit

Ubi morabantur latrones quod locus dicitur dorassim id est sanguis quia [illegible] effusione sanguinis qui ibi fiebat. Ubi etiam homo quidam incidit in latrones. Luce 10.

ducitur quis aut coacte aut voluntarie. Coacte ut latro. Unde Luce 23. ducebantur et alii duo nequam. Voluntarie. ut Andreas inveniens Symonem fratrem suum dixit ei Invenimus messiam quod dicitur christus. et adduxit eum ad ihesum Iohannis 2. Ducitur quis non solum quod aliqua potestate ducatur sed etiam cum aliquis rationali exhortatione placatur vel movetur. Sic ihesus dicitur ductus a spiritu sancto.

Sicut Crisostomus christus in desertum ductus est / quoniam tunc et ibi
ad temptandum diabolus maiore instat ubi eum
solitarium videt / verum quia diabolus ad homines
vadit ut temptet eos / et adversus christum ire
non poterat / ideo contra diabolum christus processit secundum
Crisostomum. Unde subdit evangelista / ut temptaretur
a diabolo / Et quia sciebat christus ut Crisostomus dicit
cogitationem diaboli quod eum temptare volebat / ieiunavit
certe dicens / ut primus homo / ieiunavit xl diebus
et xl noctibus / et postea esuriit / Nam
per xl dies non esurire non erat hominis / aliter
semper esurire non erat dei / ideo esuriit
ne manifeste intelligatur deus / et sic diabolo
temptandi spem extingueret / et suam victoriam
impediret / Dicit enim Hylarius diabolus non ad eos
scilicet carnis erat vincendus / ideo esuriit finitis
xl diebus et xl noctibus quia dimittebat hominem
pene non reliquit ¶ Hic primo quaeruntur sex
dubitationes. ¶ Prima utrum conveniens fuerit christum
a diabolo temptari ¶ 2a utrum mirum fuerit bellum
inter eum et diabolum ut quod ipse cum diabolo ad bellandum
prodeat ¶ Tertia utrum congruum fuerit
quod temptaretur in deserto ¶ 4ta utrum omnis temptatio
christi cum diabolo facta sit in deserto ¶ 5ta utrum
semel tantum vel pluries sit temptatus ¶ 6a
utrum post ieiunium debuit temptari ¶ Prima
dubitatio est quia quod non est dubia per temptationem
et per diabolum temptatur / nam cum dicat quod est triplex
temptatio ut dicit Iohannes in canonica sua
carnis per concupiscentiam / mundi per avaritiam
et diaboli per superbiam / sic christus non est temptatus
carne / ita non videtur quod debuit temptari
mundo vel diabolo / Ulterius temptatio sit
ut sumatur experientia de aliquo / Sed diabolus
sciebat eum esse dei filium / Unde dicit Luce
4 / quod exibant demonia a multis clamantia
quia tu es filius dei / et increpans
non sinebat ea loqui / quia sciebant eum
esse christum / Non igitur decens erat cum diabolo
temptare / et experiri an esset filius dei
si hoc ipse diabolus sciebat ¶ Ad quod possumus
dicere / quod conveniens fuit christum temptari.

sic et per mulierem temptat quem eam sine viro invenit.

non dicitur ut diabolus temptaret eum sed quia diabolus non temptare poterat christum nisi ipse christus permitteret.

ꝛ teptari a dyabolo / 2 post bap(tismum) teptari
.1. quod fuit conueniens / ut suum teptatorem
sua teptacione vinceret / sicut nostram mortem
sua morte superauit / s(ed) q(uod) Grego(rius) dicit et / ut nos
teptatos conforttaret / 2 cautos redderet / p(ropter) h(oc)
enim q(uod) ip(s)e qui erat deus 2 ho(mo) teptatus est
cautos fecit nos / ut quantacumque sanctitate
polleant. semp(er) tiueant teptaciones / dicit enim
hilarius / quod i(n) sanctificatis maxime dyab(o)li tep
grassant(es) i. crudeliter mo adunt. seuiunt. tamita graſſant(ur) / q(ui)a victoria e(st) ei magis
exoptanda de sancti(tate) / ut etiam quod de tri/umphato
de tribuere / dicit enim Aug(ustinus) / q(uod) x(ristu)s
dyab(olum) se teptandum p(re)buit / ut ad superandas
teptaciones eius victor fieret / non solum p(er)
adiutorium verum etiam p(er) ex(emplum) / Congruum tamen
.2. fuit / ip(su)m teptari a dya(bo)lo / non a carne / q(uia)
concupiscencia carnis. q(ue) teptacio carnis app(el)
latur / insurgit i(n) nobis ex pecco originali
tamen dicit Aug(ustinus) / q(uod) non nullum peccatum est q(uod)
caro concupiscit adversus sp(iritu)m / Sed a pecco
x(ristu)s fuit omnino immunis / io non est tep
tatus a carne s(ed) ab hoste p(er) sola exterior(es)
suggestiones q(ue) sine pecco est / si enim non co(n)
sentitur / Et quibus dyab(olus) sciuit x(ristu)m esse
dei filium / q(ui)a ut dicit Criso(stomus) dyab(olus) audiebat
q(uod) x(ristu)s natus erat i(n) mundo angelis
predicantibus / pastoribus referentibus / magis q(uo)q(ue)
dicentibus / 2 Ioh(ann)e bap(tis)ta ostendente / tamen tunc
veniss(et) p(ro) infirmitate carnis ignorabat
/ io cum vidit eum esurire / q(ui)a carnis hu/ma
ne condicionem infirma credebat / statim
accepit occasionem teptandi / vn(de) dicit hilari(us)
q(uod) teptator x(ristu)m dyab(olus) nunquam fuisset
aggressus / nisi esuricionis infirmitate
q(ue) est hominis / vidisset / p(ro)pter quod cum cognouisset et
eius morte p(ro)curauit / q(ui)a 2 p(er)sistebat
cum ex x(rist)o / non tamen sua morte se esse
dapnandum credidit / uel sua pda (?) expoli
andum / ut dicit Ambrosius / Et p(ro)pterea / post baptis(mum) tamen
teptari voluit / s(ed) Criso(stomus) quadrup(licem) rationem
¶ p(ri)mo ut ho(mo) discat q(uod) p(ost) baptismum
forcior est ad pugnandum q(uam) ante ¶ 2o ut
magnitudine donorum receptorum non
extollatur in superbiam ¶ 3o ut crediti

Capitulum

4o ut dia(bolu)s experiencia cognoscat q(uod) perfecte ab eo recessit.

sibi theauri signum accipiat ¶ Xo ut tenuia
in honore constitutum conspiciat / Alii dica(n)t
te non teptaret nisi i(n) maiori honore esse(n)t
te uideret ¶ Ad 3m est dicendum s(ecundum) Aug(ustinum) dia(bolus) non
equitate s(ed) iniusta potestate p(ro)prium erat vincendum
dicimus q(uod) ut quis iustum bellum habeat
precedendo tamen aliud quoque requirit(ur) p(ri)mo bel
lantis uel bellum p(re)cipientis auctas / ita q(uod) sit
p(er)sona publica s(ecundu)m Aug(ustinum) communis p(er)sona priua
ta que p(ro)pter auctoritate(m) illius q(ui) publ(ic)a potes/tate
fungitur accepit gladium gladio perib(it)
¶ 2o cau(s)a iusta equitatis q(ui)a tunc s(ecun)d(u)m Aug(ustinum) iuste
agitur uel ciuitas plectenda est p(ro) bellum
quod uel negligit corrigere q(uod) a suis inp(ro)be
factum est / uel negligit reddere quod p(er) iniuri
am ablatum est ¶ 3o bellancium p(ro)bitas / q(ui)a non
uoluntate ulciscendi / nec feritate rebellandi
nec libidine dominandi / nec parcitate depredandi
bellatores bellare debent ¶ Xo pacificacionis
communitas / q(ui)a p(er) bellum iuste bellatores se
ad bellandum p(re)parare p(ro)nt ¶ 5o hostium in
uncorum cupiditas / q(ui)a est contra sarracenos
et barbaras gentes vellentes nobiscum
quiete agere et una nobiscum non aufferre bellum
committere non debemus / ut notat quedam glo(sa)
23. q. 8. x(ristu)s quamuis iustum bellum assumpsit contra
dia(bo)l(u)m procedendo / q(ui)a cum esset caput totius
ecclesie. i(n) p(er)sona publica habebat bellum co(m)
mittendi auctoritatem / 2o habuit causam iuste equitate
q(ui)a dia(bolu)s iniuste humanum genus detinebat et in
iuste iniuria afficiebat ¶ 3o intencionis habuit
p(ro)bitatem / q(ui)a non libidine dominandi / uel parcitate
depredandi / nec feritate rebellandi / s(ed) sola in
tencione suos suos redimendi bellum commi
sit / Xo habuit pacificacionis communitatem / q(ui)a q(uo)d
alterca(n)tia suis fidelibus p(re)parauit bellandi dedit
5o habuit hostium uocandi cupiditatem / q(ui)a
demones semper fuerunt et sunt suis fidelibus
infesti / vn(de) p(ro)pter ista v. dicit Origenes / q(uod) dia
bolus non assumpsit x(ristu)s p(er) uiolenciam uel ne
cessitate s(ed) sciebat x(ristu)s diabolum ad teptacionem
et pugnam sicut adleta et pugil uocauit
humanum genus ¶ Ad 3m est dicendum sicut ex dictis
iam colligi potest / supra hunc locum / locus co(n)
ueniens pugne et teptacioni est desertum
p(ro)pter tria ¶ p(ri)mo p(ro)pter cautelam occulte.

duxit petrum ad ihesum / et quomodo philippus nathanael
Christo / et de conuersione aque in vinum / et de illa dispu-
tacione vel quomodo quam Nicodemus proposuit Christo / ista omnia
secundum Augustinum de consensu euangelistarum facta fuerunt
antequam Johannes poneretur in carcerem / Matheus tamen
statim post temptacionem Christi pretermissis illis que
Johannes posuit / ait / quod cum audisset ihesus quod
Johannes traditus esset / Audiuit enim hoc a discipulis
Johannis / quod traditus erat et positus in carcerem
Traditus enim erat / secundum hilarium ad verbum permissione / quia in
sui vero nemo potest aliquem nisi tradiderit eum
deus / Secessit in galileam / secundum bedam / duplex
est galilea / una in tribu neptalim vicina tyro
et illa dicitur galilea gencium / alia in tribu zabulon
iuxta tyberiadem / et illa dicitur galilea iudeorum
Sed secundum Jeronimum una fuit Galilea diuisa tempore
Salomonis / quia in una parte galilee dedit regi
tyri xx oppida / et ista pars postmodum dicta est
galilea gencium / sicut patet 3 Regum 9 Reliqua
non dicta est galilea iudeorum / In ista igitur galilea
erat Capharnaum maritima / quia sita est iuxta
mare genezareth / in finibus zabulon et
neptalim / quia partes illas isti duo filii Jacob habuerunt
/ a quibus postea sunt nominate regiones ille
~~habuerunt~~ / Christus igitur audito / quod Johannes positus
esset in carcerem et quod iudei insidiarentur sibi
relicta sua ciuitate nazareth in qua fuerat
~~fuerat~~ nutritus / secessit in galileam gencium /
ut passionem suam secundum hilarium debito tempori reseruaret /

Traditus est dolose quia iu-
deis consencientibus
in morte eius traditus
est herodi / quia eum rep-
henderunt quod baptiza-
ret cum non esset Christus
nec propheta. Et glossa hic
dicit quod traditus est in captiuitatem
post euangelium et
hoc fuit post 2a die mensis
post pascha cum ihesus
esset annorum 31. Tunc
secessit ihesus a iudea
insidiantibus sibi pha-
riseis quia maior jo-
hanne fiebat et quia
ementes et vendentes
de templo iam ceperat
eicere ut3 Johannis 2o.

Capitulum

i. mari vicina

/ 2 ut nobis fugiendi piclm daret exo / in venit
go 2 habitavit in civitate Capharnaum / maritima
que iuxta mare posita / in finibus zabulo(n) et
Neptalim / i. qua tam iudei quam gentiles pos
sent ad eius predicacionem convenire / Et hoc ut ad
impleretur quod dictum est per ysaiam prophetam 9 capitulo
Terra zabulon 2 terra neptalim via maris
trans iordanem galilee gentium / ac si dicat / illa
terra que venit in sortem illarum duarum
tribuum zabulon 2 neptalim / erat via maris
que posita iuxta mare i. tiberiadis / que erat trans
iordanem / que quidem terra erat galilee gentium /
2 tunc xpo predicante populus qui ambulabat in te
nebris ignorancie legis 2 phariseorum / sicut populus
gentium gentilis vidit lucem non parvam sed mag
nam / que illam que illuminat omnem hominem venientem in hunc
mundum / 2 sedentibus in regione umbre mortis
lux orta est eis / Differencia est secundum ieronimum inter mortem et
umbram mortis / quia mors perpetue est illorum qui cum
operibus mortuis ad inferos descendunt / sed
in umbra mortis stant / qui dum in hac vita
peccant / tamen adhuc monarentur converti possunt
ad penitenciam / Itaque tunc conveniebat ut xpus predi
caret postquam suum temptatorem vicerat / 2 postquam
suus precursor in carcerem positus fuerat / Unde
subdit euangelista / exinde cepit ihesus predicare et dicere
2 dicere / penitenciam agite appropinquabit enim regnum celorum
non regnum terrenum / sicut terra chananei Je
busei 2 pherezei / quam antea promittebat iudeis
Si volueritis 2 audieritis me bona terre come
detis sicut ysaias p° / Sed xpus regnum celorum 2
eternam illam predicabat de qua scriptum est / porcio
mea in terra viventium / Sed hic primo oc
currunt septem dubitaciones / Prima utrum propter incarceracionem
Johannis xpus debuerit iudeam relinquere
/ 2a utrum statim incarcerato Johanne xpus debuit
predicare / 3a utrum suam predicacionem debuit incipere
a penitencia / 4a utrum debuit predicare simul
iudeis 2 gentilibus / 5a utrum debuit predicare
verbo vel scripto / 6a utrum debuit predicare
publice vel occulte / 7a utrum fecerit aliquos
libros in quibus suam doctrinam tradiderit
/ Ad primam est dicendum / quod crisostomus tres raciones tangit
propter quas conveniebat ut xpus iudeam re
linqueret propter incarceracionem Johannis / Prima est ut inuidi
am iudeorum vitaret / Ante enim quam Johannes
in carcerem poneretur / xpus in iherusalem ad

templum domini iverat / 2 inde eiecerat ven
dentes oves 2 boves 2 columbas / ex quo
iam iudei erant contra xpum indignati
2 concitati ita ut ipse non crederet se eis securum
esse contra emulacionem contra se / sicut scribitur Jo
2° / Itaque nondum pati dignabatur / sed suam pas
sionem oportuno tempori reservabat / audito quod
Johannes positus esset in carcerem / ne sibi fieret
de eo / recessit de iudea volens inuidiorum in
dignacionem mitigare / 2 periculum mortis vitare /
Nam secundum Crisostomum non est accusabile non prestare seipsum
in periculum / sed incidentem non stare viriliter / attamen e e
/ Quoniam sine peccato enim potest homo seipsum periculo non
exponere / sed postquam expositus est, debet vo
lente vel penitente viriliter stare in eo
/ 2a est ut prophecie veritas 2 misterie
ipsius implerentur / Nam secundum tempus predicacio
ni ysaia implerentur / quod fuit statim Johanne incarcerato
nis xpi / quod fuit statim Johanne incarcerato
posito, terra zabulon 2 terra neptali alle
vata est ab onere peccatorum / sicut postmodum via
maris / illa eadem patria que iuxta mare est
situata aggravata est peccato infidelitatis / Signis enim
2 miraculis ibi factis per xpm que nullus pri
mus homo facere potuisset ipsi credere nolu
erunt / 3° ut suos discipulos magistros
orbis terre artem piscandi doceret / ita ei
vocavit eos ad suam noticiam / 2 fami
liaritatem / licet non ad officium apostolatus 2 pre
dicacionis / 2 quod tempus inminebat predica
di sibi 2 suis discipulis posito Johanne in
carcere 2 cessante predicacione eius cognitum
fuit quod tunc illuc accederet / Ad secundam est dicendum
quod duplicat probat Crisostomus quod xpus predicare
non debebat donec Johannes incarceratus poneretur non debebat
retur / primo quod predicacio Johannis inutilis non red
deretur / 2° ut multitudo fidelium non sci
deretur / nam si predicante Johanne xpus inci
pisset predicare / vilem reddidisset Johannem
2 innueretur predicacio Johannis esse superflua
per comparacionem ad doctrinam xpi / sicut si unus
tempore sol cum lucifero oriatur / lumen 2 gloriam
luciferi celat / ex quo habemus exemplum
quod nullus inferioris persone contempnere
debet superiorem / 2 ad hoc quod dicit apostolus
i. cor. Si cum sedenti revelatum fuerit
prior taceat / Secundo probat hoc / quod si Jo
hanne predicante xpus predicasset
aliqui adhesissent Johanni 2 aliqui

Ista Capharnaum
fuit civitas sale
mis. continuis. i. quam tunc
mebat xpus in manus
predicacionem incipere.
Licet autem in Nazareth
nutritus 2 concepta
2 educatus, sit. tamen
ibi predicacionem non incepit
quia non quererat metro
pol galilee. nec co
veniebat in tempore predicacionis
nisi in loco
salemi 2 publico 2
tal' fuit Capharna
um. i. qua.

filia pabo

xpo et fuisset diuisa multitudo fidelium. Ipse
quod et ut Crisostomus dicit Johannes nullum fecit
signum. quia si per miracula sicut faciebat xpus
omnes tenerent ad ipsum. Jeronimus tamen ponit rationem
misticam. quare Johanne incarcerato xpus predicare
precepit. quia deficiente lege cum Johannes typum
gerebat statim orta est predicatio euangelii. ¶ Ad 3m
est dicendum quod propter se et propter iudeos et propter
precursorem placuit Cristo cognitum fuisse quod xpus
suam predicacionem a prima inchoaret. Propter xpum
quidem. quia auditores nondum de xpo decentem
opinionem et notitiam habebant. vnde nichil de se
ipso in principio predicauit nec aliquod increpatiuum
uel comminatorium sicuti dixit securim ad
radicem arboris positam et soboles vipera-
rum appellabat. sed solum in principio benignum proposuit
primam peccatorum cum promissione regni celestis
Propter uero iudeos quia illa erant in principio proponenda
predicanda quibus omnes indigebant. et hec erat penitencia
vnde Crisostomus dicit quod iustitiam in principio non predicauit quam
omnes cognoscebant sed penitentiam quam omnes indi-
gebant. propter quod nullus poterat dicere volo
esse bonus et non possum quia sola penitentia correctio
est voluntatis. Propter uero Johannem quia inde xpus predi-
care debebat incipere vnde Johannes precursor eius
suam predicacionem inchoauerat ut suam doctrinam non
non videretur occultare sed magis confirmare
et testimonium eius verum esse demonstrare et illum esse
cuius ipse erat propheta sicut enim dictum erat
de Johanne propheta altissimi vocaberis. sic de xpo
hic erit magnus et filius altissimi vocabitur.
¶ Ad 4m est dicendum quod secundum Rabanum [?] xpus primo predi-
cauit in civitate Capharnaum que erat civi-
tas situata iuxta mare Galilee gentium in con-
finibus Zabulon et Neptalim. Ibi sua predicatio esset com-
munis iudeis et gentilibus vnde videtur quod
quod ipse predicauit iudeis et gentilibus. Dicamus
ergo quod tamen predicacio xpi quam apostolorum eius primo
debuit esse facta iudeis. quia promissio primo
facta fuit patribus iudeorum. vnde ad iudeos
quod promissio facta eis completa erat primo se
eis manifestare debuit et hanc rationem tangit
apostolus ad Ro. xv. dico xpum ministrum fuisse
circumcisionis id est predicatorem et apostolum iudeorum
quibus data erat circumcisio. et hoc ad confirmandas
promissiones patrum. et quia eis primo fuit
data lex cognitio et cultus omnium dei
primo fuit in populo iudeorum. Secundo cum apostoli

expulsi a iudeis conuersi sunt ad conuersionem
et predicationem gentium iuxta illud quod Paulus
dixit Act. 13 Vobis oportebat primum predicari
verbum dei sed quia repulistis illud et indignos vos
iudicastis eterne vite ecce conuertimur ad gen-
tes. sic xpus primo predicauit iudeis ut dimitte-
ret vos exemplum quod sicut precursor positus erat
in carcerem per Herodem quem iam circumcisione
iudeorum acceperat transtulit se ad locum quendam
ut simul predicaret gentilibus et iudeis vnde
dicit Crisostomus super hunc passum quod attendere
debemus qualiter xpus pulchre accepit causam
a iudeis abituris ad gentes. quia eo ipso quod pre-
cursorem suum in vincula immiserunt compellunt
ipsum transferre se ad Galileam gentium. ¶ Ad
quintum est dicendum quod si quis docet doctrinam
aliquam in occulto triplex contingit. Primo propter
invidiam docentis quia vult alios excellere et
nulli vult doctrinam suam communicare. Secundo prop-
ter doctrine quia forte illa doctrina continet falsa
aliqua et indecentia sicut doctrina hereticorum
uel aliqua prohibita sicut doctrina nigromanti-
carum artium. 3o propter ordinis et modi docendi
quia non omnibus omnia manifestat indiffe-
renter sed pro magis capacibus alijs inferioribus
ordinat esse proponenda. Primus modus docendi
in occulto non conueniebat xpo qui est dei
virtus et dei sapientia. Sapientie 7. Quam sine
fictione didici et sine inuidia communico et honesta-
tem illius non abscondo. Quibus in methaphy-
sice dicit derridenda esse sicut illius Symonides
poete cum dicebat quod deus inuidia possidet
nobis sua doctrina celare nolebat. Secundus modus non
modo sibi xpo non conueniebat quia sua doctrina
nec indecentia nec falsa nec prohibita continebat
vnde Jo. 18 cum pilatus quereret ab eo de doctri-
na eius Respondit ego palam locutus sum
mundo et in occulto locutus sum nichil.
Tertius modus aliqua parabolice locutus est populo que
apostolis reseruauit quia per eos sua doctrina ad
alios erat deriuanda. vnde dixit eis Luce
8 Vobis datum est nosse misterium regni
dei ceteris autem in parabolis. ¶ Ad 6m est dicendum
quod hanc dubitationem monet Aug. in primo libro
de consensu euangelistarum ex persona gentilium
quorundam et paganorum qui cum xpum non
auderent culpare vel blasphemare creden-
tes eum fuisse sapientissimum hominem et si eius
doctrinam vel sectam inuenissent parati fuissent

eam recepisse / sed quia eius discipuli eius dicta et facta conscripserunt qui modo dicebant semper plus tribuunt magistro suo quam debeat plura scripserunt de eo quam debuerit / puta quod esset deus et unigenitus filius dei / et verbum patris / et eiusdem nature cum patre / et in principio alius et multa alia que christo non conveniunt / Nam quod fuit christus sapientissimus homo credere illi gentiles voluerunt / sed quod fuerit deus credere nolebant / Ad hoc ergo respondet augustinus / quod docere verbo et solo verbo cordibus auditorum doctrinam imprimere longe dignius et excellentius est quam docere scripto / quod probat per doctores eorum ipsorum gentilium motu / Nam ut autem nullum in contemplativa virtute et scientia speculativa nullum doctorem habuit grecia clariorem pitagora / et in morali scientia que mores informat nullum melius habuit excellentiorem socrate / qui testis apollinis dei ipsorum pronunciatur ipsi grecia non tacet / Duo isti tamen doctores nec de se ipsis nec de aliis rebus aliquid scripto docuerunt sed solo verbo / Ergo si soli eius discipulis rationabiliter gentiles greci credunt illos doctores fuisse tales quales eorum discipuli narrant / et vera fuisse affirmant que illi verbo docuerunt scripta eorum sed eorum discipulorum / multo magis credere debent quod christus verbo docuit et suis discipulis mandavit verbo et scripto esse docenda / Conveniens ergo fuit / quod verbo christi cordibus auditorum ipsemet eius doctrina et postmodum apostolis et aliis verbo et scripto docenda relinqueretur / Unde infra capitulo vii scribitur / quod loquebatur sicut potestatem habens / et non sicut scribe et pharisei / docebant enim pharisei legem scriptam atramento / et legem in lapideis tabulis / sed christus solo verbo suo scribebat suam doctrinam in cordibus carnalibus sicut dominus legis et potestatem habens / ¶ Ad argumentum est dicendum / quod eo demo dubitationem istam movet augustinus in libro supradicto quidam alios libros dicunt se habere quos christum scripsisse existimant / Dicunt continere aliquas artes illas magicas / quibus eum putant illa fecisse miracula / quorum fama ubique percrebruit / et post deos libros quos christum scripsisse dicunt asserunt ad petrum et paulum tamquam epistolari titulo prenotatos / Hoc autem augustinus reprobat multipliciter / primo quidem / quia si isti libros illos habent quos christum scripsisse fatentur concedant eos nobis / quia utilissimum et saluberrimum sit / quoniam christus fecit eos quem hominem sapientissimum fuisse ipsi dicunt / et sapiens scilicet non nisi bonos libros et utiles facit / Si autem mali libri sunt et continent illa illicita que non solum disciplina christiana sed etiam ipsa reipublice administratione iure condempnat sapiens / non fuit christus qui scripsit eos / Secundo confirmat si isti tales libros christi se legisse affirmant / quare ipsi non faciunt talia mirabilia qualia illum de libris illis fecisse mirantur / Tertio confirmat si aliqui nominis christi libros illos sub nominibus suorum apostolorum scripserunt cur non nisi divino iudicio et comprobatio quia planum est quod toto illo tempore quo christus cum suis discipulis vixit in carne mortali / non discipulus erat paulus eius discipulus / ut titulo eius libros illos prenotare potuissent / Quarto confirmat querendum est a talibus dicentibus libris illis magicis artibus consecratum christum miracula fecisse / utrum magicis artibus tot et tantos prophetas divino spiritu antequam in terra nasceretur potuit implere / qui de illo talia futura locuti sunt / qualia iam completa in ecclesia legimus / et gloria nunc ubique videmus / Non enim potest dici quod magus fuit antequam natus / cum prophetando venturo gens una hebrea deputata est / lectio vi

Lectio Sexta

Ambulans autem iuxta mare galilee vidit duos fratres symonem qui vocatur petrus et andream fratrem eius mittentes rete in mare / erant enim piscatores / Et ait illis / Venite post me / faciam vos piscatores hominum / At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum / Et procedens inde vidit alios duos fratres Jacobum zebedei et Johannem fratrem eius in navi cum zebedeo

patre eorum reficientes retia sua / et
vocavit eos / illi autem statim relictis
rethibus et patre secuti sunt eum ¶ Postquam
circumcisionis posuit contradictione Johannis ob
absentationem / supple ista ut supra dicebatur imponit apostolorum vocationem / et ut
tu concinnent secundum crisostomum / Nam statim posito Joh in carcere / opus predicationis incepit /
et ideo statim vocavit apostolos cum quibus aliquid
faciat vel dicat / ut non eos lateat / vel bonum
non operum eius / quibus permodum fiducialiter
possent dicere / non possumus que audivimus
et vidimus non loqui / Et idem ait circumiens
quasi ambulans iuxta mare galilee id est quasi
tiberiadis / et stagnum Genesareth i. lacus salinatus / Ambulans quoque iuxta mare
vidit duos fratres / non tam corporaliter quam
spiritualiter ad corda eorum respiciens / ut liquet
amicus dei Symonem qui vocatur petrus / et
Andream fratrem eius / Jam enim Christus imposuerat illi illud nomen quod petrus vocaretur
Joh primo quando Andreas duxit petrum ad ihesum
quo viso ait / tu vocabis cephas / quod
interpretatur petrus / vidit quoque istos duos mittentes retia in mare / quod quidem eorum
officio congruebat / secundum crisostomum / quia dicitur circumcista
quia erant piscatores / et vocavit eos / et ait illis venite post me / non tam pedibus quam affectu et imitatione / Ego faciam vos fieri piscatores hominum / i. doctores / et magistros / ut cum rethe verbi dei comprehendatis homines de mundo tempestuoso / et
periculoso / ubi homines non ambulant sed fervent / quia diversi cum delectacione compellit eos
in malo ubi homines alterutrum se comedunt / sic pisces maiores minores devorant / ut translati vivant in terra
corporis christi fieri / sic exposuit crisostomus / Et
secundum gregorium / Isti adhuc christum nulla miracula facere viderant / nil ab eo de premio eterne
retribucionis audierant / et tamen ad unum eius
preceptum hoc quod possidere videbatur obliti
sunt / tamen subditur quod illi continuo relictis retibus secuti sunt eum / non quidem isti duo discipuli secuti
sunt christum doctorem / cupientes honorem / sed
eius lucrum / quia sciebat quod preciosa est anima

hominis / et quod deo grata salus ipsius / et grata est
mercedis / Ideo tute promissioni crediderunt
et promissiones quibus ipsi capti sunt / crediderunt se alios posse piscari / In vocatione quoque
istorum duorum sed gloria dantem eorum illis / Quo cessum
et temporalia bona deserunt propter amorem / et ideo
statim subditur eorum illorum / qui et affectiones
carnales propter deum postponunt dicens / Et procedens inde vidit alios duos fratres Jacobum
Zebedei / et Johannem fratrem eius in navi cum Zebedeo patre eorum reficientes retia sua / quod
erat magne paupertatis indicium / secundum crisostomum / Retia enim reficiebat / quia nova emere non habebant / et quod ad maiorem pietatem eorum pertinet / in tanta paupertate patri suo
succurrebat / ut secum cum laborant in navi
non ut ille istos adiuvaret in opere / sed ut iste
illum consolaret sua presencia / Et vocavit eos
per dilectionem concordis / artificio pares / fraternitatis proximitate coniunctos / nichil tamen eis promisit
sicut prioribus / quia obediencia priorum provocat
eis viam / Et qui multa audierat de christo
tamquam familiares et consanguinei coniuncti sunt
crisostomum / Ideo subditur quod illi statim relictis retibus
et patre secuti sunt eum ¶ Sed hic possunt
esse vii dubitaciones ¶ prima utrum de solo
genere hebreorum apostoli fuerunt eligendi ¶ 2
de arte piscatoria eligendi fuerunt magis
quam de alia ¶ 3 utrum consanguinei christi et inter se
fuerunt eligendi ¶ 4 utrum vocati omnibus
omnes sunt a christo electi ¶ 5 utrum sequentibus
christum sunt omnia temporalia relinquenda ¶ 6
propter sequi christum et introitum religionis
sit pater relinquendus in necessitate ¶ 7 utrum
de electione apostolorum sit concordia inter evangelistas
¶ Ad primam est dicendum / quod hanc questionem determinat
augustinus primo libro de consensu evangelistarum / ubi ait
quod gens iudeorum est deputata christo ad prophetandum
illa que de christo ventura erant / et predicandum ea
que iam de ipso facta erant / non quin quando etiam
quod evangelium per Sibillas et vates ipsorum
gentilium multa de ipso christo sunt dicta et
multa in libris eorum leguntur / que pro nostra
christiana religione testimonium dicunt /

i. salvator. qui omnia opera sua operatus est propter nostram salutem. ambulat ut discipulos ambulare doceret.

i. actio eius exemplar est et inde respexit intuitus pietatis adextra

i. ad piscandum

i. piscatores quidem humani quia erant futuri digitalis gracia sui artificii operi operatores.

i. membra

i. filii

i. reparantes

In quo docuerunt nos quod nemo potest terrena possidere et perfecte ad celestia pergere vel pervenire.

quod astus anglis vel ab ipsis prophetis indoctum
audire potuit / sic et ipsum Christum in carne
presentem demonia coacta sunt confiteri / tum
quia illius gentis Habrahe Christo et prophetis ad mittendum
et predicandum deputate erant / unum deum ve
rum qui fecit celum et terram et omnia que in
eis / quo offenso sepe suis hostibus subde
batur mittendo degente illa prophetas et apostolos hic
voluit / quia etiam magnum beneficium fuit quod
deus prestitit ecclesie sue ubique per eras diffuse
ut gens iudea que inimica Christi nominis
remanebat / ubique iam dispersa et debella
ta / ne illa que de Christo prophetas et apostolos d[icta]
dea sunt ficte a nobis putarentur esse composita
codices prophetarum et apostolorum degentes eorum
ubique portaret et sic fieret ut gens inimica
fidei nostre esset testis veritatis nostre ¶ Ad idem est
dicendum / quod eodem [illegible] capitulo [illegible] assignat con
gruum fuisse apostolos de arte piscatoria vo
catos fuisse magis quam de alia / [illegible]
artis vilitate et paupertate / dicit enim Augustinus [illegible]
quod ideo deus non elegit reges aut senatores
oratores aut philosophos ad apostolatum sed elegit indoctos
et pauperes piscatores / quia si doctores vel ora
tores elegisset / forsitan quilibet eorum diceret / esse
electum quia doctrina sua eligi meruit / Item quod
valens dominus in superborum frangere cervices / non quesivit
per oratorem piscatorem / sed per piscatorem lucratus
est imperatorem / Secundo ex primis congruitate dicit
enim Crisostomus super hunc passum / quod congrue dominus in per
loca piscatoria iussit piscatores piscatorum /
qui piscatores future dignitatis gratiam ope
sui artificii prophetabant / quia sicut qui retia
iactat in aqua nescit quos pisces comprehen
surus sit / sic et doctor quando verbum sermonis
retia iactat super populum nescit qui sint ac
cessuri ad deum sed quoscumque deus excitaverit
illi adherent eius doctrine / Tertio [illegible] ar
tis et apta immunitate / Gregorius [illegible] quippe
tus post eius conversionem ad piscationem rediit
et non Matheus ad theloneum / sed solum
quod ideo fuit / quia negotium quod ante conversionem sine
peccato exstitit / post conversionem repetere culpa
non fuit / et subditur / quod aliud est piscatorum
victum querere / et aliud est thelonei lucris
pecunias agere / Sunt enim plura negotia que sine peccato

vix aut numquam sine peccato possunt. [illegible] .86. distinc
tione scribitur / quod Hieronymus precipit episcopi et prelati bo
na ecclesiastica histrionibus et venatoribus dispe
sando / quia ut ibi subditur auctore Jeronimo / Esau
dispensator venator erat / et peccator fuit /
et penitus numquam legimus in scripturis sanctis
sanctum aliquem venatorem fuisse / piscatores na
mque legimus sanctos / venatores autem non ¶ Ad
quintum est dicendum / quod consanguinitas non debet esse
causa principalis vocandi aliquem ad dig
nitatem et honorem vel beneficium ecclesiasticum /
quia ecclesiasticum beneficium conferendum est principaliter
propter officium / ut aliquis sit sancte vite et suffi
cientis doctrine / quibus verbo et exemplo bene
ficium ecclesiasticum administrare ad laudem
dei et salutem subditorum valeat / sed si
sit causa annexa et coniuncta hinc principali
cause cum gratia non destruit naturam sed magis
eam perficiat et firmet / licitum est consan
guineos ad ecclesiastica beneficia vocare / immo
supposita equali ydoneitate et vita et
scientia magis et citius beneficium conferendum est
consanguineo quam non consanguineo / et Christus
tamen nota erant corda munda et opera bo
na istorum iiii. apostolorum quos vocavit propter
consanguinitatem qua sibi et invicem astricti
erant non dimisit eos ad apostolatum vo
care / sed citius eos vocavit propter quod Crisostomus
dicit super hunc passum / quod Christus super cari
tate fraternitatis fundamenta ecclesie posuit
ut ex radicibus caritas exuberaret / quia
humor ascendit in ramos et hoc ut
esset super naturalem caritatem ut non solum
peregrinam sed etiam propriam ipsa caritas fir
mior efficeretur / sic enim deus fecit in veteri
testamento super Moysen et Aaron fratres
ponens edificationis initium / sed quoniam hum
danior est gratia novi testamenti quam
veteris / ideo primum populum edificavit super
unam fraternitatem / secundum vero populum super
duas fraternitates Petri et Andree
Iacobi et Iohannis ¶ Ad sextum est dicendum quod secundum
Augustinum secundo libro de consensu evangelistarum quo
ordine vocati sunt apostoli omnibus in evangeliorum
narrationibus non apparet quia nec ipsa vocatio

omnium commemorata est sed solum philippi petri
et andree et filiorum zebedei et mathei publi
cani qui et levi dicebatur / Cognominati tamen et primus
et solus nomine a deo petrus accepit / filios
autem zebedei ambos appellavit scilicet filios
tonitrui / qualiter nominaverit et quo ordine
alii vocati sunt et nominati non est manifestum /
discipulos autem ut dicit augustinus non solum illos
xii et illos hoc nomine sed omnes in eum credentes
et eius magisterio erudiebantur appellavit /
binos tamen elegit / binos et mittit ad predican
dum propter duo precepta caritatis / propter duplicem
operacionem sanitatis / propter commendandam fraterne
societatis / et propter testimonium veritatis quia in ore duo
rum vel trium stat omne verbum ¶ Adverbum circa
dominum / ex quibus crisostomus super hunc textum scilicet illi re
lictis retibus secuti sunt eum tria debent relinquere
sequentes christum primo actiones carnales quas per retia
piscatorum significant / secundo praedas mundiales
que intelliguntur per navem / tercio parentes temporales
qui intelliguntur per patrem / Ita quod apostoli reliquerunt
retia ut non piscatores afferrent ad eum te
rrenam sed homines ad celeste / Reliquerunt
navem / ut fierent ecclesiastice navis guber
natores / et reliquerunt temporalem patrem / ut
spirituales patres omnium fierent / et istarum forte
venientes ad religionem sanctam exspoliant
peccatum bonis temporalibus / Ita ut dicitur de christo
in primitiva ecclesia qui erant possessores agrorum
et domorum vendentes ponebant precia ad pe
des apostolorum / et intelligitur de illis qui nondum
ad religionem sanctam veniebant ¶ Adverbum circa dominum
quod hoc si nondum est religionem ingressus et professus
et casus instat in quo tenetur patri subvenire
quia cum sit preceptum affirmativum non obligat
ad semper et pro aliquo non potest subvenire et non in
stet necessitas maior puta pro ecclesie persone
puta quod in seculo remanens non potest sine periculo
corporis et anime / vel pro matris ecclesie / puta
quod mater ecclesia que est mater patris et matris
omnium / eius adiutorio et consilio indigeret
quibus necessitatibus tunc casus occurrere
quod potentius subvenire / huius omnibus concurrentibus
parentibus dicendum est / quod tenetur subvenire
patris necessitati et non intrare religionem

quia cum ipse deus mandatum fecit de honore parentum
et subvencione / et consilium dedit de statu eius relictis
omnibus / vel de introitu religionis consilium eius non
contrarium erit eius precepto in casibus supra dictis in quibus
hoc precepto stringit ad subveniendum parentibus
consilium de religionis ingressu non habet locum /
sed postquam hic religionem ingressus est et professus /
quia mortuus est iam mundo non obligatur amplius
ad curam impendendam parentibus / factus im
potens per mortem spiritualem / sicut et impotens
fuisset factus ad talem curam impendendam
per mortem corporalem / Ideo dicunt aliqui / quod non
potest nec contra dei preceptum facit religiosus profes
sus remanens in religione parentum curam pretermissa
Alii non dicunt quod licet professus in religione sit
mortuus mundo negotiorum implicacioni non
tamen preceptorum absolucioni ideo habita licencia
superioris tenetur subvenire ¶ Adverbum circa
dominum / quod sicut augustinus secundo libro de consensu evangelistarum
de vocatione apostolorum videtur esse discordia inter
evangelistas in tempore et loco / Nam matheus dicit vocatos
fuisse apostolos primus quam iohannes positus fuit in carcerem
Iohannes non ait quod non dum iohannes positus fuerat
in carcerem quando vocati sunt / Similiter de loco / quia alii
dicunt christum vocasse apostolos ambulans iuxta
mare galilee / sed iohannes dicit quod iuxta iordanem
vocavit eos / Ad quod videtur augustinus dicere quod pro
bis erunt in galilea et primum adventum iohannes
ponit / et matheus narrat secundum / et primum
tamen ut dicit augustinus quod apostoli tempore vocati sunt ad
secundo faciendi vocacionem et miraculorum admiracionem
quia in conspectu eorum mutavit aquam in vinum
tunc enim solum vocati sunt eius discipuli vero
nominales / sed non adheserunt sibi ut semper starent
nec tunc erant discipuli vel apostoli / sed futuri apostoli
vel discipuli / modo quo dicimus apostolum paulum
fuisse natum in tharso cilicie non quod tunc
esset apostolus cum ibi natus fuit sed erat
futurus apostolus / ¶ Secundo vocati sunt ad piscatorem
de qua piscatione loquitur lucas / quando ex precep
to christi rethe miserunt in mare / et iam non
valebant illud trahere pre multitudine piscium
sed adhuc non adheserunt / Tercio omnino per praedi
catio et ultimo vocati sunt inseparabili cohabita
cione ad predicacionem / et de ista vocacione facit men
cionem matheus / Nam post istam vocacionem

apli xpm familiari cohabitacione ⁊ consuetudine
non dimiserint / Lectio septima

4 Et circuibat ihesus totam galileam docens in synagogis eorum ⁊ predicans euangelium regni ⁊ sanans omnem languorem ⁊ infirmitatem omnem in populo / Et abijt opinio eius in totam syriam ⁊ obtulerunt ei omnes male habentes varijs languoribus et tormentis comprehensos ⁊ qui demonia habebant ⁊ lunaticos ⁊ paraliticos ⁊ curauit eos / Et secute sunt eum turbe multe de galilea ⁊ decapoli ⁊ de iherusalem et de iudea et trans iordanem / Post vocationem apostolorum vocationem subiungit [illegible] vltra parte ut supra dicebatur eum vita postponit infirmorum ⁊ proximorum compassione / Nam sicut dicit Crisostomus omnis rex pugnaturus contra aduersarium prius congregat exercitum ⁊ sic vadit ad pugnam / Ita et dominus noster contra diabolum pugnaturus prius congregauit apostolos et sic cepit eum predicare circuire eum ~~[illegible]~~ / quia circuibat ihesus / vocatis scilicet apostolis / tota galilea / Secundum vero remigium ~~[illegible]~~ per totam istam seriem [illegible] doctorum et predicatorum vita instruitur / Nam ut non sint pigri sed solliciti docentur per hoc quod dicitur circuibat / [illegible] non sint acceptores personarum docentur per hoc quod subiungit totam galileam / et autem naturam non desciuerat docentur per hoc quod subdit docens / ut autem non paucis sed multis prodesse studeat / monetur per hoc quod sequitur in synagogis / ut autem non errores et fabulas sed salutaria predicet / docentur per hoc quod adiecit et predicans euangelium regni / Si[illegible] fert vero secundum crisostomum / inter docere et predicare / quia docere sunt respectu cordis atque [illegible] inclinat / ut quod tibi fieri non vis homine fac alijs / quasi personalentibus carnalitatibus [illegible] sua mollicione deducta obdormit / vnde necessaria est excitatio doctoris / Sed predicare sunt vero eorum que supra naturam sunt ut mortuorum resurrectio / et electorum premia / ut autem sua doctrina doctores virtutibus et moribus commendare studeat / docentur per hoc quod addit sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo / sed ut testimonium bonum habeant ab hijs qui foris sunt / monetur per hoc quod proponit / Et abijt opinio eius per totam syriam / Et ut non solum vnum sed composita

In quo commendat xpus quo ad famam quia non solum in iudea sed etiam in vicinas prouincias [illegible] abijt opinio propter crebra miracula propter quod Rex abagarus qui regnabat iuxta Eufraten flumen magnum scripsit saluatori epistolam rogans eum ut ad se venire dignaretur ut habetur in Ecclesiastica historia / Est autem Siria omnis regio ab Eufrate vsque ad mare magnum a capadocia usque ad egiptum /

et de

In quo ostenditur eius sollicitudo / vnde Rabanus / Exemplo suo saluator doctores et predicatores instruit quam solliciti quam studiosi quam benigni esse debeant qui verbum vite alijs ministrant.

regni id est euangelium quod docet venire ad regnum non errores non fabulas non scurrilia non inutilia non leuia.

et hinc quia per se ipsos omnes bona esse intelligunt de quibus necessaria est doctrina non tamen propter manifestationem quam propter excitationem cordibus.

habeant

tatem signorum breui verba comprehendat eum et subdit / obtulerunt ei omnes male habentes varijs languoribus et tormentis comprehensos et qui demonia habebant et lunaticos + et paraliticos et curauit eos / Et quia non omnes qui xpm sequebantur eodem [illegible] subdit eum et secute sunt eum turbe multe de omnibus locis circumiacentibus / Nam secundum Rabanum turbe xpm sequentes quadripartite erant / quia aliqui sequebantur eum propter celeste magisterium ut discipuli / alij propter curationem infirmitatum / alij sola fama et curiositate volentes experiri quod dicebatur an verum esset / alij propter inuidiam volentes eum in aliquo capere et accusare / Secundo tamen est secundum crisostomum / quia semper vbicumque in scriptura sacra legitur esse facta legis introductio deus signa facere consueuit pignora sue virtutis tribuens legem suscipientibus / nam facturus hominem mundum creauit et tunc illi legem in paradiso posuit / et quando noe legem laturus erat magna signa ostendit / Et filijs iudeis legem laturus prodigia ostendit / et tunc legem dedit / Ita et hic / ~~[illegible] monte ascendit~~ sublime et illam legem introducturus et reformaturus miraculorum demonstratione confirmat que dicuntur / Sed hic possunt esse [illegible] questiones / Prima vtrum demones possunt facere homines lunaticos / Secunda vtrum demones possint facere homines arrepticios / Tertia vtrum demones possint facere homines maleficos / Quarta vtrum demones possint malas cogitationes immittere / Quinta vtrum possint hominum cogitationes cognoscere / Sexta vtrum hominum cogitationes inflammare / Septima vtrum possint [illegible] facere [illegible] de fructorum [illegible] apparere / Ad primam est + dicendum quod demones possunt homines vexare et eorum fantasiam et virtutem ymaginatiuam multipliciter illudere et perturbare / secundum [illegible] augustinum demones non possunt mente illabi / corpori tamen illabuntur / et quia subtilitate nature reuolutiones solis et lune et aliarum stellarum longe melius cognoscant quam aliqui astrologi propter experientiam longi temporis quia in reuolutione lune magis perturbat et vexat homines quam alio tempore / et dicuntur illos homines lunaticos facere / vnde dicat

Primus, quod lunatici dicuntur quia luna quedam
mensibus et temporibus crescat et decrescat, tempore
pariter quod demones observantes lunaria
tempora arripiunt et faciunt creaturam infamiri
ut in creatorem blasphemia redundaret.
¶ Ad 2us est dicendum quod secundum aug. 12 super gen. cap-
ti vel arrepticii dicuntur illi qui ex aliqua molesta
occasione penitus sit alienationem rapiuntur ut vel
quemadmodum adiutantur a sensibus corporis nichil
omnino per eos sentientes vel ut per sensus cor-
poris corporea videant et in spiritu quedam similia
que a corporibus non discernant. Ista autem molesta
sensuum alienatio vel potest esse ex divina reve-
latione et dei operatione, et sic paulus et moy-
ses fuerunt rapti ad visionem divine essentie,
vel potest esse ex corporis vehementi infirmitate
et vehementi sensuum perturbatione, et sic fre-
netici secundum aug. ingravescente morbo sic
contra se rapiuntur, ut primo hominibus reddi-
ti multa se vidisse dicant, vel potest esse ex demo-
num vexatione, et isti proprie dicuntur arrepticii unde
dicit aug. super dicto libro, quod cum maligni spiritus
arripiunt homines, aut demoniacos faciunt et
arrepticios aut falsos prophetas. ¶ Ad 3us est
dicendum quod hanc questionem determinavit aug. in libro
de divinatione demonum dicens quod demones sepe
accipiunt potestatem morbos immittere et ipsum
aerem viciando morbidum reddere, et perversis
atque amatoribus terrenorum commodorum male-
ficia persuadere, de corporum morbis certi sunt,
quod sunt eciam talia maleficia in omnibus operari, cum
quod morbos et diversas infirmitates immitten-
do, quoque aere pestilenciale et morbidum
reddendo, quandoque copulam carnalem in aliquibus
impediendo, quoniam persuadendo hominibus talia
vel invocantibus consilia eos et consilia ma-
leficia dant homines vel feminas sic eos invo-
cantes maleficos et maleficas facere, ma-
gis tamen maleficia proprie vocantur quando demones
invocantur ad actum carnalem exercendum vel
impediendum, quia per talem actum infectio peccati
primi facta est, primus diabolus ad nos transiit, ideo
potestas adeo magis permittitur diabolo super hunc actum
quam super alios. Remedium tamen ponitur in decreto
33. q. 1. ubi dicitur quod si per sortiarias aut malefi-
cas occulto numquam iniusto dei iudicio permitten-
te et diabolo preparante concubitus non sequitur hor-
tandi sunt illi in quibus ista eveniunt et cor-
de contrito et humiliato deo sacerdoti puram

confessionem faciat, et largioribus elemosinis
orationibus et ieiuniis deo satisfaciat, et per
ministeria ecclesiastica et exorcismos ecclesie curare pro-
curet, quia si sanari non potuerit separari vole-
bat. ¶ Ad 10us est dicendum quod immittere idem est quod extra
vel intus mittere, intra autem mittere dupliciter
potest vel corporali interiori suggestione vel aliqua
interiori operatione, nam intra animam est corpus
et anima cum ista duo integrent unum hominem
primo interiori corporali ymaginaria sug-
gestione dyabolus potest malas cogitaciones immittere,
unde dicit glossa super illud Joh. 13 cum diabolus iam mi-
sisset in cor quod spirituali suggestione diabolus
suggessit iude, ut cogitaret christum tradere, quia
sicut homo suggerit visibiliter exterius, sic diabolus sug-
gerit invisibiliter intus, sed secundo modo non potest
malas cogitaciones immittere, quia non potest in anima
aliquam cogitacionem bonam vel malam facere sicut
potest in anima agere vel operari. ¶ Ad 11us est dicendum quod
hec dubitatio est difficilis propter verba augus.
qui super gen. ad literam li. 12 expresse patet quod
manifestis indiciis demones cogitaciones hominum
enunciasse, et in libro de divinatione demonum
dicit quod in multis modis demones inmisceant se cogi-
tacionibus hominum dormientium et vigilantium,
ex qua inmixtione quandoque dispositiones hominum
non solum voce prolatas verum eciam cogitacione
conceptas cognoscant et enunciant, et tamen sacra
scriptura clamat quod solus deus cognoscit ab-
scondita cordis. Dicendum est ergo quod ad cogita-
cionem duo concurrunt, primo anime intencio secundo
similitudinem vel speciem per quas anima cognoscit
expressio et represento, primam igitur anime interiorem
demones videre non possunt, quia in intima anime
penetrare nequeunt, sed species vel similitudines rerum
per quas anima cogitat vel intelligit cum sint vir-
tute corporea et ymaginaria demones bene
cognoscunt, quia omnia interiora nostri corporis pe-
netrare possunt. Isto ergo modo demones inmisceant
se cogitacionibus hominum secundum aug., quia per tales
corporales similitudines rerum videre, Cum
homines volunt cogitare an de amico vel de
inimico, et utrum de vindicta vel de pace, et
ex talibus cogitacionibus insurgunt in corpore ali-
que disposiciones non exterius extense sed interius
per concepte, possunt demones per talia signa et
per tales disposiciones enunciare non solum illa que
sunt voce prolata verum eciam cogitacione concepta
sicut bonus et subtilis medicus visa corporis

suggerendo pt
[illegible] pt
[illegible] mitte

tpancia vl intpancia pmutat futas va
litudies corpis vl infirmitates / et sic bom
astrologi / et ipimet demoes in sa aer saf
fectoe et ordinacoe stellaz futas pnunci
ant tempestates vl sterilitates non illi di
uini dicendi sut / qr que naalibz signis fu
tura pnoscut eis sut nota / aliqs no ignor
pnt multa de cogitacoibz hom fcie et emit
tae / no tn ex hoc dicedi sut cognosce cogi
tacoes hom dicte et mse ¶ Ad 6m est dice
x q ad incendedas vl inflamadas cogita
coes mras duo concurut / pmo volut affco
qr si homo incipiat cogitac de aliq re n
concurete in affcone volut / ita q aia com
placeat sibi ipi et delect in se ipa de illa
re cogitac magis scdm ilem cogitacom
aia dicit illuiari q inflamai / cogitac n
de aliq re qua scit et speculare sciare abs
aliq affcone et complacen / tlis cogitac
dr queda illuiaco et speclaco in tellc /
Scdo concurit t'por delectabilium oblaco
et adminstrao / qr insi aie nre ponentur
res et nisi instrarent sibi illa de qbz
intellus cogitat et qbz appetitus affic
et delecta in aliqz de talibz intellcs cogitaret
n appetitus erga ipa afficerentur / hijs g duabz
concurretibz appetitus inclinacoe et affec
tone et apetiblium amnstracoe cogitaco
nes nre dicuntur inflamari et incendi / qr
appetitus inclinaco vl affecco est qsi ignis /
et apetibilium adminstraco est quasi ligna
supposita / demoes g licet pnt ligna ad
minstrare / qr pnt diuisa apetiblia tam
delectablia q horriblia et utilia pponere
hom / sz ipm appetitum inclinare vl affec
tom vl inclinacom i volutate generare vl
efficere quod est qsi igne efficere non possut /
qr i nra volutate dicte et efficient dom
inm lre no pnt / et sic demoes pnt co
gitacoes hom inflamare instralr et ef
fectiue ipm ignem generando ¶ Ad 7m est
y dit q adhuc dubita vide aug i qonibz
ad Simplicianum et ue sunt n simplicia
aug in talia dubia verum ne Samuel p
pha fuit suscitatus ad invocacom illius im
licet phitonisse / de qua scribr po Reg 28 /
et ue fuit locutus cu saule rege / Ad quod
dic aug / et expediencior et facilior intellcs
Salomis hct si credamus non spm Sam
uelis fuisse a sua requie suscitatum
sz aliquod fantasma et ymaginariam
illusionem diaboli machinacoibz factam / et
Sauli et phitonisse putatam / q tamen eo
scriptura Samuele nominat / et noiauit qr
ymagines rerum nominibz rerum consueuit
appellare / Aliam tn visionem dat ibi aug
dicens / pilum esse inconueniens si dicamus
realr / et ue sum pphetam in aduocacom
phitonisse apparuisse Sauli / et cum eo locu
tum fuisse / qr cum legis cantor sit dignior
et maior quaz creatura / et tn ipe dei fi
lius pmisit se ad ra[laz] suppinaculum templi
duci / et absqz diminucoe sue ptat audis
tamen a membris diaboli pmisit se capi illu
di / crucifigi / et interfici / quid mirum si ex aliq
diuine volut dispensacoe pmissum fuit
ut non invitus n dnante vl subiugante
magica ptate / sz volens et obtpans dei oc
culte dispensacoini que inliere illa phito
nissam et Saulem latebat consentiret
ppha aspectibz regis se presentare diuinam se
tenciam eu pcussurus / Nam ut subd aug
i nllo deo sancti viri defuncti sua dig
nitate admittit si carnalis viuus hoibz
euocata veniat sicut plurimum qz bom curi
vium et malas ymos vadut actud cu
eis que in [vestrare] experitas repuit / Conclud g aug
ibi non esse contra fidem credere quam sancti
viri desuis sedibz et receptaclis magicis
carminibz euocatum / ymorum aspectibz appare
et etia corpis lineamenta gestante / et
non solum uidi ualeat / sz etia cognosci / et
realr samuel fuit / qui sauli apparuit illud
ultimum q dixit eras tu et filij tui mecu
erit / intelligendum est scdm aug / qr tum ad
debitum humane nre psolucom / non qntum ad
felicitat eterne glorie / ita q est sensus cras
morieminj vos / sic ego mortuus sum / et mecu
in hoc eritis pares / Si uo fuit diabolus pacgo
fantasma representans samuele tunc scdm aug
mentitus fuit d. q Saul et filij sui cu Sa
muele eras debent esse cum in bonos
et malas scdm euuangelicaz veritatem chaos
magnum sit firmatum / In psona namqz
Samuelis diabolus loquebatur / si ipe samu
el no apparuit / Qui si ipso eos pmitteret q scie
delict esse mentiebatur / Capm vm Lco [illegible]

Nota. Iste passus incipiendo ab isto loco usque ad finem septimi capituli vocatur sermo domini in monte de quo b. Augustinus fecit specialem librum ubi de isto sermone dominus dicit. Si quis pie et sobrie consideraverit inveniet in hoc sermone quantum ad mores optimos pertinet perfectum vivendi modum vite christiane. Unde ipse sermo sic concluditur scilicet circa finem septimi capituli. Omnis qui audit verba mea et facit ea comparabo eum viro sapienti qui edificavit &c.

Quintum

Videns autem ihesus turbas ascendit in monte. Et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius Et aperiens os suum docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Expeditis in oratoribus principalibus istius libri in quorum prima agebatur de christi generali genealogia et in secunda de eius manifestatione. In tertia de christi baptismo et regnum inclinatione. In quarta de eius adventu temptatione sicut nunc supra dicebatur. Ewangelista exsequitur de parte quinta scilicet de doctrine christi illuminatione. Nam in doctrina qua christus docuit et tradidit in sermone hic proposito facto in monte consistit tota perfectio et illuminatio fidei christiane. Unde dicit augustinus super hunc sermonem. Super petram firma sermo christi in monte factus firmatus est, et omnibus preceptis quibus humana vita informatur perfectus est. Et unde si quis sobrie pie et caste consideraverit puto quod in eo inveniet quantum ad mores optimos pertinet perfectum vite christiane modum. Perfectio autem fidei christiane in quatuor principaliter videtur consistere. Primo in spiritualium bonorum promissione In lege namque veteri terrena promittebantur, sed christus in sua doctrina beatitudinem et regnum celorum promittit. Secundo in veteris legis suppletione Licet non doctrina veteris legis pro congruentia illius status fuerit justa et bona, respectu tamen doctrine evangelice propositum tota fuit imperfecta et perficienda per eam. Unde dicit apostolus quod nichil ad perfectum deducit lex. Tertio in morum informatione quia sicut augustinus in libro de vera religione. quidquid dei filius pro homine quem suscipere dignatus est operatus est nobis disciplina morum fuit. Quarto in malorum prohibitione. Ista autem quatuor per ordinem continet doctrina christi tradita in hoc sermone predicto que in monte fecit. Et sic totus iste sermo dividitur in quatuor principales partes. In quarum prima ponitur spiritualium bonorum promissio et enumeratio. In secunda veteris legis suppletio et perfectio. In tertia morum instructio et informatio. In quarta malorum vitatio et prohibitio. Secunda ibi Dico enim vobis, circa medium quinti capituli. Tertia ibi Et cum oratis in principio sexti capituli. Quarta ibi Nolite iudicare in principio septimi capituli. Bona autem spiritualia que christus nobis promittit propria legem et doctrinam promittit principaliter faciunt in nobis quatuor que perficiunt nos in spirituali vita. Primo malorum et vitiorum tollerancia. Secundo bonorum virtuosarum operatio. Tertio proximorum edificatio. Et quarto dei preceptorum impletio. Et secundum ista de tota parte prima puta faciemus quatuor lectiones. Secunda ibi Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam. Tertia ibi Vos estis sal terre. Quarta ibi Nolite putare. Propter primum est intelligendum quod secundum remigium tria refugia legitur habuisse christus. Navim, montem et desertum, ad quorum alterum quotiescumque a turba comprimebatur conscendebat. Et quia secundum augustinum viderat turbas multas que secute eum fuerant de galilea et iherusalem et de omni iudea vitare volens ut solis discipulis loqueretur dicit ewangelista quod videns ihesus turbas ascendit in montem non in montem oliveti sed in montem thabor ut in aliquem excelsum montem in galilea situatum secundum Bedam. Et per hoc quod christus non in civitate nec in foro sed in monte et solitudine docuit instruit omnes doctores ut non ad ostentationem humane glorie ewangelium predicent. Et quod a tumultibus discedant presertim cum de virtutibus disputare voluerint. Sedendo enim et quiescendo anima fit sciens et prudens. Unde sequitur ewangelista quod cum sedisset christus quod pertinet secundum augustinum ad dignitatem magistri. accesserunt ad eum discipuli eius. ut audiendis verbis illius hii essent corpore viciniores qui precepta implendis animo propinquabant. Et ipse qui dudum aperuerat ora prophetarum aperiens os suum docebat dicens Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Pauperes spiritu hic appellat secundum augustinum timentes deum non habentes spiritum inflantem et in superbiam elevantem. Et ideo non nominat illos qui non resistunt malo sed vivunt in bono malo. Primis autem scilicet pauperibus spiritu promittitur regnum celorum quia secundum augustinum sicut superbi spiritu appetunt regna terrarum ita humilibus spiritu est regnum celorum. Mitibus non promittitur possessio terre illius inquam terre

ascendit in montem ad predicandum. Ysa. 40. Super montem excelsum ascende tu qui ewangelizas syon. Ascendit in montem in signum quod in altitudine beatitudinis consistit qui iustitiam dei docet. Unde psalmus. Si terra est communis tunc unus quidque de terra loquens.

vel diminuere. Nam lex mandabat nichil addendum quod lex minus habebat, sed solum in contrarium quod ipsa destruebat, addidit ergo opere vel minuit legem implendo, quod tunc fit secundum Augustinum quando fiunt que ibi precepta erant, vel cum implentur que ibi precepta erant et prophetata. ¶ Ad tercium xvi c. Augustini, quod fabula sit argumentato quia non negamus iudeis non intelligentibus verum sensum legis videre potuisse Christum esse destructorem legis et prophetarum, credebant enim secundum supersticionem intelligendi a minaciis et aliis salubribus et virtuosis operibus esse abstinendum die sabbati, quod erat contra intencionem legis. ¶ Ad quartum xvi c. dicens quod cum pater facta sunt illa que illis verbis figuris significabantur non illa amplius iubentur facienda, sed facta leguntur intelligenda. ¶ Ad 2m est dicendum quod Christus legem veterem implevit opere et doctrina, opere quidem servando in se omnia illa que tunc servanda erant, circumcisus namque est et in templo presentatus, unde dicitur ad Gallathas quod deus misit filium suum natum ex muliere factum sub lege. Doctrina legem implevit quatuor modis. Primo sensum figuratum exhibendo, multa enim legalia figurabat Christum et que circa ipsum erant agenda, unde Christo exhibito illa impleta sunt. Secundo verum intellectum legis dando, sicut patet in homicidio et adulterio, in quibus iudei credebant solum actum exteriorem esse prohibitum, Christus autem actum interiorem ondit sub prohibicione cadere. Tercio quedam perfeccionis consilia superaddendo, sicut dicenti sibi se servare omnia legis precepta dixit, unum tibi deest, si vis perfectus esse vade vende omnia que habes et da pauperibus. Quarto modo observacionis et implecionis tradendo, sicut patet in periurio, mandabat enim lex non periurare, quod bene servari non poterat si iuramentum erat in assuetudine, ideo ut facilius servaretur preceptum omnis a iuramento esse abstinendum nisi esset magna necessitas. ¶ Ad tercium est dicendum quod istam dubitacionem determinat Augustinus 3o de libero arbitrio dicens quod natura humana post peccatum insinuata est in cognicione ut recte non queratur quod querendum est, et in affectione ut sine difficultate non faciat vel impleat quod faciendum est, que quidem ignorancia cognicionis et difficultas affectionis non est peccatum, sed pena peccati. Unde dicit ibi quod omni peccanti anime hec duo penalia sunt ignorancia et difficultas, natura autem infirma planum est quod nec omnia opera nec sane potest facere, nec potest facere ita bene, ideo dicendum est quod post peccatum nec omnia precepta legis homo potest servare si non auxilio Christi, nec ita perfecte sicut ante fecisset, sed quod dicit hic Augustinus, non imputatur homini ad peccatum si precepta non faciat ex quo habet ignoranciam ut recte ipsa non cognoscat et difficultatem ut ipsa implere non valeat, ad quod videtur quod non imputatur nobis ad peccatum quia inviti ignoramus, sed quia negligimus querere quod ignoramus, nec nobis imputatur quod vulnerata membra non colimus, nec possumus dominari perfecte motibus membrorum et potenciarum interiorum que sunt in nobis vulnerata et infirmata, sed imputatur nobis quod medicum volentem nos sanare contempnimus. Nam licet lex per Moisen data sit, gracia tamen sanans difficultatem nostre affectionis et veritas sanans ignoranciam nostre cognicionis per Ihesum Christum facta est, ut dicitur Iohannis 1o. Ideo quod nunc medicum habemus et sanare volentem imputatur nobis quod contempnimus eum. ¶ Ad quartum est dicendum quod legem veterem esse aliam a lege nova dupliciter intelligi potest. Primo quod sit alia quia ab alio deo efficiente facta vel data, sicut Manicheus dixit legem veterem datam fuisse a malo deo, vel quod sit alia quia ad alium finem ordinatam, quorum utrumque est falsum, quia ut scribitur ad Romanos 7o lex quidem sancta et mandatum bonum et sanctum, et 3o capitulo dicit unus et idem deus est qui iustificat circumcisionem, id est iudeos, per fidem et preputium, id est gentiles, per fidem similiter ad eundem finem ordinata, quia omnis lex uno sermone completur, diliges proximum tuum sicut teipsum. Et 1 ad Thimotheum 1o dicitur quod finis omnis legis et precepto est caritas. Secundo potest intelligi quod sit alia quasi altera sicut ipsum est alterum a seipso perfecto secundum quemadmodum dicimus quod homo est quasi alter a seipso dum est puer iam factus vir, cum igitur lex nova comparetur ad veterem sicut vir ad puerum, iuxta illud apostoli ad Gallathas 3o, itaque lex pedagogus noster erat, at ubi venit fides iam non sumus sub pedagogo, concludendum est quod lex nova non proprie est alia a veteri, sed magis alia, sicut perfectum est alterum ab imperfecto. ¶ Ad quintum est dicendum quod lex humana ad hoc inventa est ut provideat communi utilitati hominum, unde dicit iurisconsultus in primo digestorum, nulla racio aut equitatis benignitas patitur ut que salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretacione contra ipsorum comodum producamus ad severitatem. Si ergo contingunt aliqui casus qui communi utilitati

sunt damnosi et periculosi. Cum legislator omnes fortuitos eventus particulares previdere non possit, in talibus licet agere preter verba legis. Sicut dato quod lex scripta et iuramento firmata alicuius civitatis dicat quod porte per custodes semper teneantur clause, si contingat aliquos cives insequi hostes et postmodum ab aliis fugari, impium esset dicere quod in tali casu porte eis non aperirentur. Maxime cum evidenter appareat in hoc casu verba legis servare communi utilitati esse dispendiosum, propter quam communem utilitatem lex illa instituta fuit. Et si dicatur quod omnis est interpretari cuius est condere, illi autem qui sub lege sunt non sunt conditores legis sed observatores, dicendum est quod hoc [illegible] est verum quando lex est dubia et facile ad suspicionem potest habere recursus. Sed cum subitaneum est negocium et clare apparet nocivum esse communi utilitati et in mora periculum, hiis concurrentibus potest quilibet qui sub lege est preter legem agere, non tamen ipse interpretatur legem, sed sequitur intentionem legislatoris, quia per evidentiam nocumenti apparet legislatorem hoc intendisse et debuisse intendere. Et tantum de viiº capitulo huius supradicto.

Sciendum: leges non habent verba ea tenere sed vim ac potestatem. ¶ Ad vicesimam quartam est dicendum quod lex humana tunc est lex censenda quando iusta est. Si non est iniusta, magis iniustitas et violencia dicenda est quam lex. Quia sicut Augustinus primo de libero arbitrio: Lex mihi non videtur si iusta non sit. Contingit autem legem iniustam fieri quattuor modis: primo effective, ut ille qui legem infert potestatem et iurisdictionem suam non excedat. Secundo finaliter et iustitie, ut si lex ferat et gravamina imponat propter utilitatem non propriam cupiditatem implendam vel propria gloria et fama amplianda vel dominium divulganda. Tertio formaliter et qualitative, ut si improportionaliter imponat et inundant onera. Sed cum dividi sicut honores, ut sicut divites et maiores debent communiter plus participare de honore, sic plus secundum proportionem debent participare de onere. Aliter forma iustitie non servatur. Quarto materialiter et subiective, ut iusto et bono modo illi gravem legem imponentur, unde erit et sic etiam erit et depravatur. Si igitur lex humana habeat istas quattuor conditiones

tunc istomodo derivatur a lege naturali et divina, obligat cives observancie in foro conscientie. Si non habeat conditiones oppositas, quia hoc modo non proprie est lex sed violencia, non obligat in foro conscientie nisi forte propter scandalum vitandum propter cuius vitationem et propter minus homo debet cedere. ¶ Ad vicesimam quintam est dicendum quod sollicite mandata minima et sic docentem vocari minimum in regno celorum aliter exposuit Crisostomus et aliter Gregorius et aliter Augustinus. Nam Crisostomus mandata legis ut non occides, non adulterabis etc., dicit esse minima, id est facillima in actu exteriori, quia ipsa magis dicunt criminis repentinum volumtatem. Sunt enim statim notata et involuntarium malicia. Sed minima et facilia sunt in actione et remuneratione. Imperfectione non peccati sunt magna et gravia. Sed mandata Christi ut non concupisces et non irascaris in actu quidem exteriori sunt valde magna et difficilia, quia magnum valde est cohibere omnem motum concupiscencie et iracundie, et ideo talia magis sunt in remuneratione et minima in culpa, ut in speciali. Vult igitur dicere salvator quod qui solvit ista mandata minima ut non concupisces, non irascaris, vocabitur minimus in regno celorum, quia ex quo leviter et minima peccata committit et gravia et mortalia peccatum non facit. Secundum vere a pena dampnationis est, verum non tamen est ita magnus ut statim est in illa gloria quam consequitur ille qui et minima precepta implevit. Decedentes enim sine mortali et veniali statim consequuntur gloriam, sed decedentes in veniali sine mortali detinentur in purgatorio, et sunt minimi respectu eorum qui iam sunt in gloria, et tamen omnes sunt in regno celorum simul victo. Non tamen primo. Gregorius vero dicit regnum celorum hic appellari statum ecclesie presentem in quo quidem regno qui solvit mandata minima et solvendo docet homines ad observationem eorum, ita quod tales male vivunt et bene predicant, minimus est et despectissimus vocatur, quia cuius vita despicitur, restat et ut eius predicatio contempnatur. Augustinus autem exponit, sicut supra dictum est.

Dico enim vobis quia nisi [Residuum in sequenti capitulo quinti libri post ...]

ipsum [illegible] libro

Quintum

habundauerit iusticia vestra plus quam scriba-
rum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum.
Audistis quia dictum est antiquis non occides qui
autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem di-
co uobis quia omnis qui irascitur fratri suo reus
erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha
reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue reus erit
iehenne ignis. Dicebatur supra quod post hanc
ne[illegible] primo consistebat in bonorum spiritua-
lium promissione. Secundo in legis ueteris supple-
tione. Expedita igitur prima parte hic continuatur
quod quia dixerat impleuit autem christus illud quod
deerat legi ueteri quedam perfectionis consilia ad-
dendo et uerum intellectum eorum que in lege
dicebantur aperiendo possumus igitur dicere quod christus
quantum ad 8 aperuit verum intellectum eorum que
continebantur in lege. Primo quantum ad homici-
dii prohibitionem. Secundo quantum ad hostie et sacrificii
oblationem. Tercio quantum ad fornicationis prohibi-
tionem. Quarto quantum ad uxoris repudiationem. Quinto quantum
ad iuramenti obseruationem. Sexto quantum ad pe-
ne talionis mitigationem. Septimo quantum ad inimi-
corum dilectionem. Et octauo quantum ad operationis
intentionem. Secundum igitur ista octo in quibus christus
verum intellectum legis aperuit totum istud re-
siduum capitulum continet 8 partes et sic fa-
ciemus octo lectiones. Secunda ibi si igitur offers munus
tuum. Tercia ibi audistis quia dictum est antiquis. Quarta ibi
dictum est autem. Quinta ibi iterum audistis. Sexta ibi audistis
quia dictum est. Septima ibi audistis quia dictum est. Octaua
in alio ut. Ad intellectum igitur prime partis
est sciendum quod secundum crisostomum christus suos apostolos
adhuc rudes et nouicios peccatores esse uo-
luit magistros et doctores mundi quia suos apostolos
uolebat facere quod docebat. Scribe
autem et pharisei que dicebant et predicabant verbo
opere non implebant. Unde ait suis apostolis. Sine
dico uobis nisi habundauerit iusticia vestra plus quam scriba-
rum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum. Secundum enim
augustinum iusticia phariseorum erat mandata legis
moysi que liberabant a pena debita transgres-
soribus sed in regnum celorum non inducebant.
Supplectiones autem illorum mandatorum que
erant mandata christi in quibus suos apostolos uolebat
super phariseos habundare inducunt in regnum
celorum et a pena liberant. Nam secundum augustinum
contra faustum non negamus quod tam crebro

nominat deus. Nescio utrum in libris veteris
testamenti inueniatur, ipse non pertinet ad
reuelationem noui testamenti quod ori christi nomi-
nandum seruabatur. Vel secundum augustinum uolebat christus
suorum discipulorum iusticiam super iusticiam phariseorum
habundare quantum ad uerum intellectum legis. Non
intelligebant pharisei homicidium nisi peremptionem
corporis humani. Christus autem aperuit omnem iniquum
motum ad nocendum fratri in homicidii genere de-
putare. Ideo subdit Audistis quia dictum est antiquis
in mandatis legis exodi xx. Non occides ho-
minem scilicet ad ymaginem. Qui autem occiderit
reus erit iudicio scilicet legis que eum puniet per
talionem id est morte puniri. Sic morte per
alium. Ego autem dico uobis quod omnis qui irasci-
tur fratri suo, supple causa. Sine causa non irascitur in
uel peccato. Reus erit iudicio scilicet apud
deum. Qui autem dixerit fratri suo racha. Secundum
augustinum non dico uocem significatiuam sed motum
animi indignationem exprimentem. Secundum uero crisostomum
racha est signum contemptus et uilipen-
sionis. Exemplum aliquis commouetur ad iram et
secundum ieronimum racha ebreum non est et sonat
uacuum uel inane, quod nos in latino sine
crebro possumus interpretare. Qui uero dixerit
fratri suo racha reus erit concilio quia tunc ia
non solum est in iudicio accusandus uinctus
est sententiandus scilicet qua pena sit plectendus in
concilio tenendo. Qui autem adhuc amplius
progreditur quod motus indignationis sine causa
uerbo iniurioso et contumelioso expressit, ita
quod dixerit fratri suo fatue reus erit gehenne
ignis et infinitum cruciatum patietur. Saluator gehen-
nam nominat, quod non te[illegible] putat uallem
ydolis consecratam, que est iuxta ierusalem reple-
ta olim ossibus mortuorum et cadaueribus ubi
est maior fetor. Secundum quod Rabanus dicit. Et
hic possunt esse vii dubia. Primo utrum dicat
qui omnis qui occiderit reus sit iudicio. Secundo
utrum omnis qui irascitur fratri reus sit eo
iudicio. Tercio utrum semper ira que nascitur
ex uilipensione sit peccatum. Quarto utrum ira
semper que est accensio cordis sit peccatum.
Quinto utrum ira que est appetitus uindicte sit peccatum.
Sexto utrum irasci fratri quandoque esse liceat
et utile. Septimo utrum ira sit uicium capitale.
Ad primum est dicendum quod secundum augustinum libro de ciuitate

fatue

racha

nec te nec alium actu et causte.

nec solum non occide. sed etiam non irascaris fratri.

sine causa ad [illegible] personae, et non ad correctionem culpe. Unde Rabanus. Qui enim uicio irascitur. fratri non irascitur sed uicio.

Sine id quod predicatis et docetis etiam faciatis

quod ad salutem non sufficit bona doctrina nisi assit bona vita.

dei manichei putaverunt istud dictum Non
occides intelligendum esse de omni re habente
animam, unde dicebant homines peccatos mandan-
tes et animalia irrationabilia occidentes homi-
cidii crimine teneri. In quorum errorem etiam
ipse Augustinus lapsus est, quia sicut plenarie dicebat
quando erat in [illegible] eorum, sicut ipse recitat in
libro confessionum. Sed ut idem Augustinus ait contra eos
et nepharium est hoc credere, quia iustissima ordinatione
creatoris vita et mors omnium animalium irra-
tionabilium hominis usibus subditur. Ideo constat
ut solum de homine intelligatur cum dicitur Non
occides, ita quod subaudiatur nec te nec alium.
¶ Excipiuntur tamen multi casus in quibus secundum Augustinum
in predicto libro et ponitur in decreto 23 q. 1 licet ho-
minem occidere absque eo quod occidens sit re-
us in iudicio temporali et eterno. Primo si illi qui
dei auctoritate iusta bella gerunt si homines
occidunt, rei iudicio non sunt. Secundo si mi-
nistri qui publica potestate freti malefac-
tores puniunt homicidii crimine non in-
currunt, quia ut ibi dicit Augustinus Cum [...]
iudex homines confessimus vel victum de aliquo scelere
interficiat non ipse eum occidit sed lex. Tertio si
expresso iussu vel precepto dei hoc faciat, unde
excusatur abraham qui filium voluit inter-
ficere innocentem. Non enim facit contra hoc
preceptum non occides, quia precepto dei facit
qui potest in omnibus mandare secundum tabulas dis-
pensare. Quarto si istud fiat privato consilio
et occulta inspiratione spiritus sancti, quia non aliter
excusatur Sampson qui seipsum cum hostibus in-
terfecit et Iepte qui filiam suam sibi de
victoria redeunti occurentem interfecit
nisi quia privato consilio spiritus sancti et occulta
eius inspiratione hoc fecerunt. ¶ Ad secundam dicendum
quod istam dubitationem movet Augustinus in libro de
sermone domini in monte. Si ille qui occidit hominem
reus est iudicio et ille qui sine causa irascitur
fratri eodem modo dicitur reus esse iudicio, quod
amplius est occidere quam irasci. Ad hoc videtur
Augustinus in gehenna ignis id est in dampnatione
eterna diversos esse gradus penarum sicut
sunt diversi gradus peccatorum. Vult ergo ibi Augustinus
quod ista quatuor scilicet irasci sine causa fratri, quod dicere
racha, quod dicere fatue, et postea occidere diversos gradus
peccatorum intelligi, ut primo quis irascatur motum
tamen ire contineat in corde retentum et sic dicitur
iratus. Secundo ut iram illum motum ire per vocem
non significantem significet, ita quod dicat racha
id est aliquod signum perturbationis et indignationis
ostendat. Tertio ut verbo iniurioso et contumeli-
oso illum iracundie motum exprimat, ita quod
dicat fatue. Quarto quod vindictam opere perficiat
vulnerando, verberando, occidendo. Et est pla-
num quod unum est gravius peccatum quam aliud, quia in primo
motu est ira sola, in secundo est ira cum voce
non tamen aliquid determinate significante, sed motum
illum ostendente. In tertio non est ira et vox et in
voce certa vituperationis expressio. In quarto
est ira et vox et certa perturbationis expressio
et operis executio. Unde in quolibet istorum
motibus in superveniret execucio operis patet
quod in omnibus illis fuit peccatum mortale. Dato
quod illis tribus motibus ire non supervenisset
opus sed solus deliberatus consensus operis exe-
quendi et fuerit nocumentum proximo inferendi peccatum
mortale fuisset secundum tamen magis et minus.
Et ideo secundum Augustinum per esse reum iudicio quod corres-
pondet primo motui ire, et per esse reum
concilio quod correspondet secundo motui, et per esse
reum gehenne ignis quod correspondet tercio mo-
tui, et per esse reum iterum iudicio quod correspondet
quarto, diversas mansiones et diversos gradus penarum
inferni intelliguntur, quia licet cuilibet peccato
mortali debeatur pena eterna, cum indivi-
duo non tamen inequalitatis intensione. ¶ Ad tertiam dicendum
quod cum effectiva ire est perturbatio totius
nature tamen qua quis irascitur est, quia videt se
contemptum et perturbatum. Si igitur aliquis perturbatur
et contemptum propter defectus suos et propter peccata sua
commissa irascitur sibi ipsi et contra semetipsum dicas
id quod dixerunt fratres Ioseph merito hec pati-
mur quia peccavimus in fratrem nostrum, talis ira
qua irascitur ex tali perturbatione non est peccatum
immo est bona et inducit hominem ad penitentiam,
unde recitat Gregorius in dyalogo de quodam monacho
sui monasterii quod cum tres aureos abscon-
ditos habere deprehensus fuisset et ob hoc

in extremo vite sue auctus monachis dilectis
et principes est perpetue ipso pre Gregorio
monasterii / videns se predictus monachus propter
suam maliciam et avariciam hic in contemptu
et principesque ex abominibus fortiter tot simpliciter
fuit iratus / et indignatus et sic in tali indig
nacione sine peti debitum nec persolvit / et post
mortem factum per ipso fuerat hostie oblacione per
xxx dies apparens fratri suo dixit se salva
tum / Sed si quis irridet et principiendum propter
christi veritate confitendam / et eius iusticiam de
fendendam / et corpus irascitur et indignat
contra deum et contra proximum / et insurgit in blas
phemiam contra deum et in clamorem et con
tumeliam contra proximum / talis ira est mala
et peccatum / Unde dicit [illegible] Nemo vero pa
tiatur qui homicida ut fur ut alienorum
appetitor / Sed sic propter christi exprobramine non
erubescat neque irascatur / sed glorificet deum
in tali principione / Quod quarta est dicendum / quod
ta exqua nascitur ira materialis et subiec
tive est accensio sanguinis circa cor / quod quando
accensio sanguinis circa cor si accedat iudi
cium racionis tunc non potest esse peccatum / Unde dicit
Gregorius v^to moral. Sed magnopere cavendum est
ne ira que ut instrumentum virtutis assumitur
menti dominetur / ne sicut domina precedat / sed
sicut ancilla ad obsequium parata a tergo ra
cionis nunquam recedat / Contingit tamen quandoque quod perso
na iratus hic incipit audire iudicium racionis putat
ex ipsa irritat in iniuria esse vindicandam / sed sic
est festinus ut non attendat vindictam fieri
secundum verum ordinem audiendo racionis imperium / Unde
assimilatur iratus / ut philosophus dicit ministris festina
tibus mandatum domini excepto / antequam complete
totum audiant / et quoniam modo ira quae insurgit
ex tali accensione sanguinis est peccatum / sine
preveniendo racionis iudicium / sive non expec
tando iudicium racionis in taxando debitum
modum inferendi vindictam pro iniuria illa
ta / propter quod narrat maximus valerius de ar
chyta tarentino quod cum servus eius eum offe
disset dixit. Quam te punirem si tibi ira
tus non essem / quia sic preventus fuit ira quod
non dum taxaverat proportionem qua pena pu
niret servum eum offendentem / sed si talis ira

que insurgit ex accensione sanguinis sequitur
iudicium racionis / ex perfecte sed modus precatum
taxatus de vindicta inferenda pro illata in
iuria / ne dum quod sit peccatum ymo quandoque est virtutis
instrumentum ut Gregorius dicit / Quod quinto est dicendum
quod formaliter ira non est aliud quam appetitus vin
dicte / Johannes Damascenus quod aliquis [illegible] insurgit contra
appetitus / et velle statim vindictam sicut dicitur de eo qui
[illegible] scribitur hester 2o / quod cum audisset
aman quod mardocheus non flecteret sibi ge
nua nec adoraret eum iratus est valde et nichil
me hic puto / quod dum videro mardocheum
sedentem ante fores regias / Ideo fecit parari
excelsum trabem / ut suspenderet eum / Sed quando
aliquis appetit vindictam propter suam satisfactionem non
propter dei iusticie manifestacionem et peccatoris
emendationem / magis tamen propter peccati correpcionem et
non inordinato / quia non [illegible] nec
in ordine servato / talis appetitus est peccatum
mortale / Sed si talis appetitus est ordinatus
quod quis appetat vindictam sed propter dei iusticie os
tensionem et propter correpcionem peccati in ordine
servato ita quod talis vindicta fiat per iudicem et co
mmunem personam tenentem non quo dicit propheta leta
bitur iustus cum viderit vindictam / talis appetitus non
est peccatum / legimus namque multos sanctos viros vindic
tam malorum appetivisse / sic helias petivit ut
veniret ignis de celo et devoraret duos
quinquagenarios principes / et eos qui cum eis erant
et de [illegible] legimus / quod impetravit fuit
illi qui manum sibi alapa dedit ut in comminus
manus eius arentibus putare / propter quod si vindicta
est divina [illegible] appetitur ad dei iusticiam manifes
tandam / et ad malorum correpcionem et oppressorum
liberacionem peccatum non est / ymo hic respicit ordo
caritatis / Unde dicit crisostomus [illegible] plurimum
solet ut non admissa caritate inimici ruina
nos letificet / et rursus gloria sine iudicie culpa
contristet / cum tuente eo quosdam hic eligi
credimus et persistente illo plures ex iuste
opprimi formidamus / Quod sexto est dicendum
quod licitum et utile est quandoque irasci propter iniu
riam propter doctrinam audacter ponenda / [illegible]
[illegible] audacter et fiunt principiata devorat
et compellit vitia a cordibus auditorum / unde
illud exod. 17 misisti iram tuam que devoravit
eos sicut stipulam / Secundo propter iusticiam dei intrepide os
tendendam / Unde legitur exod. 32 quod cum descendisset
Moyses de monte et vidisset vitulum et cho
ros iratus est valde et proiecit de manibus

duas tabulas et confregit eas ad radices
montis et arripiens vitulum combussit ig^e
et contrivit usque ad pulverem / Sic ergo tiram
tam rabiem fortiter repellendam / Nam s^m
phm̄ · 9 · ethic^o[r] irasci quibus oportet et quando
quantum est laudabile / et non irasci est insipi
ens et insensibilis / volentibus rempublicam
minari et perturbare laudabile est irasci / ex quo
tetes s^m phm̄ ibi sunt magnanimi / et magis
viriles / quam non irascentes / sunt digni per
ti pari per hostitiam rabiem compescenda
Certo per intrinseca vicia regnare infrena
da homines enim contra aliquorum peccatorum
sibi ipsis irascuntur / cuius ira resonat mul
ta mala despicia / Unde scriptus dicat / de scripto
archiepiscopi rigidus et iratus solus deserta
penetrabam / Istas quatuor qualitates tangit
textus supra hic dominus / Omnis qui tam fratri irascit
reus erit / qui autem cum tam non est reus / quia
sine ira nec iudicia stat, ut docet apostolus //

Int^r vicia que prestant
Ad septiam est dicendum quod bicium capitulo dicitur ex quo
oriuntur aliqua vicia / possunt quod dicitur / quod quis
potest irasci corde verbo et opere Ut quod quis irascitur
corde quia forte credit personam aliquam pati inju
riam sibi obnoxia nascitur indignatio Item non
irascitur verbo / sine expressione iniurie nascitur
clamor / si cum expressione nascitur contumelia / si non
dominum iniuriam permittere blasphemia Item quando
modum vindicandi excogitat nascitur timor
oblatio Et si quis irascitur opere tunc contra nascitur
rixa in quibus includuntur libera passiones
vulnera homicidia et multa alia mala / indig
natio / tumoris clamor / clamor / contumelia / blasphe
mia / rixe dicuntur soboles et filie ire / sicut
posuit Gregorius 21 moralium Lectio s^a

Si ergo offers munus tuum ad altare
et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet
aliquid adversum te, relinque ibi munus
tuum ante altare et vade prius reconciliari
fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum.
Esto consentiens adversario tuo cito dum es
in via cum eo, ne forte tradat te adversarius tuus
iudici et iudex tradat te ministro et in carcerem
mittaris. Amen dico tibi non exies inde
donec reddas novissimum quadrantem

Dato non multum quantum ad homicidium comparetur
quia nomine homicidii ostensum est omnem iniq^m
motum ad nocendum fratri intelligi / Sunt ipse ista ut
supra dicebatur salvator noster dicit ut multum
quantum ad hostie et sacrificii oblationem / quia igitur
frigidum eius dixerat, fratri non esse irascendum
nec dicendum racha / vel fatue / multo
magis non esse aliquid tenendum in corde / ne
in indignatio convertatur / modum / unde statim sub
dit Si ergo offers munus tuum / ita quod in modus
deo offert munus orationis / vel elemosine / vel sacrificium
ad altare corporale vel spirituale / nam fides est
altare spirituale in quo deo omne munus offertur / quia
sine fide impossibile est deo placere Et ibi re
cordatus fueris / quod frater tuus aliquid habet adversum
te / tunc · n · s^m aug^m frater habet aliquid adversus nos
si nos eum aliquo lesimus / vel offendimus
deo vel fratri / vel si tibi venit in mente quod frater
tuus te aliquo offendit / ex quo incipis
eum odire / relinque ibi munus tuum ante altare
et vade prius reconciliari fratri tuo · veniam postu
lando / si tu eum lesisti / vel sibi dimittendo
si tibi vel adeo dimitti si ipse te lesit
et tunc facta reconciliatione fratri veniens offe
res munus tuum quia a discordantibus deus
sacrificium accipere non vult Ex quo possumus
comprendere s^m crisostomum quam malum sit discordia
propter quod malum illud abiciatur, per quod culpa re
laxatur Item ut cuilibet inde possumus dei mi
sericordiam / quod deus amplius hominum utili
tates aspiciat / quam suos honores / quia plus
diligit concordiam hominum fidelium / quam mu
nera sibi oblata / et quod quamdiu fideles homines
aliquid dissensionem et discordiam habuerint
munus eorum non recipitur nec oratio exauditur
et quia tempus reconciliationis et indulgencie
non est infinitum / sed quamdiu sumus in via
presentis vite / ideo statim adiungit Esto conse
ntiens adversario tuo / quem tu adversatur / ne con
trariam vadas per odium quod contra eum
habes in corde / consentiens dico / sibi indul
gendo / et odium deponendo cito dum es
in via cum eo / dum · n · nunc sumus viatores
ne forte tradat te adversarius tuus iudici · i · ne
occasione talis adversarii et talis inimici
tradaris Christo iudici in fine seculi / vel in fine
mortis tue / si cum tali odio fueris. Disce

odium

·i· ei quem habet aliquid adversum te · ta
... hibiturus cum
cito pro tempore ...
ad se ...

Quintum

Das / pr n ome iudicium dedit filio / et in
dex tradat te filio ministro / angelo sz bo
no ul malo et ptem ministrum incarcerem
mittaris. Amen dico et fideli dico tibi no
exies inde donec reddas nouissimum qua
drantem / R n sonum. Quadrans genus minimi
est / est n iiij ps denarii ul libre / vnde
dic no egredieris de carcere donec etiam minima
peccata psoluas / Et hoc sz aug tu voluit
exprimere dns ita correctum esse / q nichil sit
relictum culpe usqz ad feccem / Vel pquadrantem
intelligr sz aug iiij elementa quod est terra
et significantur peccata terrena / vnde dic
q de carcere ho exire non poterit donec pecc
terrena et carnalia sit psoluta / Sz hic
possunt esse vi dubitaciones. Prima utrum
odium differat ab ira spualr. 2o utrum fris
reconciliacio fienda sit intelligenda ad
litteram corporaliter. 3o utrum reconciliacio
talis sit fienda corde ul verbo. 4o utrum
aduersarius cui tenemur consentire i
via sit ho ul diabolus. 5o utrum minister cui tr
ditur iudex ptate sit angelus bonus ul ma
lus. 6o utrum de carcere inferni quis poss
exire psolutis penis. Ad primam est dicendum
q odium differt ab ira multis differentiis quas
ponit phs 2o ethi / de quibus ad presens 4or
possumus recipere / ut prima dra sit in uti
litate / qz odium pt ultimum possumus n. vlt
odire omnes fures et omnes latrones / sz ira
no est nisi particularis / qz no irascimur nisi
huic ul illi psone et psingula negocia
2a dra est insaciacitate / quia iratus no
uult malum alicui nisi modicum ad vindictam
vnde statim cum facit ul fecit sibi tantum vindictam
quanta voluit satiatur et quiescit / et sic co
tentatur q nollet illum tm q irascitur plus
hre de malo / sz odiens nunquam satiatur quia
nollet illum quem odit exterminare et vellet
ipm non esse / ppt quod deus nichil odit / quia
tm quod odiret ad nichilum tenderet / odit
n. malum culpe / sz alia diligit et nichil odit
eorum que fecit ut dr sap. 3. / 3a dra e
insensibilitate / qz sentit quidem uulnus ira
tus non n. sufficeret irato q ille cui q
irascitur heat aliquod malum et aliquod displiceat

bile sz vult sentire quod heat aliquod malum
xpeu alit non putaret esse sciam vindictam
sz odiens non curat vtrumqz ille q odit hc
at malum ul peu ul paliu / 4a dra e in
familiaritate / qz odium no est ppe nisi ad
inimicos et ad non dilectos cum odium opponatur
caritati et dileccioni / sz ira pt esse ad amicos
et dilectos et familiares / imo ut scribitur
x. ethicorum amicis dilectis et familiaribus magis
irascimur et sumus eis magis molesti q
aliis / ira igitur non est odium sz tm possz ira
crescere q fiet odium / sicut tm possz crescere q festuca
equaretur trabi / vnde dicit aug festucas aut ul
las heat / aut q celerrime finiat ne ira
crescat in odium / et trabem faciat de festuca
et quam faciat homicida / Ideo salvator noster
ad hoc ortatur nos / ut si deo volumus docet
nam ul oracionem ul aliquod munus offerre et
in mente nobis veniat aliqua indignacio aduersus
proximum nostrum / ul qz lesimus eum / ul qz lesit
nos / statim faciamus reconciliacionem sibi in
dulgendo / ul ab eo veniam postulando / ne
diu indignacio in odium crescat. Ad 2m dicendum
est / q istam dubitacionem mouet aug in libro
de sermone dni dicit q si tibi aliquid veniat in men
tem q proximum lesisti cum debes deo munus off
re q prius debes fri reconciliari q munus
offeras forte si fr est prius aliquibus milib
ge ad litteram corporaliter sic oporteret fieri / sz si fr
ul proximus noster esset ultra mare cum papam
reconciliari qualiter aug offeramus munus
non possumus ad eum ire et hanc reconcilia
cionem facere pfectam cum tanto tempore munus ante
altare relictum tanto tempore stare non possit / Vnde 4
dicit aug ibi / q totum hoc intelligendum est spi
ritualiter / tam de munere offerendo q de mo
offendi / ita q munus intelligitur pphia. ora
doctrina. ul psalmi. ul ymnus. ul quidquid bonum
cogitasti deo esse offerendum / pallaret in quo
debet offerri mittere fides / qz sine fide non of
fertur deo aliquod maltum / sz prelatum miranda / ploru
aut ubi debemus offerre mittere in deo et cor
nostri / vnde dicit apostolus. templum dei sanctum est
quod estis vos / Vult go aug sic ee intelli
gendum dam xpi / q tu ponimus offerre deo dy
sup deum munus in templo cordis nostri al
tari i. in fide formata caritate / et nobis veniat

in mente quod proximum nostrum offendimus dicto vel facto debemus pergere ad ipsum non passibus corporis sed mentis quia ut dictum est forte est absens et humili affectu debemus prosternere nos ad pedes fratris et conspectu illius cui in[…]dimus offerre mentem veniamque ab ipso postulando. Cum si ipse nos offendit non oportet tunc adeo pergere postulando veniam sed solum sibi ex corde indulgere. Si tamen prius est dicit Augustinus quod pacientissimo motu debemus ad ipsum quem offendimus pergere et non solo ore eum linire indulgenciam petendo et ad amorem et graciam nostram revocando. Prius tamen humili affectu a deo venia postulata. ¶ Secundum circa est dubium quod hac dubitatione monet Crisostomus et determinat super hunc locum dicens quod deus non vult fieri animus fidelium quamdiu fuerit inimicicia quia nullus inter duos inimicos potest fieri auctor amborum fidelis. Si quod proximum nostrum offendimus opere bona fama forte auferendo vel eum defraudando vel eum diffamando verbo non sufficit reconciliare cum corde possibilitate et opere restituendi sibi sua et purgando eum ab infamia. Unde concludit Crisostomus quod qualis precessit offensio talis debet sequi reconciliatio. Si enim cogitatu offendisti cogitatu reconciliare. Si verbo offendisti verbo reconciliare. Si operibus offendisti operibus reconciliare quia omne peccatum quo committitur eo modo de ipso penitencia agitur. ¶ Ad tertium est dicendum quod plures ista questione pertractant. Augustinus in libro de sermone domini in monte quod per adversarium nostrum cui iubemur consentire intelligitur vel diabolus vel homo vel caro vel deus vel preceptum. Non diabolus ut ait quia in baptismo indiximus bellum contra eum et renunciavimus pompis eius. Unde sibi non precipimur consentire sed adversari. Non homo quia adversarius iste cui precipimur consentire debet tradere nos iudici sed homo hominem non tradet iudici cum dicente apostolo omnes homines ante tribunal Christi iudicari oportet presentari. Nec ergo qui est iudicandus presentandus non potest aliquem iudici tradere. Nec caro quia secundum apostolum si secundum carnem vivamus et sibi consenciamus moriemur. Relinquitur ergo ut per adversarium nostrum cum precipimur consentire intelligatur deus quia quociens homo recedit ab eo adversatur sibi. Ipse non simpliciter resistit preceptum quod dedit quando peccatum efficitur adversarium nostrum

Adversarius

adversarius consentire quod dum sumus in hac vita quia secundum Augustinum qui in presenti non fuit deo reconciliatus per mortem filii tradetur ab ipso patre iudici Christo cui pater dedit omne iudicium. Preceptum eciam et doctrina Christi potest dici adversarius noster quia contra precepta dei et doctrinam eius agimus. Dum ipsa per tamen et tenemur consentire et obedire dei mandata si volumus eius iudicium subterfugere. Sanctus Thomas dicit quod adversarius noster diabolus intelligi potest cum dicat quod adversarius noster intelligi potest cui precipimur consentire et obedire dei mandatis suadendo pactum in baptismo promissum non obediendo sibi vicia suggerendo et tale pactum suando simul suamus ad ipsum benivolenciam qui non sustinebit penam quam portare debebit si predictum pactum frangamus. Potest eciam dici adversarius noster homo non ratione nature sed culpe. Potest quod nisi reconciliemur sibi timorem deponendo et veniam postulando tradimur iudici. Non quod ipse homo hominem tradat sed erit causa vel occasio quod tradetur si reconciliationem negligit. ¶ Ad quartum est dicendum quod in hac dubitatione videtur esse contrarietas inter Crisostomum et Augustinum. Nam Crisostomus dicit quod ministris tamen iudex tradet peccatorem ministro angelo crudelis penarum. Augustinus autem in primo libro committet filius hominis angelos suos et colliget de regno eius scandala omnia dicit quod vindicta dei per angelos bonos intelligitur fieri quia officia vindicte possunt impleri bono bono animo sic lex et iudex. Officia vero iuste mali implere non possunt possumus. Ergo dicendum quod malorum et impiorum ab omnibus separatio et damnatio ignis vel incarceratio inferni immissio fiet per bonos angelos ita quod vindicta dei et execucio divine iusticie quantum ad hanc separacionem per bonos angelos fiet ut dicit Augustinus. Sed ipsorum impiorum in ipso camino ignis et in ipso carcere inferni tormentacio et cruciatio fiet per angelos malos. Ita quod vindicta dei et execucio divine iusticie quantum ad tormentationem fiet per demones ut dicit Crisostomus ut illos impios faciunt tortores qui prius eos fuerunt incentores in culpa. ¶ Ad quintum est dicendum quod ista questio est dubia propter illud quod dicitur peccatorem non exiturum de carcere donec persolvat novissimum quadrantem id est donec eciam novissima peccata fuerit persoluta. Sed ergo satisfactione et persolutis omnibus peccatis videtur quod de carcere predicto debeat exire quod satis videtur congruum et consonum iusticie quia per quod debitor persolvit totum quod debet creditori suo eciam minima debita non est iustum quod tradi

tor amplius ipsum debitorem debeat molestare
et in carcere retinere. Istam quoque obiectionem solvit
aug. dicens quod pruritem per missum est peccatori
sine dubio pena inferni eterna intelligitur de quo
numquam est exitus. Et illud donec dicit determina
tum tempus sed infinitum sicut ibi Ita oculi nostri
ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri. Non
enim postquam deus noster miseretur oculos nostros
aliquo avertere debemus. Et sicut id Dixit dominus a
dextris meis donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum planum namque est quod postquam inimici
ipsi positi erunt sub scabello pedum eius non
desinet ipse stare a dextris dei. Sed non ad
dicitur debito persoluto, id est quod pena in tantum
satisfaciat pro culpa in quantum est debita et ac
cepta penas quas convenit in carcere vel sicut
in presenti vita vel in purgatorio deus bene accep
tat persolucione et satisfactione peccatorum omissorum
id est omnia fuerint bene persoluta trahit eos de
carcere purgatorii vel presentis miserie sed penas
dampnatorum sine caritate numquam acceptat eo
sicut ipsi se persolvunt numquam creditori erit per
solutio. Si enim tota pecunia mundi persolveretur
uni creditori si non intraret beneplacitum eius
vel veniret in voluntate et beneplacitum eius
non esset illi creditori persolutum sicut tota
aqua maris non impleret una testa nisi om
si non intraret olim et permitteret extra
sic eterna pena dampnatorum non satisfaciet
et deo quia per erit cum gratitudine et acceptatione

Audistis quia (lectio tercia feria) dictum est antiquis Non mechaberis.
Ego autem dico vobis Quia omnis qui vi
derit mulierem ad concupiscendum eam iam
mechatus est eam in corde suo. Quod si oculus
tuus dexter scandalizat te erue eum
et proice abs te. Expedit enim tibi ut pereat
unum membrorum tuorum quam totum corpus tuum
mittatur in gehennam. Et si dextera manus
tua scandalizat te abscide eam et proice
abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum
membrorum tuorum quam totum corpus tuum eat
in gehennam. Quinti ista ut est dicebat
salvator noster verborum intellectum dat legis
quantum ad fornicationis prohibitionem. Pu
tabant enim pharisei secundum Aug. tantum mo

corporalem cum femina commixtionem illicitam vocari
mechiam et dato quod legerent prohibitam esse
concupiscentiam quia dicitur Exodi 20 Non concupisces uxo
rem proximi tui videbant iudei intelligendum esse
de ablatione non de concubitu ita quod nomine con
cupiscentie intelligebant uxorem proximo non esse
auferendam sed bene ad dependendam. Sed salva
tor verum intellectum aperuit dicens Audis
tis quia dictum est antiquis quod antiquum mandatum
erat Non mechaberis id est non ibis ad aliquam preter
uxorem tuam. Si enim secundum Aug. hoc recipit vir ab
uxore ut alium virum non cognoscat et cum vir
tute constancie debeat uxorem precedere multo
magis ipse debet istud uxori servare. Nam turpe est
ut vir dicat non posse per eum fieri quod facit
femina. Et non solum viro ad aliam uxorem intelligitur
prohibens mechari. Sed ego qui sum legislator
dico vobis quod omnis qui viderit mulierem alienam ad
concupiscendum eam id est hac intentione et animo ut concu
piscat eam animo et opere oportunitate data
iam mechatus est eam in corde. Et si dicat ego
approbo nobis qualiter intelligi prohibitionem concupiscentie
quod per prohibitionem mechie intelligo prohibitam
omnem illicitum deliberatum consensum ad
peccatum delectationem. Ad quam vitandam et occasionem
eam debetis vitare et auferre. Unde subdit
Si oculus tuus dexter scandalizat te erue eum
et proice abs te. Pauli cum ut secundum Greg. sunt fideles
raptores adulterium et qui sunt dexter quia
forte recta intentione incipis consiliari et vi
sitare mulierem cum instruendi et compellendi sta
tim tibi [illegible] scandalizat te quia te inducunt
in temptationem et concupiscentiam illicitam abscide eos per
prohibitionem visionis et conversationis quod magis
utile est [illegible]
expedit tibi ut pereat unum membrorum tuorum
quam totum corpus tuum mittatur in gehennam
ignis. Nam secundum Cris. Si nobis contingat pulchris
faciebus [illegible] oculos infigere rapimur nos
cum quibus bene aliter possumus forte continere
quia non erimus sine humana natura. Et si dextera manus tua
te scandalizat abscide eam et proice abs te per
dexteram enim manum rectam operationem intelligitur
quod si incipit te scandalizare vel vanam gloriam
vel superbiam appetere facit abscide eam obliquitatem
auferendo et puritatem. Quod expedit
tibi ut pereat unum membrorum tuorum quam

Vel si oculus tuus id est respectus mulieris ex bona intentione
scandalizat te id est est tibi causa ruine erue eum et proice abs te.
Cris. Erat mulier religiosa respexi et dixi debeo
eam visitare assidue ut instruam illam et informem in bonis.
Bonus est iste respectus factus est michi in scandalum. Erua
ergo illum bonum respectum qui factus est malus.

Exodi 20.

Ecce hic prohibetur actus mechie exterior secundum iudeorum reputationem et cum hoc voluntas interior mechandi secundum divina explicationem.

... tui credendum et obediendum est

quod iam non est in illa animo sed plene consentiens libidini. Quod intelligitur de muliere videns. Cris. In hoc ad paria iudicantur vir et mulier. Loquitur enim deus capitulo communem facit suasionem et quia legislator propter complexionem vel fragilitatem digniora precepta dat viris ut viros tueantur ad mulieres et loquitur de concupiscentia deliberata et volita que includit delectationem et consensum.

vel opera bona intentione facta.

totum corpus tuum eat in gehennam ¶ Sed
hic possunt esse sex dubitaciones ¶ Prima utrum videre
mulierem ad concupiscendum eam sit peccatum mortale
¶ 2a utrum non mechari et non concupiscere sint
duo precepta ¶ 3a utrum ornare se ut ab ali
quibus videri concupisci sit peccatum mortale
¶ 4a utrum erucio oculi et abscisio manus
intelligatur spiritualiter vel corporaliter ¶ 5a utrum ab
scidens aliquod membrorum suorum sit irregularis
¶ 6a utrum si quis moreretur propter abscisionem membri
esset censendus homicida ¶ Ad primam est dicendum
quod hanc dubitacionem movet Augustinus in libro de ser
mone domini dicens quod concupiscencia potest tripliciter contingere
primo suggestione statim in vel pomecria vel
visu vel ex auditu alicuius delectabilium sive
tactu vel gustu suggeritur vel ex aliis concipi
2o delectacione quod postmodum concupiscencia illa ge
sta visu vel auditu etiam incipit peccari et
titillari aliqua delectacione optando illa delectabi
lia habere non dum deliberacione habita utrum adeo pro
hibita an non 3o consensione quod sic consenti
et deliberatur talis concupiscencia esse fienda ut
oportunitate data quicumque adeo prohibita opere
compleatur et faciatur primus igitur duobus modis sicut
Augustinus non est concupiscencia peccatum mortale quamvis sit
Augustinus non est peccatum mortale dicitur ve
niale peccatum sed 3o modo est peccatum mortale Dico in
non omnis qui concupiscit mulierem sed si videt
mulierem ad concupiscendum eam id est hoc fine
et hoc animo deliberato ut eam concupiscat quod
non est iam titillari delectacione carnis sed de
liberate consentire libidini ut non refrenetur
illicitus appetitus sed oportunitate data faciat in
consensu in concupiscencia tunc est peccatum mortale in
corde et si non opere hominibus notum quia res
cupita cum assentit accepta esse contra deum et
contra prohibicionem eius ¶ Ad secundam est dicendum
quod ubi est alia racio peccati ibi est alia racio precep
ti prohibentis peccatum quia preceptum prohibicionis non
est nisi de malo et de peccato nunc autem ita est
quod tota completiva peccati est voluntas unde dicit
Augustinus de libero arbitrio si laboriosum est omnia
mandata mecum recolere hoc brevissimum tene quod omnis
res de mundo cum prevoluntate resisti non potest
sine peccato ei ceditur quamvis tota illa sit voluntatis
cui autem ei resisti potest non cedatur et non pec
catur quia peccatum autem peccatibus sit per corpus et
per membrum ut manum tangitur que sunt mol
lia et accipiunt rem alienam et pedes per
gunt et oculi vident que facienda sunt per
causa imperans membris ut exequantur concupi
scencias peccatorum est voluntas cum igitur volu
tatis possit duplex esse causa peccati primo consenciendo
et deliberando 2o imperando et per membra
exequendo et primum potest esse sine secundo quamvis
secundum non sine primo ideo duplex preceptum prohibicio
nis de peccato dari debuit unum prohibendo de
liberatum consensum cum dicitur non concupisces secundum
prohibendo imperatum et executum opus cum
dicitur non mechaberis ¶ Ad 3am est dicendum quod de or
natu mulierum multiplex distinccio est necessaria prima
ex parte status sunt aliqui sunt que nec viros ha
bent nec sunt in statu ut habere possint aliqui
quarum peccato se ornare non possunt ut virorum aspec
tibus placeat 2a si sunt in statu coniugali vel
quod viros habere intendant dare operam ut non
habeantur in contemptu in statu in quo sunt consi
derata consuetudine status sui et moribus patrie
non aliud ut sciret in intencione vel posse fieri sine
peccato quia apostolus dicit quod mulier nupta cogitat qualiter
placeat viro 3a est necessaria ex parte finis quia si
tale ornamentum fiat ut homines trahantur
ad luxuriam ~~et luxuriam~~ et ut concupiscantur
modo quo dicitur proverbiorum 7 occurrit iuveni mulier orna
tu meretricio parata ad decipiendas animas sine peccato
mortali mortali esse non potest dato etiam quod
nullum decipiat unde dicit Crisostomus super hunc locum
quod si aliqua mulier ornando se oculos hominum at
traxerit ad se etiam si nullum plagatus incultur
penam patietur extremam quia venenum confe
cerit etiam si nullus fuit qui biberit sed si ex ali
qua levitate vel vanitate non tendendo illa pra
vam intencionem supradictam quamvis esset dam quod
non esset peccatum mortale hoc idem puto esse dicendum
de capillis exterioris et fictis coloribus quia cum tur
pe sit mulieri sine capillis esse si ex aliqua infir
mitate vel accidenti hoc careat et ut talium
turpitudinem occultet et ab aliis ea eo non
despiciatur puto quod mortaliter non peccarent
sed ornando eos non propter lascivia et luxuriam
hoc faciant et in omnibus ut dictum est de mulie
ribus intelligendum est ~~viris~~ de viris ¶ Ad 4am
est dicendum quod secundum Crisostomum si erucio oculi et absci
sio manus corporaliter intelligantur tunc di
cere proposita non sit sanitas in carne mea

quod lex hoc concedat / sed si sit inevitabiliter
evenit quod vita proximi nocive est vite mee
destructiva vel eam servare possum cum conservatione
cone vite mee servata cum caritate corpore cari-
tatis ordine possum perimere vitam eius / quod
inevitabiliter sua cum mea servari non potest
et ista est determinatio augustini et ponitur 23. q.
7. ubi ait quod miles restat cum homo ab hoc
occiditur ut sic fiat nocendi cupiditate aut
iniuste aliquid afferendi / sic fit a binis vel
a latrone / aut obediendi vel ulciscendi necessitate
sicut a iudice vel carnifice / aut evadendi et
subveniendi sibi necessitate sicut a viatore interimi-
latro / et hostis a milite / et alii quorum causa
mortis sunt magis est in culpa quam ille qui in-
fiat vel occidit / Ad est dicendum quod repetere
sua rem in iudicio aliquando est licitum / primo propter ma-
lorum reprehensionem / 2° propter bonorum sustenta-
tionem / 3° propter iustitie observationem / Nam repetere
quod suum est debitum iustitie est / quia iniustus potest
esse iustus possessor rei aliene / secundum s. Iohannem
bonitas vite / veritas doctrine et equitas vel
iustitie etiam propter scandalum dimittenda non
sunt / in modo tamen repetendi potest esse peccatum /
ut si quis rem petet cum lite et contentione
et cum fraude et pravitate / et coram iudice
infideli / ista ii. mods secundum eius. Salvator non
prohibet in iudicio esse contendendum / non enim
dixit qui voluerit rem tuam simpliciter accipere
dimittas eam / sed si quis in iudicio contendere
et tunicam tollere aliquando contendas ei dimitte
et tunicam vel vestimentum. Ad 3m est dicendum
quod hic est necessaria duplex distinctio una ex parte
petentis / puta quod petens racionabiliter petat
tunc non est aliquando racionabiliter petit cum quod
petitur est nocivum petenti / et non nocet
sibi vel alii / quia si indiget et petet formam
vel pecuniam ut noceret alii sic irracionabiliter
petenti dicendum est peti et non accipies
eo quod male petas / sed ex parte illius a quo petitur
dicendum est / quod vel petit sibi quod est necessarium secundum
necessitatem et conditionem persone / et sic non tenetur
dare vel quod est necessarium persone conditionem sed
non necessitate / et sic persone est dare / vel est super-
fluum necessitati et conditioni persone et sic dum
modo non proponat melius dispensare super
posita ydoneitate petentis dare tenetur ex
debito necessitate / et fraudatur pauper suo debito
si negatur sibi quod petit super contrectibus
que dicta sunt / Ad 6m est dicendum quod tho questio
videtur esse dubia / quia quilibet tenetur communiter et
caritate sue indempnitati consulere et providere /
planum est autem quod mutuatorem quamvis contingit
ex pecunia vel re mutuata dampnificari et
ingratitudo magna videtur quod recompensatio
non fiat illi a quo beneficium recepit / propter
quam communiter homo non efficiatur peioris con-
ditionis quam esset antequam mutuaret / et planum
est quod ante licebat ei aliquod donum
et aliquam commoditatem recipere a suo amico
cui pecuniam vel rem aliquam commodavit
dicendum est quod / quod de pecunia et de omni re
cuius usus non separatur a substantia eius / et
cuius usus consumatio est substantie rei sicut
contingit de vino et pane et aliis huius
ex pacto tacito vel expresso non potest aliud
accipi quod possit pecunia mensurari
sine peccato / quia sic mutuat pecuniam vel rem
aliquam ut ex pacto tacito vel expresso ad
accipiatur quod possit mensurari pecunia
non est aliud quam mutuare sub usura / sicut
eius dicitur est dicto ex pacto tacito vel ex-
presso / quia sine pacto intento tacite vel
expresse gratis donum aliquid recipere potest
quod forte antequam mutuaret dampnum ac-
cepisset tamen quod mutuans principaliter inten-
deret sine peccato potest in pactum deducere quod
sit non vendidit usum rei vel pecunie
mutuate sed dampnum suum quod sibi inter-
venit vitat et forte mutuum recipiens
manus dampnum vitat quod recompensatio
sit dampni mutuanti cum cum sua utili

tate pt recompensac dcipim quod sequitur polucro q facit forte cu pecunia vl cu re qua mutuat q illud lucru non diu habz et est mortuu accipe lucru dete que no diu est sua nec in eius ptate. Dico silr q pt pecunia mensurata q cu min) sit animum labore cu talia consueta sint pecunia mee mensuratu impactu tacitu vl oppressu pecunia vl re mutuata sn pcto deduci no possunt. Beniuolencia vo amor et amicicia precompensacione licite mutuans intende pt q cu talia sint voluntaria nec pecunia mensurat vl ingrat mutuans rem vl pecunia mutuat dato q rem qua mutuat recipiat q deus recompensat tunc pcepto mutua. Vn dic Aug q saluator io dixit volenti mutuu accipe ne auertas q deus non sit redditurus pcepto homo reddit q cu pcepto dei fac infructuosum esse non potest

Lectio Septima

Audistis quia dictu est antiquis diliges proximum tuum et odio habebis inimicum tuum. ego aut dico vobis diligite inimicos vros et benefacite hijs qui oderunt vos et orate pro persequentibus et calumpniantibus vos ut sitis filii patris vri qui in celis est qui solem suum facit oriri super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis. nonne et publicani hoc faciunt. Et si salutaveritis fratres vros tantum quid amplius facitis. nonne ethnici hoc faciunt. estote ergo vos perfecti sicut et pater vr celestis perfectus est. Supple ista apit saluator veru intellectum legis quantu ad proximi dilectionem. Adtunc intelligendum est sciendum q. leuit. xix. phisei intellegebant scriptum diliges amicum tuum sic te ipsum. quo hoc arguebat q licet eis inimicum odire potissime q legebat deutro. perdes inimicos tuos et non inibis fedus cu eis nec misereberis eorum. Tamen ut glo in toto corpore legis non inuenitur q homo debeat inimicu odire. ppt quod saluator hic dat veru intellectu dedilecione amicorum et corrigit

prauum intellectum phiseorum qui habebant de odio inimicorum d. Audistis q dictu est leuit. xix. Diliges amicum tuum et proximum tuum. vbi q noie proximi phisei solum amicum intelligebat quod pz q secundum opinionem eorum dicebat ut h. et odio habebis inimicum tuum. Vn ss. Aug. ista res non est accipienda ut iubentis iusto sed permittentis infirmo sunt vel illud infirmis odio inimicorum permissa sed iussa iustis. Et q saluator suos discipulos non infirmos sed iustos esse volebat. subdit Ego aut qui non veni soluere legem sed implere et perficere dico vos discipulis meis omnibus perfectis diligite inimicos vros bene facite hijs qui vos oderunt. Secundum Augustinum gradus erat in ma phiseorum sic q multi eos a quibus diligebantur odiebant ascendebat g aliq gradu q proximu diligebat quamuis adhuc inimicu odirent. Christus hos g gradus volunt suos discipulos ascendere. Qui ait diligite inimicos vros et orate pro persequentibus vos iniustos et calumpniantibus vos iniuste ut sitis filii patris vri qui in celis est per honoris excellenciam quamuis sit vbique per presenciam qui solem suum materialem facit oriri et pluit super iustos et iniustos. pluuia nam quam sunt gignuntur fructus eius est bonis et malis. Vel per solem pt intelligi ipse deus de quo dr vobis timentibus nomen meum orietur sol iusticie. Et per pluuiam intelligitur irrigacio doctrine veritatis que omnibus conceditur. Et q diligere inimicos sit perfecta et filiorum dei pz q si diligitis eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis q.d. nullam q talis dilectio infra limites nature continetur cum merces eterna non debetur. Io subdit Nonne et publicani qui publica vectigalia suscipiunt vl recipiunt hoc faciunt. Et si salutaveritis fratres vros tantum que salutacio secundum glo est quedam species oracionis quid amplius facitis. nonne ethnici hoc faciunt. [illegible]

diliges affectu optando bonum salutis et pro ligat ob. et effectu seu ope. benefaciendo. pt [illegible] diligat ob. [illegible] et loco et tpe.

[illegible] ut h. d. dns.

Et no inuenitur scripte; io exponendo e. secundum tradicionem vl opinionem phariseorum. et forte quia arguebat d. [illegible] ergo odio habebis inimicum tuum.

effectu operis.

hoc est nouum mandatum ut dicit glo.

orate vbo oracionis. [illegible] hec est latitudo consumate caritatis.

naturali dilectione.

et tu vacui sunt a mercede.

Ethnos grece gens latine gentiles

q. d. [illegible]

quid amplius hoc beneficium vnum qui infideli. In hoc no plus facitis qui gentiles. Vn sequitur Nonne.

perfecti · i caritate dei · et proximi · decet nos esse perfectos perfectione caritatis · ad quam tenetur omnes ·

si .. ... . dicit sic · non plus facitis quam gentiles et cetera · i. perfectione gentiles
dicunt xxx vult dicere non facietis plus quam il
li qui agunt sic gentiles sunt et quod plus debetis
facere / concludit / estote ergo perfecti / sicut pater vester celestis
perfectus est / ut li · sicut dicat similitudinem
imitationis / non equalitatis perfectionis / Et hic
possunt esse sex dubitationes · Prima utrum ex precep
to omnes teneamur diligere inimicos · Secunda utrum ex
precepto teneamur omnes benefacere illis qui nos
persequuntur · Tertia utrum teneamur omnes ex precepto di
ligere tyrannos .. et predones · Quarta utrum omnes
teneamur diligere demones et illos qui sunt
in inferno · Quinta utrum diligere amici sit maior
quam diligere inimicum · Sexta utrum diligere be
nefactorem sit maior quam inimici quod diligere beneficia
tum · Ad primam est dicendum quod aliquid considerandum
est in inimico quod non est diligendum ex necessita
te precepti / nec ex perfectione consilii / ipsa namque
inimicitia qua nobis inimicus inimicatur
non est aliqua dilectione diligenda / quia cum
sit viciosa et mala si diligeremus inimici
ut inimici diligeremus malum et vicium / quod
faciendum non est / ideo vituperando Joab da
vid dicebat · 2 Re · 19 diligis odientes te / et
odio habes diligentes te / Aliquid vero est in eo
quod est diligendum ex necessitate precepti non
tamen ex perfectione consilii / est enim inimicus in par
ticipatione eiusdem speciei et nature particeps eius
dem beatitudinis cuius nos sumus / Tamen non
debemus eum excludere a dilectione dei qua no
stros proximos diligimus / et non acceptare
in animo nostro aliquid quod obviet tali dilectioni
qua proximos diligimus et optamus nobis
et eis beatitudinem eternam / Et hic preparatus
in animo succurrendi ei in necessitatis articulo · si
esset optimum / est de necessitate precepti / sed ali
quid considerandum est in ipso quod est diligendum
solum ex perfectione consilii / nam hic animus sit
potentissimus et sic inflamatus ut actualiter ho
moveatur in dilectionem inimici et eius subiec
tionem / etiam preter necessitatis articulum / hoc est solum
de perfectione consilii non de necessitate precepti /
talis non spiritualis qua quis singulariter fertur
a dilectio

in dilectione inimici necessario procedit conser
venti amore divino / quia non est in ipso unde aliquid
quod trahat particulariter ad eius dilectionem et sub
ventionem / non impensum beneficium non amor
naturalis vinculum nisi solus amor dei / qui
quanto maior est aliquo tanto plus in
clinat in dilectionem unde dicit Gregorius / quod illeva
tur et perfecte caritate habet qui amore diligit in
deo et inimicum propter deum / Ad secundum est dicendum
quod benefacere persecutoribus et inimicis in duplici
intellectu / Primo in genere sunt quedam beneficia com
munia omnibus impendenda / sicut orationes / ab hostibus
defensiones / que si subtraherentur persecuti
bus et inimicis · sine livore vindicte esse non
posset que tamen competenda non est de nimis
in illud · Levit · xix · Non queras ultionem
nec memor eris iniurie civium tuorum / talibus
ergo beneficiis communibus benefacere inimicis et perse
cutoribus est de necessitate precepti / similiter et in
necessitatis articulo specialia beneficia eis impendere
/ quia si esurierit inimicus tuus · precipiente apostolo
ad Ro · xii · debes eum cibare / si sitierit de
bes eum potare / sed preter necessitatis articulum
specialiter facere inimicis bene et persecutoribus et spe
cialia eis impendere beneficia ac particularia fa
miliaritatis signa monstrare non est de ne
cessitate precepti sed de perfectione consilii unde
dicit Augustinus in Enchiridion xxxviii capitulo / quod di
ligere inimicos et benefacere hiis qui oderunt
nos tam magnum bonum est / quod non est tante
multitudinis quantum credimus exaudiri in oratione
dominica cum dicitur / dimitte nobis debita nostra · sed hoc
est perfectorum virorum et filiorum dei / ideo statim
tu salvator dixit / diligite inimicos vestros · et benefacite hiis
qui nos oderunt / Addit / estote perfecti sicut pater
vester celestis perfectus est · Ad 3 · est dicendum quod istam
dubitationem movet Augustinus in libro de sermone domini · dicit quod
sunt dicto quod debeamus diligere inimicos reipu
blice et persecutores et predones in quos eis
bona facere vel optare conveniant multe auctoritates
sacre scripture in quibus sancti et prophete peccatoribus
imprecantur multa mala / dicebat enim propheta David
in matutino interficiebam omnes peccatores terre et in persona Jude proditoris
dicebat idem / fiant filii eius orphani et

Uxor eius vi. textus sc. o s. e. et mey et ei dedit sinus habitat n. ut dicat glosa Judas uxorem et filios quibus Judas vocatus ad apostolatum temporalem substanciam dimisit / et p(ro)sinthi(?) quod faciebat de elemosinis que offerebantur xpo propter dictam substanciam augmentavit / in quibus omnibus punitus est propter peccatum quod in salvatorem commisit ¶ Elias etiam multa mala imprecatus est proximis et inimicis rei publice / Adhuc igitur videtur Augustinus quod prophete et sancti viri imprecati sunt proximis mala / non quidem optative et optando eis mala sed iudicative / indicabat enim et predicebat penas peccatorum quas passuri erant / ac si essent iam presentes / Aliter tamen videtur idem Augustinus in eodem sermone dicens / quod etiam optative possumus imprecari mala proximis / non quidem culpe sed mala pene si namque videmus eos in culpa semper augeri et peccatorum vita culpabilem nocumentum iustis et bonis inferri licite servata caritate possumus optare quod deus vitam eorum temporalem culpabilem finiat / et naturam ab ipso creatam salvet / ut sint in uno et eodem homine servemus propter amorem et propter odium / propter amorem diligendo naturam / et imprecando ei in fine veniam / et propter odium odiendo culpam et imprecando sibi correctionis virtutem / Hanc solutionem ponit Gregorius in moralibus dicens / quod evenire plerumque solet / ut non amissa caritate malorum hominum nos ruina letificet et rursum eorum gloria sine emulacione inimicicie nos contristet / cum ruente ipso homine malo et tyranno quosdam bene corrigi credimus / et proficiente eo et prosperante plures opprimi iniuste formidamus / ita tamen quod [illegible] hoc appetatur amore iusticie non livore vindicte ¶ Ulterius est dicendum quod caritas est quedam amicitia illa quae nobiscum communicant vel communicare possunt aliqua amicabili societate debemus diligere ex caritate / cum ergo demones dampnati sint iam in termino ut sint amplius iam in statu in quo possint nobiscum in caritativa societate communicari / ymmo propter naturam eorum dampnatam et obstinatam in malo hostilem inimicitiam exercent semper / eos ex caritate diligere non debemus tamquam illos quibus velimus bonum / nam amare aliquem ex caritate non est aliud quam velle ei bonum / sed bene possumus diligere demones et dapnatos tamquam illos quos volumus esse in bonum alterius / nam in demonibus et dapnatis relucet bonum divinum scilicet dei iusticia / unde sicut diligimus irrationales creaturas non tamquam illa quibus volumus bonum / quia illius boni capacitatem non habent tamquam nos capaces sumus / sed tamquam illa que volumus esse et subsistere in natura sua propter bonum alterius / quia propter bonum nostrum pro commodo nostro sic demones et dapnatos debemus diligere ex caritate / non tamquam illos quibus volumus bonum sed bonum et gloriam dei volumus eos subsistere in natura eorum ¶ Ad quintum est dicendum quod nec dilectio amici nec dilectio inimici est meritoria nisi sit informata gratia et caritate / quia dicente salvatore / si diligimus eos qui nos diligunt naturali scilicet dilectione / non habemus aliquam mercedem / sed si dilectio nostra qua diligimus amicum et inimicum est informata caritate / tunc est questio que dilectio est magis meritoria amici vel inimici ¶ Ad quod est dicendum quod principium dilectionis meritorie effectivum est ipsa voluntas hominis / obiectum vero diligendi est ipsum bonum quod diligitur / Si igitur dilectio est ex parte voluntatis elicientis ipsam dilectionem / magis est meritoria dilectio inimici quam amici / quia maior conatus et maior violencia requiritur in diligendo inimicum quam amicum / sed si consideretur dilectio ex parte boni quod diligitur / est magis meritoria dilectio amici quam inimici / quia in amico est duplex ratio boni / natura et amicitia / in ipso vero inimico solum est una ratio boni / natura tantum / nam inimicitia non habet rationem boni sed mali / Ideo similiter quia ratio maioris boni invenitur in amico quam [illegible] utrique amico et inimico in extrema necessitate positis quando utrique non possum subvenire / prius est subveniendum amico quam inimico tamquam maiori bono / Et tamen quia ratione finis puta boni divini ratione cuius dilectio inimici videtur magis intensa et ratione maioris

Capitulum

conatus et quia dilectio inimicorum secundum Aug. est perfectorum, ideo simpliciter est concedendum quod dilectio inimici est magis meritoria quam amici. Ad secundum est dicendum quod homo magis diligit beneficiatum quam benefactorem, sed magis est meritoria dilectio benefactoris quam beneficiati. Primum probat philosophus ix ethicorum multis rationibus. Primo quidem quia beneficiatus est quoddam opus et quedam factura benefactoris, omnis autem naturaliter inclinatur ut diligat opus et facturam suam. Secundo quia beneficiatus recipit a benefactore bonum utile quod cito transit, sed in beneficiato homo recipit bonum honestum, quia virtuosi benefactoris est dare et beneficiare alium, quod quidem bonum virtuosum et honestum est magis permansivum. Tertio quia homo diligit benefactorem provocatus ab ipso sicut bono quod ab eo homo recipit, sed beneficiatum homo diligit spontanee non provocatus, et planum quod dilectio spontanea que est a se maior est illa que est ab alio. Quarto quia difficilius est dare quam recipere et magis homo laborat in dando quam in recipiendo; constat autem quod plus diligimus illa in quibus plus laboravimus quam illa in quibus parum vel secundum facilius pervenimus. Nam illud est magis meritorium cuius oppositum et cuius contrarium est magis demeritorium et maius peccatum. Constat autem quod non diligere benefactorem est ingratitudo que est maius peccatum, sed non diligendo ac beneficiatum homo ingratitudinem non incurrit, ideo magis est meritorium diligere benefactorem quam beneficiatum. Sic ergo est magis de meritorium. Capitulum vi lectio vii. Lectio viii.

Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab eis. Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in celis est. Cum ergo facis elemosinam noli tuba canere ante te, sicut ypocrite faciunt in synagogis et in vicis ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosinam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut elemosina tua sit in abscondito et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Hic ulterius ut supra dicebat, salvator aperit vobis intentionem quam ad

//eorum qui in lege continebantur

operum intentionem adeo intellexit temporalia promittebant possessoribus mortis preceptorum, iuxta illud Ysaie i°: Si volueritis et audieritis me bona terre comedetis. Omnia autem terrena sive gloriam ad duo reducuntur, scilicet ad humanam gloriam et ad terrenam habundantiam. Vult ergo salvator ostendere quod opera iustitie et mandatorum dei precepta propter neutrum ipsorum fienda sunt. Unde dicit Attendite id est cavete, considerate ne iustitiam vestram id est opera iustitie faciatis coram hominibus hac intentione et hoc solo fine ut videamini ab eis. Et signanter istud verbum ponitur, ut videamini ab eis, quia qui facit aliquod bonum opus non ideo ut ab hominibus videatur, et si coram hominibus facit, non tamen coram hominibus fecisse videtur, eo quod qui facit aliquid propter deum merito videt in corde suo nisi deum propter quem facit. Secundum tamen Aug. ideo salvator ait ut videamini ab eis quia sunt multi qui bona opera faciunt coram hominibus non ut ipsi videantur ab eis, sed ut ipsa opera videantur et glorificetur pater qui in celis est, quia talia opera bona non deputant sua sed illius cuius fide vivunt. Quod si propter mercedem operum nostrorum laudem hominum querimus, celestem mercedem amittimus. Ideo subdit Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in celis est. Ut enim Crisostomus: magna stultitia est properantes dare vana verba comparare et eterno premio privari, quod fit per gloriam humanam que inanis gloria est, quod propter homines sic inveniuntur effudit. Ideo salvator pre omnibus carnalibus viciis principaliter exclusit inanem gloriam, quia hanc periculosiorem pre ceteris aliis viciis esse intellexit. Cum omnia mala et omnia peccata servos diaboli nocent, concupiscentia tamen vane glorie magis nocet servos dei, ut dicit idem Crisostomus super Matheum. Inanis gloria secundum Aug. magnas vires quas nullus sentit nisi qui contra bellum ingerit, eo quod etsi facile est carere si negatur, difficile tamen est ea non capere si offertur. Omnia communiter supra dicebat opera iustitie coram hominibus non esse fienda, ideo specialiter hic specificat que sunt illa opera

A spalit' descendit ad opus elemosine ubi p° excludit
modū indebitū faciendi elemosinā 2° instruit
modū debitū. ibi. Te aut faciente. modus inde
bitus faciendi eleēmosinā est cū fit intencōe appe
tende laudis humane. sic faciunt ypocrite. Unde 9°.
Quintum

iusticie que coram hominibus fienda non sunt
qui ex predictis concludens. Cum ergo facis eleē
mosinam noli tuba canere ante te. Ille namque secundum
glosam tuba ante se canit qui sui operis solam
iactanciam querit. puta cum videt aliquem presentem
vel intendentem vel honestiorem personam quam
putat sibi retribuere tunc eleēmosinam facit. alias
non faceret. et quia cum eleēmosinam facies tu
ba canit. est ypocrita. Subdit. sicut ypocrite
faciunt qui aliud sunt quam demonstrant. in sy
nagogis. ut videantur a sapientibus. et in
vicis. ut honorificentur ab hominibus popularibus.
Amen dico vobis quod illi receperunt mercedem
suam. non in mercedem dei. sed suam receperunt. scilicet
laudem. Et quia non sufficiebat indebitum modum
concludere sed debitum modum eleēmosinam faciendi
docet. Subdit. Te aut faciente eleēmosinam
nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. De
hoc dicit Crisostomus. Si possibile esset teipsum ignorare
et manus tuas latere quando facis eleēmosinam stu
diosissime est tibi faciendum. ut sit tua eleēmosina in
abscondito. et pater tuus qui videt in abscondito
soli in aperto. sed in abscondito reddet tibi
nam secundum Crisostomus impossibile est ut boni operis
hominis in abscondito faciat deus iacere
natum dimittat. sed quoque in hoc seculo mani
festat et in futuro glorificat quia gloria dei est.
et sic simul habere inspectores tuorum operum
que facis. Ecce habes non solum angelos vel
archangelos. verumeciam ipsum deum
universorum. ut Crisostomus dicit. Sed hic possunt esse
sex dubitaciones. Prima utrum eleēmosina sit fa
cienda in abscondito seu oculto vel mani
festo. 2a utrum sit fienda per dexteram nesciente
sinistra. 3a utrum liberet hominem a peccato mortali
vel non. 4a utrum liberet infidelem ab infide
litate vel non. 5a utrum liberet hominem a pe
na purgatorii. 6a utrum si fiat ab homine in
peccato mortali prosit illis qui sunt in purgatorio.
Ad primam est dicendum quod tucius et securius est
eleēmosinam facere in oculto quam in manifesto et
propter illos qui faciunt. et propter illos coram quibus
fit. Nam secundum Crisostomus opera oculta est in manibus
gloria et difficiliter cognita quia oculte ingre
ditur. et omnia que intus sunt in homine
aufert. Unde dubium est si in manifesto fiat
ne subito insurgat in homine appetitus
inanis glorie. sufficiat enim tres esse cum eleēmosina
fit. puta pauper cum sit angelus qui inspec
tore sunt ut illud Thobie 12. cum eleēmosina
faciebas et orabas cum lacrimis ego attuli
oracionem et eleēmosinam tuam domino. et ipse deus
tamen propter quod fit quia more duorum vel trium
stat omne verbum. Similiter propter illos coram
quibus fit tucius est facere in oculto quam in ma
nifesto. Nam videntes te eleēmosinam facere
forte ex hoc scandalizat. aut quia iudicat
quia forte non habent unde faciat sicut tu. et
si haberet non posset facere ita magna et
illo tempore quo tu facis. vel forte quia credunt
eo te coram eis facere ut ex hoc velis eis
ostendere sanctior et melior esse volendo
reputari. Sed numquam si homo credat sic scan
dalizari videntes cum eleēmosina facere debe
dimittere ne faciat coram eis. supposito quod
ipse puram intencionem habeat. solum propter deum
faciens. Ad quod est dicendum quod vel ille cui
facienda est eleēmosina est in necessitate. et
forte alio tempore non occurreret ei quod sic deco
ter possit sibi eleēmosinam facere. quia forte vel
pauper vel peregrinus transit per viam. aut
peccatum quod numquam primo est usura. et tunc
propter tale scandalum quia passivum est non activum
homo non debet cum eleēmosinam faciat quia in tali
casu facere eleēmosinam est debitum iusticie. quod
non est dimittendum propter passivum scandalum
vel si talis cui eleēmosina est facienda non
est in extrema necessitate. et occurrat homini
quod in oculto illi qui petit possit eleēmosinam
dare. debet differre ne eleēmosinam in manifesto
faciat. et vitando illorum scandalum. Ad 2am
est dicendum quod hanc dubitacionem movet Augustinus
in libro de sermone domini dicens quod aliqui per dexteram intelligunt
fidelem hominem. per sinistram non infidelem
quando ergo dextera vel fidelis facit eleēmosinam
sinistra et infidelis debet nescire. sed sic esset

Vel quando alios vult laudari ut appareat sanctior et melior ceteris

Non ut dent bonum exemplum sed eo fine ut honorificentur ab hominibus

4

s. Augusti / tñc licet coram fideli eleosinã
face et nulla culpa est, velle place fide
libus q est fcm / ideo alii exponunt s. Aug'
q p sinistrã intelligi'r inimicus et p dextram ami
cus, q° hõ s. istos face eleosinã coram amico
et coram inimico / quod non est verum s. Aug /
q xpus coram iudeis inimicis suis indiffer
dicter sanabat infirmos / quod ptinet ad
eleosinã spiritualem / apls etiam dicit / si esuri
erit inimicus tuus ciba illum / et ciba cum esu
riente planum est q est eleosina / ideo ut
ait Aug / alii dicunt q p sinistrã intelligi'r
uxor p dextra vir / nam q impetuosa et in
rebus familiaribus tenacior est mlr qua
vir / ideo aduitand litem domesticam vir dz
face eleosinã nesciente uxore / sz s. Augus
hec opinio est deridenda / q tam viro q
uxori datur actus eleosine / cum omnis actus
salutis et virtutis comunis utriq sit / et plu
rimi mlr magis est prona et larga ad
faciend eleosinã quã vir / ideo dic Aug / sic
est intelligend verum in salvator / ut p dex
tra intelligatur intentio implendi pcepta
dei et placendi sibi / p sinistram vo intelligã
dilectio humane laudis / et tunc sic exponitur
cu facis eleosinã nesciat sinistra tua i.
dilectio laudis humane / q fiat dextra tua
i. pcepta dei implendi d ictio intentio et
placendi sibi soli / q soli ppt deum no
ppt laudem humanam vel mundi facienda
est eleosina / Alia est dubio / q qo est
dubia ppt vba que dixit s. anglus tho
bie / Comendans n. anglus eleosinam
thob. 12. / eleosina amorte libat et no
patitur anima ire in tenebras / cum ipa est
que purgat pcta / et facit invenire vitam
eternam / daniel eodem dans cosilium
nabuchodonosor / cum diversis pctis erat involutus
dixit dan. 4. / consilium meum audi rex / pcta
tua eleosinis redime / et iniquitates tu
as misericordiis pauperum / sz cum pctm mor
tale no dimittatur nisi controne et gra q
est vita aie / et eleosina fca in pcto mor
tali sit mortua / non potest dare vitam

q quod mortuum est alteri dare vitam
non pt / hanc q dubitationem determinat
Aug in Enchiridion. ca°. 72. d / q eleo
sina non est aliud quã opus misericor
quã homo tenetur face p° sibi ipi / sic p'mo
tenetur seipm diligere / de qua misericordia scrip
est / miserere anime tue placens deo /
ac si d. si vita tua dz esse deo placens
p gram / que sibi est / displicens p culpã op
q hanc eleosinã tibi facias / q miserearis
aie tue pctm odiendo / et contritionem de
ipo faciendo / sic enim qui diligit pctm
et iniquitatem odit animam suam / sic qui con
teritur odiendo ipm diligit animam suam
et miseretur aie sue / et p hoc ipm facit sibi
eleosinam / que est opus mie / tali q° eleo
sina controne gratuita et caritativa recipitur
q pctm mortale dimittitur formaliter / q
sicut formaliter luce expellitur tenebre / ita con
trone gratuita et displicentia caritativa ipi
culpe expellitur pctm et culpa / de ista ḡ
eleosina quã homo sibi ipi facit intelligitur
illud verbum salvatoris s. Aug / date eleo
sinam p° nobis ipis s. pctm odiendo et de
testando / et ecce omnia munda sunt vobis
q expulso pcto ut p p'mam eleosinã q q
hõ p'mo facit est mundus et deo gratus
et acceptus / et de ista eleosina sunt in
telligenda que dixit anglus in sciatis / habet
q amorte et amortali pcto libat / quod
est p'mum / et non patitur anima ire in te
nebras / quod est s'. / et ipa purgat pcta
qd est 3m / et facit invenire vitam eterna
qd est 4. / Sz ulterius eleosina quã fac ho
pximo libat hoiem a pcto morli / possum
dicere q libat a pcto iam pcreato p
satisfactionem / q dato q homo sit lib' a pcto
morli p eleosinam quã facit sibi controne
et detestationem pcti hndo / non tn lib' est
a pena illius pcti sz a culpa / ideo p eleosinam
quã facit pximo satisfacit p pcto illo / est
enim eleosina opus satisfactorium / libat
a pcto futuro p quandam dispositionem q p eleosinam
et p alia bona opa disponitur homo ne

pctā incurrat / et si incurrit disponit̃ ue
tiaus relictā / adhoc q̃d homo sibi elemosinā
faciat et dimittat pctā inscindo cīte sue
et sic possum⁹ concludē / q̄ p elemosinam quā fac̄
homo sibipi libtat a pctō formalr̄ p dispsi
cōnaā et pctī contcōm / s̄ p elemosinā quā ho
faciat pximo libat a pctō solū materialr̄ p di
spositcōm uel satisfactcōm ¶ Ad x est dicēn q̄
simlr̄ ista qūestio est dub̄ / ppt̄ ua angli
comendant elemosinā cornelii infidelis /
Scribit̃ n̄ Act̄ x̄ q̄ erat quidā uir in cesarea
gentiliū nomīe cornelius faciēs elemosinas
multas in plebe / huic ḡ anglus dn̄i appar̃
dicēs sibi / corneli elemosine tue et orōnes
tue in memoria in conspectu dn̄i / et nūc mit
te uiros et accersiri fac Symonē qui uo
cat̃ petr⁹ / hic dicet tibi q̄ te opteat facere /
et sic fcm̄ est / q̄ ppt̄ elemosinas q̄s faciebat̃
meruit baptisari p petrū ad fidem puenire
et tamē ad Rom̄ xiiij dic̄ quedā glo / q̄ tō
uita infideliū est pctm̄ / Dicend⁹ est ḡ q̄
deus non sic ligat uirtute suā sacr̄ q̄bus
infideles distinguunt̃ a fidelib⁹ / q̄ sn̄ eis
possit hominem saluare / Cornelius ḡ dato q̄
non esset fidelis p sacrm̄torū regnatcōnem
q̄r erat gentil̃ et non baptisatus tn̄ erat fi
delis fide sibi infusa adeo sine baptis°
credebat n̄ deū esse om̄ creatore / s̄ ne
sciebat deū esse incarnatū / cuius cognicōz
fidei infudit sibi sn̄ baptis° / et p hac fide
sibi infusam elemosine sue fuerunt deo gr̃e
et accepte / et p ipas meruit q̄ petrū hr̃e in
doctore / ut sacramēt gndaret̃ et ad credendū
illa que credenda erāt instrueret̃ / licet n̄
deus p se ipm̄ posset omā facere / et fide in ti
inspirare / et potius docere et sacrā regnare
non tn̄ facit p se ipm̄ totū / s̄ opatur medi
atib⁹ ministr̄ ecclie / et ista est solucō gloze
dict̄ ad Ro / q̄ cornelius p uirtutes et elemosinas
puenit ad fidem / nō aūt p fidem puenit
p ... uirtutes ¶ Ad xj est dicēn q̄ q̄o nō
est dubia / nisi q̄r illi q̄ sūt in purgatorio n̄
sūt amplius in statu merendi / et aliud
in statu soluendi debitū / primus ḡo illi q̄ sūt
in purgatorio non sūt in statu merendi / q̄r
nec ipi amplius p̄nt mereri n̄ alii p̄ ipis

sūt tn̄ in statu debitū soluendi / q̄r cū pctōr
absolvit̃ a deo p̄ncipalr̄ et ministro ecclesie
instrumētalr̄ a pctō mortali / tal̄ absolucō in
telligenda est q̄ntū ad culpam / s̄ pena eter
nam debitā illi culpe talis absolucō nō re
mittit / s̄ comutat in tpalem uel in penā
purgatoriam / que cum tpalis est in q̄ntū
est finita / et q̄r elemosina et orō et alia
suffragia ecclie sūt opa satisfactoria
ad remissionem pene et absolucōm debiti
io fiant p defunct / q̄ sūt in purgatorio / et
suffragia fiant pro eis / q̄ nō solū ata
ta pena s̄ a tota pena absoluat̃ / et totū
debitū eis dimittet̃ / et ista ē absolucō
bt̄i Aug⁹ in Enchiridion ca° c. xxvij / ubi
ait q̄ elemosine sūt p defunct / p ualde bonis
sūt gr̄ar̄ actiones / p ualde malis sūt ui
sūt ... / p non ualde bonis
uorū consolaciōs / s̄ p non ualde bonis
n̄ p ualde malis sūt ppiciacōs ¶ Ad xij
est dic̄n q̄ ista q̄onē Aug⁹ determinat Aug⁹
in Enchiridion cap° supradicto in principio / ubi
ait q̄ neq̄ negandū est aīas defunctorū
pietate suorū uiuenciū releuari / cū pro
eis uel sacrificiū mediatoris offert̃ / uel elemosine
fiūt / et subdit / uel tn̄ defunct p sūt q̄ dū
uiuerent meruerunt ut p⁹ morte possent
ista p desse / si p eis fient / non dic̄ q̄ me
ruerunt illi q̄ fecerunt elemosinas / s̄ q̄ me
ruerunt illi q̄ defuncti sūt dū uixerunt in
corpe / q̄ talib⁹ p dessent si p eis fient / puto
igit̃ q̄ a q̄mb⁹cūq̄ fiant elemosine sine sit
in pctō sine in gr̄a p sūt defunct / q̄ sūt i
purgatorio / si p eis et p nomine eorū fiant /
q̄r huius suffragia nō h̄nt efficacia dimitte
di penā ex mito illorū q̄ faciunt / s̄ ex meri
to illorū defunctorū q̄ cū caritate decesserunt
uerū est q̄ si fiant ab illis qui sūt in gr̄a
p sūt tūc non solū defunct p q̄b⁹ fiūt
ad solucōm debiti / s̄ etiā p sūt ipis facien
tib⁹ ad augmentū meriti / et consecucōm pre
mii / q̄r omā opera que fiūt ab illis qui
sunt in gr̄a meritoria sūt et remunera
tione digna / Sequit̃ Cap^m vj. Lectio pma

Et cū oratis / non eritis sicut ypocrite qui
amant in synagogis et in angulis
platearum stantes orare ut uideant̃

Cap^m

abhominb/ dñs dico vob. receptu^m mercedē suā
Tu aut cū orabis intra cubiculū tuū
et clauso ostio tuo ora patrē tuū absconditū
et pr tuus qui vidz absconditos
reddz tibi. Orantes aut nolite multū loqui
sic ethnici putant. n. q in multiloquio suo
exaudiant. nolite q assimilari eis. scit
n. pr vr quid opus sit vob antq petatis eū.
Sic ergo vos orabitis. Pr noster qui es in celis
sanctificet nomen tuū. adueniat regnū tuū.
fiat voluntas tua sicut in celo et in terra.
panem nr cotidianū da nobis hodie. et dimitte nobis
debita nra sicut et nos dimittimus debitoribus nris.
et ne nos inducas in temptationē. sed libera nos a malo.
Si enim dimiseritis hoīb peccata eoꝝ dimittet et
vob pr vr celestis. Si aut non dimiseritis hoīb
peccata eoꝝ nec pr vr dimittet peccata vra.
Cū autē ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite
tristes. Exterminant enim facies suas ut
appareant hoīb ieiunantes. Amen dico vob
receperunt mercedē suā. Tu aut ieiunans
unge caput tuū et faciem tuā lava. ne
videaris hoīb ieiunans. sed pr tuo qui in
absconditō est. et pr tuus qui videt in
absconditō reddet tibi. Nolite thesaurizare
vob thesauros in terra. ubi erugo et tinea
demolitur. et ubi fures effodiunt et furantur.
Thesaurizate aut vob thesauros in celo. ubi
neq erugo neq tinea demolitur. et ubi fures
non effodiunt nec furantur. Vbi enim est
thesaurus tuus ibi et cor tuum erit.
Lucerna corporis tui est oculus tuus.
Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus
tuum lucidum erit. Si aut oculus tuus
nequam fuerit totum corpus tuum tenebrosum
erit. Si ergo lumen quod in te est tenebre sunt
ipse tenebre quante erunt. Nemo potest duobus
dominis seruire. aut enim unum odiet et alterum
diliget. aut unum sustinebit et alterum contemnet.
non potestis deo seruire et mamone. Ideo dico vobis
non solliciti sitis aiē vre quid manducetis
neq corpori vro quid induamini. Nonne anima
plus est quam esca. et corpus plus quam vestimentum.
Respicite volatilia celi quoniam non seminant
neq metunt neq congregant in horrea. et pr
vr celestis pascit illa. Nonne vos magis pluris
estis illis. Quis aut ex vobis cogitans potest
adicere ad staturam suam cubitum unum.
Et de vestimento quid solliciti estis. Considerate
lilia agri quomodo crescunt. non laborant neq
nent. Dico aut vobis quoniam nec Salomon in
omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis.
Si aut fenum agri hodie est et cras in clibanum
mittitur deus sic vestit. quanto magis vos
modice fidei. Nolite ergo solliciti esse dicentes
quid manducabimus aut quid bibemus aut
quo operiemur. Hec enim omnia gentes inquirunt.
Scit enim pr vr quia horum omnium indigetis.
Querite aut primum regnum dei et iustitiam
eius et hec omnia adicientur vobis. Nolite
ergo esse solliciti in crastinum. crastinus enim
dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malicia
sua. Nolite iudicare ut non iudicemini.
In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini.
Et in qua mensura mensi fueritis remetietur
vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris
tui. trabem aut in oculo tuo non vides.
Aut quomodo dicis fratri tuo. Frater sine
eiciam festucam de oculo tuo. et ecce trabes
in oculo tuo. Hypocrita eice primum trabem
de oculo tuo. et tunc videbis eicere festucam
de oculo fratris tui. Nolite dare sanctum
canibus. neq mittatis margaritas vras ante
porcos. ne forte conculcent eas pedibus suis
et conuersi dirumpant vos. Petite et dabitur
vobis. querite et inuenietis. pulsate et aperietur
vobis. Omnis enim qui petit accipit. et qui
querit inuenit. et pulsanti aperietur. Aut quis
est ex vobis homo quem si petierit filius suus
panem numquid lapidem porriget ei. aut si
piscem petierit numquid serpentem porriget
illi. Si ergo vos cum sitis mali nostis bona
data dare filiis vris. quanto magis pr vr
celestis dabit bona petentibus se. Omnia ergo
quecunq vultis ut faciant vob homines. et vos
facite illis. Hec est enim lex et prophete.
Intrate per portam angustam. quia lata porta
et spatiosa via est que ducit ad perditionem.
et multi sunt qui intrant per eam. Quam
angusta porta et arta via est que ducit ad
vitam. et pauci sunt qui inueniunt eam.
Attendite a falsis prophetis. qui veniunt ad
vos in vestimentis ouium. intrinsecus aut sunt
lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos.
Nunquid colligunt de spinis uuas aut de tribulis
ficus. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit.
mala aut arbor malos fructus facit. Non potest
arbor bona malos fructus facere. neq arbor mala
bonos fructus facere. Omnis arbor que non facit
fructum bonum excidetur et in ignem mittetur.
Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.
Non omnis qui dicit mihi dñe dñe intrabit in
regnum celorum. sed qui facit voluntatem pr
mei qui in celis est. ipse intrabit in regnum
celorum. Multi dicent mihi in illa die. dñe dñe
nonne in nomine tuo prophetauimus. et in nomine
tuo demonia eiecimus. et in nomine tuo virtutes
multas fecimus. Et tunc confitebor illis quia
nunquam noui vos. discedite a me qui operamini
iniquitatem. Omnis ergo qui audit verba mea
hec et facit ea similabo eum viro sapienti qui
edificauit domum suam supra petram. Et descendit
pluuia et uenerunt flumina et flauerunt uenti
et irruerunt in domum illam. et non cecidit.
fundata enim erat super petram. Et omnis qui
audit verba mea hec et non facit ea similis erit
viro stulto qui edificauit domum suam supra
arenam. Et descendit pluuia et uenerunt flumina
et flauerunt uenti et irruerunt in domum illam.
et cecidit. et fuit ruina eius magna. Et factum
est cum consummasset ihs verba hec. mirabantur
turbe super doctrina eius. Erat enim docens eos
quasi potestatem habens. et non sicut scribe eorum
et pharisei. Et ecce leprosus uenit et adorabat
eum dicens. Si uis potes me mundare. Et extendens
manum ihs tetigit eum dicens. Volo mundare.
Et continuo mundata est lepra eius. Et ait illi ihs.
Vide nemini dixeris. sed vade ostende te sacerdoti
et offer munus quod precepit moyses in testimonium
illis. Cum autem introisset capharnaum accessit ad
eum centurio rogans eum et dicens. Dñe puer meus
iacet in domo paralyticus et male torquetur.
Et ait ihs. Ego veniam et curabo eum. Et respondens
centurio ait. Dñe non sum dignus ut intres sub
tectum meum. sed tantum dic verbo et sanabitur
puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate
constitutus habens sub me milites. et dico huic
vade et uadit. et alii. Veni et uenit. et seruo meo
fac hoc et facit. Audiens autem ihs mirabatur
et sequentibus se dixit. Amen dico vobis apud
nullum tantam fidem inueni in israel. Dico aut
vobis quod multi ab oriente et occidente uenient
et recumbent cum abraham et isaac et iacob in
regno celorum. filii aut regni eicientur in
tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor
dentium. Et dixit ihs centurioni. Vade et sicut
credidisti fiat tibi. Et sanata est puer in hora illa.
Et cum uenisset ihs in domum petri. uidit
socrum eius iacentem et febricitantem. Et tetigit
manum eius. et dimisit eam febris. et surrexit
et ministrabat illis. Vespere aut facto obtulerunt
ei multos demoniacos. et eiciebat spiritus uerbo
et omnes male habentes curauit. ut adimpleretur
quod dictum est per ysaiam prophetam dicentem.
Ipse infirmitates nras accepit et egritudines
portauit. Videns aut ihs turbas multas circa se
iussit ire trans fretum. Et accessit unus scriba
et ait illi. Magister sequar te quocunq ieris.
Et ait illi ihs. Vulpes foueas habent et uolucres
celi tabernacula. filius aut hominis non habet
ubi caput reclinet. Alius aut discipulorum eius
ait illi. Dñe permitte me primum ire et sepelire
patrem meum. Ihs aut ait illi. Sequere me et
dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et ascendente
eo in nauim secuti sunt eum discipuli ipsius.
Et ecce motus magnus factus est in mari. ita ut
nauicula operiretur fluctibus. ipse aut dormiebat.
Et accesserunt ad eum et suscitauerunt eum dicentes.
Dñe saluum nos fac perimus. Et dicit eis ihs.
Quid timidi estis modice fidei. Tunc surgens
imperauit uentis et mari. et facta est tranquillitas
magna. Homines aut mirati sunt dicentes. Qualis
est hic quia et uenti et mare obediunt ei.
Et cum uenisset trans fretum in regionem
gerasenorum occurrerunt ei duo demoniaci de
monumentis exeuntes. Et ecce clamauerunt dicentes.
Quid nobis et tibi ihu fili dei. Venisti huc ante
tempus torquere nos. Erat aut procul ab illis
grex porcorum multorum pascens. Demones aut
rogabant eum dicentes. Si eicis nos hinc mitte
nos in gregem porcorum. Et ait illis. Ite. Illi
aut exeuntes abierunt in porcos. Et ecce impetu
abiit omnis grex per precipitium in mare. et
mortui sunt in aquis. Pastores aut fugerunt.
et abeuntes in ciuitatem nunciauerunt omnia
et illorum qui demoniacis fuerant. Et ecce
omnis ciuitas exiit obuiam ihu. et uidentes eum
rogauerunt ut transiret a finibus eorum.
Et ascendens nauim transfretauit et uenit in
ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei hominem
paralyticum iacentem in lecto. Et uidens ihs
fidem illorum dixit paralytico. Confide fili
remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam
de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat.
Et cum uidisset ihs cogitationes eorum dixit.
Ut quid cogitatis mala in cordibus vris.
Quid est facilius dicere. Dimittuntur tibi
peccata. an dicere. Surge et ambula. Ut autem
sciatis quia filius hominis habet potestatem
in terra dimittendi peccata. tunc ait paralytico.
Surge tolle lectum tuum et ambula in domum
tuam. Et surrexit et abiit in domum suam.
Videntes aut turbe timuerunt et glorificauerunt
deum qui dedit potestatem talem hominibus.
Et transiens ihs inde uidit hominem sedentem
in telonio matheum nomine. et ait illi. Sequere me.
Et surgens secutus est eum. Et factum est
discumbente eo in domo. ecce multi publicani
et peccatores uenientes discumbebant cum ihu
et discipulis eius. Et uidentes pharisei dicebant
discipulis eius. Quare cum publicanis et peccatoribus
manducat magister vr. Ihs aut audiens ait.
Non egent qui sani sunt medico sed qui male
habent. Euntes aut discite quid est. Misericordiam
uolo et non sacrificium. Non enim uenio uocare
iustos sed peccatores. Tunc accesserunt ad eum
discipuli iohannis dicentes. Quare nos et pharisei
ieiunamus frequenter. discipuli aut tui non
ieiunant. Et ait illis ihs. Numquid possunt filii
sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus.
Venient aut dies cum auferetur ab eis sponsus.
et tunc ieiunabunt. Nemo aut committit figmentum
nouum in uestimento ueteri. Tollit enim plenitudinem
eius a uestimento. et peior scissura fit. Neq mittunt
uinum nouum in utres ueteres. alioquin rumpuntur
utres. et uinum effunditur. et utres pereunt.
Sed uinum nouum mittunt in utres nouos. et
ambo conseruantur. Hec eo loquente ad illos
ecce princeps unus accessit et adorabat eum
dicens. Quia filia mea modo defuncta est.
sed ueni impone manum tuam super eam et
uiuet. Et surgens ihs sequebatur eum et discipuli
eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxum
patiebatur duodecim annis accessit retro et
tetigit fimbriam uestimenti eius. Dicebat enim
intra se. Si tetigero tantum uestimentum eius
saluabor. Ihs aut conuersus et uidens eam dixit.
Confide filia fides tua te saluam fecit. Et
saluata est mulier ex hora illa. Et cum uenisset
ihs in domum principis et uidisset tibicines
et turbam tumultuantem dicebat. Recedite.
non enim mortua est puella sed dormit. Et
deridebant eum. Et cum ejecta fuisset turba
intrauit et tenuit manum eius. et surrexit
puella. Et exiit fama hec in uniuersam terram illam.
Et transeunte inde ihu secuti sunt eum duo
ceci clamantes et dicentes. Miserere nobis fili dauid.
Cum autem uenisset domum accesserunt ad eum
ceci. Et dicit eis ihs. Creditis quia possum hoc
facere. Dicunt ei. Utique dñe. Tunc tetigit
oculos eorum dicens. Secundum fidem vram
fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et
comminatus est illis ihs dicens. Videte ne
sciat quis. Illi aut exeuntes diffamauerunt
eum in tota terra illa. Illis autem exeuntibus
ecce obtulerunt ei hominem mutum demoniacum.
Et ejecto demonio locutus est mutus. Et
admirate sunt turbe dicentes. Numquam apparuit
sic in israel. Pharisei aut dicebant. In principe
demoniorum eicit demonia. Et circuibat ihs
ciuitates omnes et castella docens in synagogis
eorum et predicans euangelium regni et curans
omnem languorem et omnem infirmitatem.
Videns aut turbas misertus est eis quia erant
uexati et iacentes sicut oues non habentes pastorem.
Tunc dicit discipulis suis. Messis quidem multa
operarii aut pauci. Rogate ergo dominum messis
ut mittat operarios in messem suam. Et conuocatis
duodecim discipulis suis dedit illis potestatem
spirituum immundorum ut eicerent eos et curarent
omnem languorem et omnem infirmitatem.
Nomina aut duodecim apostolorum sunt hec.
Primus simon qui dicitur petrus et andreas frater
eius. Iacobus zebedei et iohannes frater eius.
Philippus et bartholomeus. Thomas et matheus
publicanus. Iacobus alphei et lebeus qui cognominatus
est thaddeus. Simon chananeus et iudas iscariotes
qui et traditor fuit eius. Hos duodecim misit
ihs precipiens eis dicens. In uiam gentium ne
abieritis et in ciuitates samaritanorum ne intraueritis.
Sed ite magis ad oues que perierunt domus israel.
Euntes aut predicate dicentes. Quia appropinquabit
regnum celorum. Infirmos curate. mundate leprosos.
mortuos suscitate. demonia eicite. Gratis accepistis
gratis date. Nolite possidere aurum neq argentum
neq pecuniam in zonis vris. non peram in uiam
neq duas tunicas neq calciamenta neq uirgam.
Dignus enim est operarius cibo suo. In quamcunq
autem ciuitatem aut castellum intraueritis
requirite quis in ea dignus sit. et ibi manete
donec exeatis. Intrantes aut in domum salutate
eam dicentes. Pax huic domui. Et si quidem fuerit
domus illa digna ueniat pax vra super eam.
Si aut non fuerit digna pax vra ad uos reuertatur.
Et quicunq non receperit uos neq audierit
sermones vros. exeuntes foras domum aut ciuitatem
illam excutite pulueres pedum vrorum. Amen dico
vobis. Tolerabilius erit terre sodomorum et
gomorreorum in die iudicii quam illi ciuitati.
Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum.
Estote ergo prudentes sicut serpentes et simplices
sicut columbe. Cauete aut ab hominibus. Tradent
enim uos in consiliis suis et in synagogis suis
flagellabunt uos. Et ante presides et reges
ducemini propter me in testimonium illis et
gentibus. Cum autem tradent uos nolite cogitare
quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim
uobis in illa hora quid loquamini. Non enim
estis uos qui loquimini sed spiritus patris vri
qui loquitur in uobis. Tradet aut frater fratrem
in mortem et pater filium. et insurgent filii
in parentes et morte afficient eos. Et eritis
odio omnibus propter nomen meum. Qui aut
perseuerauerit usque in finem hic saluus erit.
Cum autem persequentur uos in ciuitate hac
fugite in aliam. Amen enim dico vobis non
consummabitis ciuitates israel donec ueniat
filius hominis. Non est discipulus super magistrum
neq seruus super dominum suum. Sufficit discipulo
ut sit sicut magister eius et seruus sicut dominus
eius. Si patremfamilias beelzebub uocauerunt
quanto magis domesticos eius. Ergo ne timueritis
eos. Nichil enim est opertum quod non reuelabitur
et occultum quod non sciatur. Quod dico uobis
in tenebris dicite in lumine. et quod in aure
auditis predicate super tecta. Et nolite timere
eos qui occidunt corpus. animam aut non possunt
occidere. Sed timete magis eum qui potest et
animam et corpus perdere in gehennam. Nonne
duo passeres asse uenient. et unus ex illis non
cadet super terram sine patre uestro. Vestri aut
capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo
timere. multis passeribus pluris estis uos.
Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus
confitebor et ego eum coram patre meo qui in
celis est. Qui aut negauerit me coram hominibus
negabo et ego eum coram patre meo qui in celis est.
Nolite putare quia ueni pacem mittere in terram.
non ueni pacem mittere sed gladium. Veni enim
separare hominem aduersus patrem suum et filiam
aduersus matrem suam et nurum aduersus socrum
suam. Et inimici hominis domestici eius. Qui
amat patrem aut matrem plus quam me non est
me dignus. Et qui amat filium aut filiam plus
quam me non est me dignus. Et qui non accipit
crucem suam et sequitur me non est me dignus.
Qui inuenit animam suam perdet eam. et qui
perdiderit animam suam propter me inueniet eam.
Qui recipit uos me recipit. et qui me recipit
recipit eum qui misit me. Qui recipit prophetam
in nomine prophete mercedem prophete accipiet.
Et qui recipit iustum in nomine iusti mercedem
iusti accipiet. Et quicunq potum dederit uni
ex minimis istis calicem aque frigide tantum
in nomine discipuli amen dico uobis non perdet
mercedem suam. Et factum est cum consummasset
ihs precipiens duodecim discipulis suis transiit
inde ut doceret et predicaret in ciuitatibus eorum.
Iohannes aut audiens in uinculis opera christi
misit duos de discipulis suis et ait illi. Tu es
qui uenturus es an alium exspectamus. Et respondens
ihs dixit eis. Euntes renunciate iohanni que audistis
et uidistis. Ceci uident et claudi ambulant.
leprosi mundantur et surdi audiunt. mortui
resurgunt et pauperes euangelizantur. Et beatus
est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis aut
abeuntibus cepit ihs dicere ad turbas de iohanne.
Quid existis in desertum uidere. Arundinem
uento agitatam. Sed quid existis uidere. Hominem
mollibus uestimentis uestitum. Ecce qui mollibus
uestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid
existis uidere. Prophetam. Etiam dico uobis
et plus quam prophetam. Hic est enim de quo
scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum
ante faciem tuam qui preparabit uiam tuam
ante te. Amen dico uobis non surrexit inter
natos mulierum maior iohanne baptista. Qui
autem minor est in regno celorum maior est illo.
A diebus aut iohannis baptiste usque nunc regnum
celorum uim patitur et uiolenti rapiunt illud.
Omnes enim prophete et lex usque iohannes
prophetauerunt. Et si uultis recipere ipse est
helias qui uenturus est. Qui habet aures audiendi
audiat. Cui aut similem estimabo generationem
istam. Similis est pueris sedentibus in foro
qui clamantes dicunt. Cantauimus uobis et non
saltastis. lamentauimus et non planxistis.
Venit enim iohannes neq manducans neq bibens
et dicunt. Demonium habet. Venit filius hominis
manducans et bibens et dicunt. Ecce homo
deuorator et potator uini. Et publicanorum
et peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia
a filiis suis. Tunc cepit exprobrare ciuitatibus
in quibus facte sunt plurime uirtutes eius
quia non egissent penitentiam. Vae tibi corozaim
uae tibi bethsaida. quia si in tyro et sidone
facte essent uirtutes que facte sunt in uobis
olim in cinere et cilicio penitentiam egissent.
Verumtamen dico uobis tyro et sidoni remissius
erit in die iudicii quam uobis. Et tu capharnaum
nunquid usque in celum exaltaberis. usque in
infernum descendes. Quia si in sodomis facte
essent uirtutes que facte sunt in te forte
remansissent usque in hodiernum diem. Verumtamen
dico uobis quia terre sodomorum remissius erit
in die iudicii quam tibi. In illo tempore respondens
ihs dixit. Confiteor tibi pr dñe celi et terre
quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus
et reuelasti ea paruulis. Etiam pr quoniam sic
fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt
a pr meo. Et nemo nouit filium nisi pr neq
filium quis nouit nisi pr neq pr quis nouit
nisi filius et cui uoluerit filius reuelare.
Venite ad me omnes qui laboratis et onerati
estis et ego reficiam uos. Tollite iugum meum
super uos et discite a me quia mitis sum et
humilis corde et inuenietis requiem animabus
vris. Iugum enim meum suaue est et onus meum
leue. In illo tempore ibat ihs die sabbati per
sata. Discipuli aut eius esurientes cepere
uellere spicas et manducare. Pharisei aut
uidentes dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciunt
quod non licet facere in sabbato. Ipse aut dixit
eis. Non legistis quid fecerit dauid quando
esuriit ipse et qui cum illo erant. Quomodo
intrauit in domum dei et panes propositionis
manducauerunt quos non licebat ei manducare
neq his qui cum illo erant. sed solis sacerdotibus.
Aut non legistis in lege quia sacerdotes in templo
sabbatum uiolant et sine crimine sunt. Dico aut
vobis quia templo maius hic est. Si aut scissetis
quid est. Misericordiam uolo et non sacrificium.
nunquam condemnassetis innocentes. Dñs enim
est filius hominis etiam sabbati. Et cum inde
transisset uenit in synagogam eorum. Et ecce
homo manum habens aridam. Et interrogauerunt
eum dicentes. Si licet sabbatis curare. ut
accusarent eum. Ipse aut dixit ad illos.
Quis erit ex vobis homo qui habet ouem unam
et si ceciderit hec sabbatis in foueam nonne
tenebit et leuabit eam. Quanto magis melior est
homo ouis. Itaque licet sabbatis benefacere.
Tunc ait homini. Extende manum tuam. Et
extendit et restituta est sanitati sicut altera.
Exeuntes aut pharisei consilium faciebant aduersus
eum quemadmodum illum perderent. Ihs aut
sciens secessit inde. Et secuti sunt eum turbe
multe et curauit eos omnes. Et comminatus est
eis ne manifestum eum facerent. ut adimpleretur
quod dictum est per ysaiam prophetam dicentem.
Ecce puer meus quem elegi dilectus meus in quo
bene complacuit sibi anime mee. Ponam spiritum
meum super eum et iudicium gentibus annunciabit.
Non contendet neq clamabit neq audiet quisquam
in plateis uocem eius. Arundinem quassatam non
conteret et linum fumigans non extinguet donec
eiciat in uictoriam iudicium. Et in nomine eius
gentes sperabunt. Tunc oblatus est ei demoniacus
cecus et mutus. Et curauit eum ita ut cecus
loqueretur et uideret. Et stupebant omnes turbe
et dicebant. Numquid hic est filius dauid.
Pharisei aut audientes dixerunt. Hic non eicit
demonia nisi in beelzebub principe demoniorum.
Ihs aut uidens cogitationes eorum dixit eis.
Omne regnum diuisum contra se desolabitur.
et omnis ciuitas uel domus diuisa contra se non
stabit. Et si satanas satanam eicit contra se
diuisus est. quomodo ergo stabit regnum eius.
Et si ego in beelzebub eicio demonia filii vri
in quo eos eiciunt. Ideo ipsi iudices vri erunt.
Si aut in spiritu dei ego eicio demonia profecto
preuenit in uos regnum dei. Aut quomodo potest
quis intrare in domum fortis et uasa eius rapere
nisi prius fortem alligauerit. et tunc domum eius
diripiet. Qui non est mecum contra me est.
et qui non colligit mecum spargit. Ideo dico
vobis omne peccatum et blasphemia remittetur
hominibus. Spiritus aut blasphemia non remittetur.
Et quicunq dixerit uerbum contra filium hominis
remittetur ei. Qui aut dixerit contra spiritum
sanctum non remittetur ei neq in hoc seculo
neq in futuro. Aut facite arborem bonam et
fructum eius bonum. aut facite arborem malam
et fructum eius malum. De fructu enim arbor
cognoscitur. Progenies uiperarum quomodo potestis
bona loqui cum sitis mali. Ex abundantia enim
cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro
cordis sui profert bona. et malus homo de malo
thesauro profert mala. Dico aut vobis quod omne
uerbum otiosum quod locuti fuerint homines
reddent rationem de eo in die iudicii. Ex verbis
enim tuis iustificaberis et ex verbis tuis
condemnaberis. Tunc quidam de scribis et pharisei
respondentes dixerunt ei. Magister uolumus a te
signum uidere. Qui respondens ait illis. Generatio
mala et adultera signum querit et signum non
dabitur ei nisi signum ionę prophete. Sicut enim
fuit ionas in uentre ceti tribus diebus et tribus
noctibus sic erit filius hominis in corde terre
tribus diebus et tribus noctibus. Viri niniuite
surgent in iudicio cum generatione ista et
condemnabunt eam. quia penitentiam egerunt
in predicatione ionę. Et ecce plus quam ionas hic.
Regina austri surget in iudicio cum uiris generationis
istius et condemnabit eos. quia uenit a finibus
terre audire sapientiam salomonis. Et ecce plus
quam salomon hic. Cum immundus spiritus exierit
de homine ambulat per loca arida querens requiem
et non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum
meam unde exiui. Et cum uenerit inuenit eam
uacantem scopis mundatam et ornatam. Tunc
uadit et assumit septem alios spiritus secum
nequiores se et ingressi habitant ibi. Et fiunt
nouissima hominis illius peiora prioribus.
Sic erit et generationi huic nequam. Adhuc eo
loquente ecce mater eius et fratres stabant foris
querentes loqui ei. Dixit aut quidam ei. Ecce
mater tua et fratres tui foris stant querentes te.
Ipse aut respondens dicenti sibi ait. Quis est
mater mea et qui sunt fratres mei. Et extendens
manum in discipulos suos dixit. Ecce mater mea
et fratres mei. Qui enim fecerit uoluntatem
patris mei qui in celis est ipse meus frater
et soror et mater est. In illo die exiens ihs
de domo sedebat secus mare. Et congregate sunt
ad eum turbe multe ita ut in nauim ascendens
sederet. et omnis turba stabat in litore.
Et locutus est eis multa in parabolis dicens.
Ecce exiit qui seminat seminare. Et dum seminat
quedam ceciderunt secus uiam et uenerunt uolucres
et comederunt ea. Alia aut ceciderunt in petrosa
ubi non habebant terram multam. et exorta sunt
statim quia non habebant altitudinem terre.
Sole aut orto estuauerunt et quia radicem non
habebant aruerunt. Et alia ceciderunt inter spinas
et creuerunt spine et suffocauerunt ea. Et alia
ceciderunt in terram bonam et dabant fructum
aliud centesimum aliud sexagesimum aliud
tricesimum. Qui habet aures audiendi audiat.
Et accedentes discipuli dixerunt ei. Quare in
parabolis loqueris eis. Ipse aut respondens ait
illis. Quia uobis datum est nosse mysteria regni
celorum illis aut non est datum. Qui enim habet
dabitur ei et abundabit. Qui aut non habet
et quod habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis
loquor eis quia uidentes non uident et audientes
non audiunt neq intelligunt. Et adimplebitur in
eis prophetia ysaie dicentis. Auditu audietis
et non intelligetis et uidentes uidebitis et non
uidebitis. Incrassatum est enim cor populi huius
et auribus grauiter audierunt et oculos suos
clauserunt ne forte uideant oculis et auribus
audiant et corde intelligant et conuertantur
et sanem eos. Vestri aut beati oculi quia uident
et aures quia audiunt. Amen enim dico vobis
quia multi prophete et iusti desiderauerunt
uidere que uos uidetis et non uiderunt et audire
que audiuistis et non audierunt. Vos ergo audite
parabolam seminantis. Omnis audiens uerbum
regni et non intelligens. Venit malus et rapit
quod seminatum est in corde eius. Hic est qui
in uia seminatus est. Qui aut super petrosa
seminatus est hic est qui uerbum audit et
continuo cum gaudio accipit illud. Non habet
radicem in se sed temporalis est. Facta aut
tribulatione et persecutione propter uerbum
continuo scandalizatur. Qui aut in spinas
seminatus est hic est qui uerbum audit et
sollicitudo huius seculi et fallacia diuitiarum
suffocat uerbum et sine fructu efficitur.
Qui aut super terram bonam seminatus est
hic est qui audit uerbum et intelligit et
qui fructum affert et facit alius centesimum
alius sexagesimum alius tricesimum. Aliam
parabolam proposuit illis dicens. Simile factum
est regnum celorum homini qui seminauit bonum
semen in agro suo. Cum aut dormirent homines
uenit inimicus eius et superseminauit zizania
in medio tritici et abiit. Cum aut creuisset
herba et fructum fecisset tunc apparuerunt
et zizania. Accedentes aut serui patrisfamilias
dixerunt ei. Domine nonne bonum semen seminasti
in agro tuo. unde ergo habet zizania. Et ait
illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui aut dixerunt
ei. Vis imus et colligamus ea. Et ait illis.
Non. ne forte colligentes zizania eradicetis
simul cum eis triticum. Sinite utraque crescere
usque ad messem. et in tempore messis dicam
messoribus. Colligite primum zizania et alligate
ea in fasciculos ad comburendum. Triticum aut
congregate in horreum meum. Aliam parabolam
proposuit eis. Simile est regnum celorum grano
sinapis quod accipiens homo seminauit in agro suo.
Quod minimum quidem est omnium seminum.
Cum aut creuerit maius est omnibus holeribus
et fit arbor ita ut uolucres celi ueniant et
habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus
est eis. Simile est regnum celorum fermento
quod acceptum mulier abscondit in farine
sate tribus donec fermentatum est totum.
Hec omnia locutus est ihs in parabolis ad turbas
et sine parabola non loquebatur eis. ut adimpleretur
quod dictum est per prophetam dicentem.
Aperiam in parabolis os meum. eructabo abscondita
a constitutione mundi. Tunc dimissis turbis
uenit in domum. Et accesserunt discipuli eius
dicentes. Edissere nobis parabolam zizaniorum
agri. Ipse aut respondens ait illis. Qui seminat
bonum semen est filius hominis. Ager aut est
mundus. Bonum aut semen hi sunt filii regni.
Zizania aut sunt filii nequam. Inimicus aut
qui seminauit ea est diabolus. Messis aut
consummatio seculi est. Messores aut angeli sunt.
Sicut ergo colligitur zizania et igni comburuntur
sic erit in consummatione seculi. Mittet filius
hominis angelos suos et colligent de regno eius
omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem
et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus
et stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut
sol in regno pr eorum. Qui habet aures audiendi
audiat. Simile est regnum celorum thesauro
abscondito in agro quem qui inuenit homo abscondit
et prae gaudio illius uadit et uendit uniuersa
que habet et emit agrum illum. Iterum simile
est regnum celorum homini negotiatori querenti
bonas margaritas. Inuenta aut una pretiosa
margarita abiit uendidit omnia que habuit
et emit eam. Iterum simile est regnum celorum
sagene misse in mare et ex omni genere piscium
congreganti. Quam cum impleta esset educentes
et sedentes elegerunt bonos in uasa malos aut
foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi.
Exibunt angeli et separabunt malos de medio
iustorum et mittent eos in caminum ignis.
Ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis
hec omnia. Dicunt ei. Etiam dñe. Ait illis.
Ideo omnis scriba doctus in regno celorum
similis est homini patrifamilias qui profert
de thesauro suo noua et uetera. Et factum est
cum consummasset ihs parabolas has transtulit
se inde. Et ueniens in patriam suam docebat
eos in synagogis eorum ita ut mirarentur et
dicerent. Vnde huic sapientia hec et uirtutes.
Nonne hic est fabri filius. Nonne mater eius
dicitur maria et fratres eius iacobus et ioseph
et simon et iudas. Et sorores eius nonne omnes
apud nos sunt. Vnde ergo huic hec omnia.
Et scandalizabantur in eo. Ihs aut dixit eis.
Non est propheta sine honore nisi in patria sua
et in domo sua. Et non fecit ibi multas uirtutes
propter incredulitatem eorum. In illo tempore
audiit herodes tetrarcha famam ihu. Et ait
pueris suis. Hic est iohannes baptista. ipse
surrexit a mortuis et propterea uirtutes operantur
in eo. Herodes enim tenuit iohannem et uinctum
posuit in carcere propter herodiadem uxorem
philippi fratris sui. Dicebat enim ei iohannes.
Non licet tibi habere eam. Et uolens eum occidere
timuit turbam quia sicut prophetam eum habebant.
Natalibus aut herodis celebratis saltauit filia
herodiadis in medio et placuit herodi. Vnde
cum iuramento confessus est ei dare quodcunq
petisset. Illa aut ante instructa a matre sua
ait. Da mihi hic in disco caput iohannis baptiste.
Et rex rogatus propter iusiurandum et eos qui
recumbebant cum eo iussit dari et misit decollauit
iohannem in carcere. Et allatum est caput eius
in disco et datum puelle et attulit matri sue.
Et accesserunt discipuli eius et tulerunt corpus
et sepelierunt illud. Et uenientes nunciauerunt
ihu. Audiens aut ihs secessit inde in nauicula
in locum desertum seorsum. Et cum audissent
turbe secute sunt eum pedestres de ciuitatibus.
Et exiens uidit turbam multam et misertus est
eis et curauit infirmos eorum. Cum aut sero
factum esset accesserunt discipuli eius dicentes.
Desertus est locus et hora iam preterit.
Dimitte turbas ut euntes in castella emant sibi
escas. Ihs aut dixit eis. Non habent necesse
ire. date illis uos manducare. Respondentes aut
ei dicunt. Non habemus hic nisi quinque panes
et duos pisces. Qui ait illis. Afferte mihi hic
illos. Et cum discubuisset iussit turbam recumbere
super fenum. Et accipiens quinque panes et duos
pisces respexit in celum et benedixit et fregit
et dedit discipulis panes. discipuli aut dederunt
turbis. Et manducauerunt omnes et saturati sunt.
Et sublatum est quod superfuit eis fragmentorum
duodecim cofinos plenos. Manducantium aut fuit
numerus quinque milia uirorum exceptis mulieribus
et paruulis. Et statim compulit ihs discipulos
suos ascendere nauim et precedere eum trans
fretum donec dimitteret turbas. Et dimissis
turbis ascendit in montem seorsum orare.
Vespere aut facto solus erat ibi. Nauis aut in
medio mari iactabatur fluctibus erat enim
contraria uentus. Et quarta uigilia noctis
abiit ad eos ihs ambulans super mare. Et uidentes
eum discipuli ambulantem super mare turbati
sunt dicentes quia phantasma est et prae timore
clamauerunt. Et continuo ihs locutus est eis
dicens. Confidite ego sum nolite timere.
Respondens aut petrus dixit. Dñe si tu es
iube me ad te uenire super aquas. Qui ait.
Veni. Et descendens petrus de nauicula ambulauit
super aquas ut ueniret ad ihm. Uidens aut
uentum ualidum timuit et cum cepisset mergi
clamauit dicens. Dñe saluum me fac. Et continuo
ihs extendens manum apprehendit eum et dixit
illi. Modice fidei quare dubitasti. Et ascendentibus
eis in nauim cessauit uentus. Et uenientes in
genesar terram. Et cum cognouissent uiri loci
illius misserunt in uniuersam regionem illam
et obtulerunt ei omnes male habentes et rogabant
eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent.
Et quicunq tetigerunt saluati sunt. Tunc
accesserunt ad ihm scribe et pharisei de
hierosolymis dicentes. Quare discipuli tui
transgrediuntur traditionem seniorum. non enim
lauant manus suas cum panem manducant.
Ipse aut respondens ait illis. Quare et uos
transgredimini mandatum dei propter traditionem
uestram. Deus enim dixit. Honora patrem et
matrem. et qui maledixerit patri aut matri
morte moriatur. Vos aut dicitis. Quicunq dixerit
patri aut matri munus quod cunq ex me tibi
profuerit et non honorificauerit patrem suum
aut matrem. irritum fecistis mandatum dei
propter traditionem uestram. Hypocrite bene
prophetauit de uobis ysaias dicens. Populus
hic labiis me honorat. cor aut eorum longe est
a me. Sine causa aut colunt me docentes doctrinas
et mandata hominum. Et conuocata turba dixit
eis. Audite et intelligite. Non quod intrat in
os coinquinat hominem. sed quod procedit de ore
hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli
dixerunt ei. Scis quia pharisei audito hoc uerbo
scandalizati sunt. Ipse aut respondens ait.
Omnis plantatio quam non plantauit pr meus
celestis eradicabitur

nec nos exaudit p ambicionem nris precu
s; nos non semp pati sumus recipe cu mchi
nem malia terre spalium cupiditate tenea
mur porro 9o sit consio ment in deu et
purgatio inior oculi et actualis intencio
in deu qui semp est paratus dare si nos su
pati recipe Idem aug in epla ad pba hac
solucionem confirmans ait qd deus ozonem
wlt sibi nram uoluntate non innotescere
qua no pt ignorare s; wlt nrm desiderium
in ozonibus exerceri quo possim capere quod ipe
wlt dare non ho sona debemus putare nos
esse narratores cum oramus et deo preces ef
fundimus ut sibi narremus quod ipe igno
ret cu ipe sciat omnia antequam petamus s; de
bemus esse rogatores ut precibus nris sibi fa
miliares effecti nob largiat que ipe cognoscit
et wlt nob dare nam aliud est narrare a
liquid ignoranti et aliud est petere scienti porro
igitur non narramus aliquid deo tamquam ignoranti
s; petimus ab eo tamquam sciente ¶ Ad 3m est di
cendum qd oro comunis que fit in psona omnium fidelium
et totius ecclie fienda est in publico loco et in pu
blica uoce et ozone ministrorum qui orant ex
ozone fidelium in psona quorum orat nam minist
ecclie non orant pro se ipis solum ymo pro
omnibus fidelibus dicente apla ad hebr v° Ois
pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur
in hiis que sunt ad deum unde sit pro omnibus orat
sic deu orare et tali loco ut ab omnibus pos
sit vidi et audiri propter qd super illo uerbo ps in
ecclesiis benedicite dno dicit gloza aug qd
hic est unum dicendum in psona ministri ecclie loquitur
deo in ecclesiis bene. do. et si d. fidelibus tuis
quos notasti benediccionem tua non occultam ut
pmo benediccionibus ab eis quos uno exemplo et
ozone doctrina informari uoluisti Propter uo
populi in psona tuius oratur dicis esse decentem oro
fieri in comuni loco qr per hoc excitatur multum affectus
audiencium et orancium cum audiunt uocem ministrorum
ecclie cantancium et psallencium in ps et in
ympnis unde dicit aug. x. confessionum loquens
deo voces ecclie tue suaue psonantis in yp
mis et canticis influebant auribus meis et
eliqubatur veritas tua in corde meo et effluebant
lacrime et bene michi erat cum eis et secundum quidem
aug dicit ad pba tanto porro sequitur dig
or effectus quanto precedit feruencior affectus
ozo .n. singularis psone pt fieri in secreto et pu
blico loco dum tamen intente orantes fferatur
in deum et propter deum ¶ Ad 4m est dicendum qd oratio
priuata singularis psone tucius et conueniencius
est qd fiat silenter in mente qm uoce clamosa
s; ciprianum in suo tractatu de ozone propter
iiii ozones prima qr deus uoce clamosa
non est pulsandus s; consciencia uita placandus
cum ipe sit cordis auditor 2a qr secretas
peticiones non oportet alteros scire nisi deum
3a qr clamose orans aliquem iuxta se exponite
non pmittit orare quarta ut ipos demones
inimicos qui nob orantibus semp insi
diantur lateat nre peticionis intencio sicut le
gimus primo Reg. primo de illa sancta anna mre sa
muelis qd loquebatur deo in corde suo tantumque
labia eius mouebantur et uox penitus non
audiebatur ¶ Ad 5m est di. qd quis solucio dat
ad hoc qd quedam sunt bona quibus possimus
bene et male uti sicut bona corporalia et temporalia
ad ecclia non debemus determinate petere s; sub
condicione ut si nob debeant prodesse ad eo
sequendum salutem et qd debeamus eis uti uirtuose
ad laudem dei deus ipa nob concedat alia
non 2a quedam sunt bona spiritualia quibus male
uti non possumus sicut omnia bona uirtuosa
et talia determinate debemus a deo petere
s; aug ad pbam pertinens illud uerbum apli
ad rom viii° Quid oramus nescimus sicut oportet
expresse dicit qd etiam bona spiritualia dato qd
sint bona quibus non possumus male uti formaliter
nescimus tamen utrum nobis expediant qd forte
nob sunt mala suppliciendi nam superare concupiscen
ciam absque omni stimulo carnis bonum quod e
erat et tamen in gloriabat aps qd michi stimu
lus eius pficiebatur qr igitur in omnibus bonis
quos oramus nescimus sicut oportet utrum nobis ex
pediant illa que petimus et sunt nob pro
ficua Ideo dicendum qd in omnibus que petimus
iuxta apli documentum petere debemus auxilium ut
ipe ingemitibus et ozonibus faciat nos pe
tere que nob expediant et placita sint
dei uoluntati ut non debemus esse pprii tamen
uoluntate s; ex toto debemus nos committere
dei beneplacito nam s; aug apls non igno
rabat que in diuina ozone continebantur
ubi inter alia continetur s; libera nos a malo
et tamen nesciebat qd liberari ab illo sal
malo qd angelus sathanas colaphisabat

ipm. non expediebat sibi committendu est
g^o totu notu nrm deo et ipe nichil nobis
eueniere pmittet quod nobis noceat Et
hoc est quod aug^s dic^t p^o lib^o soliloquiorum ita
finem constanter deo crede ei qz totu te co
mitte quantum potes et noli uelle esse quasi pprius
et mitia ptate sz illius clementissimi et uti
lissimi dei te semper psitere ita enim te
adse sublevare non desinet nichilqz eue
nire pmittet quod tibi non prosit etiam
si nesciat solus. g^o deus in orone petendus
est. qui visione sua et fruicione nos frus
trari non pmittet sz media quibus nos adse
deducat in sua uoluntate relinquenda sunt et
hinc finis satis est conforme dictu doctis
philosophi qui ut valius recitat. nichil ultra a
deus mortalibus arbitrabatur esse petendu nisi
que bona tribueret qz iudicabat illos melius
que bona tribueret qz iudicabat illos melius
scire que unicuiqz expediebat quam homines
ipi sciret petere Ad 3^m est dicendum qz secundum
Aug in orone non est multu loquendum mul
titudine petitorum qz non debemus multa et
curiosa petere. puta potentatum et glan
secularem. inimicos superare. et habundantia diui
ciarum est. tn multu loquendum diuturnitate temporis
qz dicente apostolo oportet semp sine intermissione
orare. non igitur prohibet saluator sz Aug mul
tum esse in orone pdurandum pmanenciam
temporis. sz prohibet multu loqui pmultitudinem
corum que petuntur. solu n est petendum que deus
misereatur nobis et largiatur quod nobis nouit
fore expediens. Vnde legitur in vitis patrum qz
sitis fuisse a sancto Macario per modum
esset orandum Ad quod sic respondit. non sit uio
oranti multa superflua va. sz corde compuncto
dicere. deus miserere nobis. Amen. nr. ipe enim
nosti que nobis expediunt Et aliter exponit
Aug in epla ad pbam. qz aliud loqui in orone
et aliud multu precari. nam multu loqui e
in orando necessariam rem superfluis agere vbis
sz multu precari est deum que precamur diut
na et pia cordis excitatione pulsare et ple
rumqz hoc negotium plus gemitibus qua smo
nibus agitur. plus affectu quam affatu. qz dnte sppha
ipe dns nr ponit om in conspectu suo et
gemitus a deo non est absconditus. prohibet n
sz Aug salvator nr in orone multam locu
tionem. no prohibet multa precationem. sup vna et
eadem re possimus deum precari diutina aff
ectione sz multiloquio. qz in orone ipmus sal
uator nr ut ait Aug no fuit sermo multus
sz bn fuit diuturnus affectus. qz scriptu est qz
pnoctabat in orone. et qz plixius orabat
Recitat etia ibi Aug qz fres qui erant in
egipto crebras quidem et diuturnas faciebant
orones. eas tn breuissimas raptim et
quodamodo iaculatas. ne feruens intencio
que in orone est ualde necessaria euanesceret Ad
4^m dicendum qz sz Aug orans in^l nouit deus
facere quod aspiciat homines. ut clamando
ut prius pcumbendo ut manus expandendo
sunt n in orone pcipue duo uicia uitando
p^o manis gla ne pillud quod extius om
dit intus amercede orans euacuetur et
2° ceteri modi et actus in orone uitandi p
quos orans humanam laude et inanem
glam possit effugere Ex superbia et sic ma
gis est orandum genuflexo quam stando qz
orando genuflexo est signum magis interioris
contritionis et humiliationis quam orare stando
vnde super illo vbo luc xxii posuit genibus
orauit. Gregorius dicit qz humanus usus ha
parvos terre. supplicare maioribus facta
ondente maiores qui rogantur cum qui
rogant et qz planum est humana nam deo
nichil hic codignum. io ille qui languores no
stros portauit ac pronobis intercessit plurimum
phumanam nam qua suscipe dignatus est
genuflexit orando faciens qz orone no
esse superbiendum sz pomnia humilitati confor
mandum ut qz ille phariseus qui stans ora
bat adeo reprobatus est qz non modo et humi
liandi superbiam ondit et dato qz publicanus
stando oraret similiter qz mos erat iudeorum
stando orare forte qz stantes iuxta montem
synay legem receperunt sic dicitur Exod xix
pstratum tn habebat affectum qz ut dicit Crisostomus
in biga publicanus erat pctm cu humilitate
in biga no pharisei erat iusticia cu superbia et tn
biga pctm cu humilitate superauit biga iusticie non
pmis verbis sz rone humilitatis comite vnde legitur
in 3 Reg viii qz Salomon completo templo
dnm orans quia utrumqz genu interram flexe
rat et manus expanderat adcelu et quanto
manus dnm orans uoluit impetrare tanto
magis humilitatis signum dedit in orone mostra
re vnde super illo vbo luce xxii posuit alit

genibus / dicit glosa quod beatus stephanus pro se
orando stando sed pro suis persecutoribus orat
positis genibus quia quanto erat iniquitas ma
ior maius remedium supplicandi postulabat.
Sic ergo vos orabitis. Exposita Luce xi
more informacione quantum ad orationis
devotionem / sumpte ista ut supra dicebatur docet in
informacionem more quantum ad ipsius orationis
formacionem / et primo explicat formam orandi
in genere / 2o explicat vij petitiones in hac oratione
positas in speciali / et ibi pater noster in celis. Circa pri
mum prima pars est sciendum / quod sicut scribit Luce
xi discipuli videntes eum orare in quodam
loco dixerunt ad eum / domine doce nos orare,
sicut Iohannes baptista docuit suos discipulos / non
quidem ut glosa dicit quod apostoli ignorarent multas
orationes in veteri testamento esse scriptas / sed quia
novam conversacionem et promissionem viderunt novam
novam formam orationis postulaverunt / et ne
repulsam paterentur decorem peticionis / Iohannes
baptista inducunt in exemplum / Audiens salvator
eorum peticionem ait / sic ergo orabitis vos scilicet
formam scilicet quam infra vobis explicabo. Sed
ad notitiam et probationem quedam eorum que particu
lariter dicenda sunt in hac dominica oratione primo
esse quedam dubia scilicet prima utrum ista oratio sit ex
cellentior omni alia. 2o utrum in hac oratione con
tineantur solum septem petitiones. 3o utrum
liceat oranti alia petere preter illa que petuntur
in hac oratione sub precepto. 4o utrum vij peticionibus
que hic ponuntur correspondeant vij dona
spiritus sancti. 5o utrum istis vij donis correspondeant
vij beatitudines supra notate. Circa primum
dicendum quod secundum damascenum libro 3o li 24 oratio est peticio
decencium a deo / que peticio quidem debet habere 4or
propter eius aquo petit scilicet certitudinem / sed non enim
petentem neglegenter reprehendit qui de eius benevolentia
et certitudine dubitat. 2o propter eius
quod petit honestatem / petimus non alio etiam non
accipimus eo quod male et inhoneste petimus
ut dicit Iacobi 4. Tertio propter modum petendi / or
dinis congruitate ut docet salvator petamus
primo regnum dei et iusticiam eius / et hec
omnia temporalia nobis adicientur. primo mo. Quar
to propter temporis modo petitur continuitatem / quia
oportet semper orare et petere et non deficere. Quin
to propter orantis humilitatem / quia oratio humiliantis
se nubes penetrat. Dicendum ergo oratio ista
quidem debet habere ista 4or quod dicit cyprianus in suo libro
de oratione ista dominica oratio quantum ad ista quidem
precellit omnem orationem. primo in certitudine / quia nullus debet
dubitare exaudiri [illegible] orationes et preces
quas ipse filius dei docuit / ~~[illegible]~~
qui bene cognoscit verba filii sui maxime quia
ipse filius est advocatus noster cuius verba loquitur
semper est apud patrem unde ista oratio multum
amica et familiaris est deo patri de filio ro
gante et verba sui filii ad aures porrigente
ideo cum certitudine attendere possimus cum ista
oratione ad tronum glorie eius / quia infallibiliter
graciam consequimur et misericordiam invenimus. 2o
in peticionis honestate / quia non mali quod indecen
te potest continere ista oratio / que est formata
ab ore illius in quo sunt omnes sapientie et scien
tie absondite dei / et qui ut dicit apostolus est dei virtus
et dei sapientia / etenim non formata esset a prima homine
quia secundum apostolum quid oremus nescimus dubitare
possemus ne aliquid inhoneste et indecenter
peteremus / sed quoniam formata est ab illo qui est
fons sapientie in eo cessat omnis dubitatio impe
tendi concludit. 3o in modo petendi ordinis
congruitate petitur quia in hac oratione primo illa
que ordinat in divinorum devotionem et sub
iectionem. scilicet quod in nobis sanctificetur nomen suum et
quod suum regnum super nos veniat et eius vo
luntas fiat in nobis sicut fit in sanctis angelis
et primo modo petitur illa que nos ordinat ad
istorum temporalium et corporalium sustentacionem / et
malorum liberacionem unde ista oratio ordinatis
sima est in numerum quia formata ab illo qui
posuit omnia in modo pondere et mensura.
4o continuitate quia de ista oratione salva
tor dixit oportet semper orare quod est
verum desiderii affectione quamvis non semper
verborum prolacione licet non secundum augustinum in oratione
non debeat esse semper continua verborum expres
sio quia vacandum est interdum aliis negociis
semper tamen est necessaria continua affectio si frequens
presencie intencio unde hac de causa salva
tor hanc orationem brevissima ordinavit ut
facilius discere et frequencius diceret et for
tius retineret et nullus ignoraret. 5o in
humilitate / nam ille eandem hanc orationem docuit
qui dixit discite a me quia mitis et humilis
corde / alioquin enim superbi non placuerunt

Qui enim fecit vive
docuit et orare.
ut dicit oratione quam
filius docuit apud
patrem loquimur facili
us audiamur.

Capitulum

ꝫ mansuetorum et humilium placuit deprecacio. ¶
n. Ad sciendum est dicendum quod in hac dominica oratione
petimus illa que nos iuvant ad consequen-
dam beatitudinem, ad quam adipiscendam duo sunt
necessaria: primum divinorum bonorum dilectio et
contemplacio; ¶ secundum malorum et nostrorum de-
fectuum remocio et relevacio. In bonorum autem
divinorum contemplacione tripliciter possumus
deficere. ¶ Primo in eorum reverencia, ne a nobis con-
tempnantur, et in hoc iuvamur per primam
peticionem, cum dicimus: Sanctificetur nomen tuum. In qua
peticione admonemur, secundum Augustinum, ut nomen dei
quod semper sanctum est, eciam apud homines sanctum
habeatur, id est non contempnatur, quod non deo sed hominibus
prodest. ¶ Secundo in eorum adepcione, ne consecucione
et fruicione divinorum bonorum frustremur et pri-
vemur, et in hoc iuvamur per secundam peticionem, scilicet
cum dicimus: Adveniat regnum tuum. Quod sicut dicit
Augustinus, sive velimus sive non, veniet; petimus
tamen ut veniat, ita quod in nobis tamquam ipso regnante
veniat. ¶ Tercio in eorum subieccione, ne malignantes vo-
luntati divine et preceptis eius resistamus,
et in hoc iuvamur per peticionem terciam cum
dicimus: Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. In qua petimus
peticione divinam clemenciam, ut sicut a nobis fiat
voluntas eius in terra sicut fit ab angelis in
celestibus. ¶ Secundo est nobis necessaria malorum nostrorum re-
mocio et defectuum relevacio. Sunt in nobis
quatuor defectus: primus est naturalis, quantum ad vite
indigenciam, et in hoc petimus relevari per quar-
tam peticionem, cum petimus: Panem nostrum cottidianum da no-
bis, ut nomine panis secundum Augustinum omnia vite necessaria
intelligantur. Secundus defectus est culpe, quantum
ad iam perpetratam nequiciam, et in hoc petimus
relevari per quintam peticionem cum dicimus: Dimitte
nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Tercius defectus futuri
periculi quod timetur, quantum ad dyabolice temp-
tacionis imminenciam, et in hoc petimus rele-
vari per sextam peticionem, cum dicimus: Et ne nos
inducas in temptacionem [illegible]
[illegible] aliquam temptacionem ~~consenciamus~~ vel
consenciamus decepti vel cedamus afflicti.
Quartus defectus mali puniti quantum ad cumulum
tribulacionis et infirmitatis diffidenciam,
et in hoc petimus relevari per peticionem septimam
cum dicimus: Sed libera nos a malo. ¶ Secundo vero ~~dicendum~~
in hoc suo decrecione dicitur que potest esse apud

panis

Vn̄ Augustinus ad Probam: ammonemur hic petere ne deserti eius adiutorio

patrem magis vera et digna oracio quam que
a filio qui est veritas dicente est ore prolata. Ut
aliter orare quam ipse docuit non ignorancia sola
sit sed et culpa, cum ipse posuerit et dixerit: Irri-
tum fecistis mandatum dei propter tradicionem vestram. Sed ergo
~~Crimen~~ culpa et peccatum est petere aliena
vel aliter orare quam in hac oracione dominica posi-
tum est. Sed Augustinus in epistola ad Probam istam concl[usionem]
solicite pertractans ait quod orans vel orat car-
naliter et petit non convenienter sue saluti,
vel orat spiritualiter. Sed si ergo oramus spiritualiter sic
decet, tunc quecumque verba dicamus que affec-
tum orantis vel precedendo formant ut clareat vel
consequendo attendit ut crescat, nichil aliud di-
cimus quam quod in ista oracione dominica positum est.
Nam qui dicit illud quod in Ecclesiastico scriptum
est: Clarificare nobis tuum in gentibus sicut clarificatus
tu es in nobis, non orat aliud nisi Sanctificetur
nomen tuum. Item non dicit: Converte nos deus et
ostende faciem tuam et salvi erimus, non aliud o-
rat quam Adveniat regnum tuum. Item autem di-
cat qui: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum et non do-
minetur mei omnis iniquitas, non aliud orat
quam Fiat voluntas tua. Item non dicit: Divicias
et paupertates ne dederis michi sed tantum victui meo
tribue necessaria, non aliud orat quam Panem nostrum cot-
tidianum. Item autem dicit: Memento domine David et si non
reddidi retribuentibus michi mala, hic orat Dimitte
nobis debita nostra sicut et nos dimittimus. Item autem dicit: Aufer
a me concupiscencias ventris et desiderium coitus
[illegible] ne apprehendat me, nichil aliud orat
nisi Et ne nos inducas in temptacionem. Et qui dicit: Libera
me ab inimicis meis et ab insurgentibus in me
libera me, hic orat Libera nos a malo. Et si per
omnia verba sanctarum scripturarum discurras nichil invenie-
mus secundum Augustinum quod in ista oracione do-
minica non contineatur et concludatur. Et sequitur
Augustinus quod quicumque oramus illud dicere quod ad istam
ewangelicam precem pertinere non possit, eciam
si solicite orat carnaliter orat, quod nescio quare
non dicatur cum spiritu sancto renatos non deceat
nisi spiritualiter orare. Et tunc Augustinus concludit
veritate commonens quod liberum debet esse orantibus aliis
atque aliis verbis eadem tamen orando dicere, sed non
debet sibi esse liberum alia dicere. ¶ Sed de quo est dicendum
quod secundum Augustinum istis ~~vii~~ peticionibus videtur sep-
tiformis gratia spiritus sancti. Nam quod nobis dimi-

nomen et sanctum et dulcissimum sit. Quod petitur
prima petitione sit per donum sapientie. Ut vero regnum
dei veniat in nobis ita quod regnemus cum ipso quod
petitur secunda sit per donum intellectus quia occulta mentis
deus a nobis videt. Ut autem deo simus obedien-
tes eius voluntatem implendo et semper eligen-
do quod sibi placitum est quod petitur tertia
sit per donum consilii. Ut vero autem temporalia et neces-
saria vite ordinemus ad dei laudem et obser-
vationem eius mandatorum quod petitur quarta
sit per donum fortitudinis. Quod vero non reddamus
mala pro malis sciendo consilium in mente proximi
et parcere nationis sit per donum scientie quod
petitur quinta. Ut vero autem temptationes non
incurramus et quod nobis et proximis temptationes
inferentes compatiamur quod petitur sexta
sit donum pietatis. Sed quod liberemur a malo quod
in septima petitur sit per donum timoris quia a bonis
malo liberari meretur qui propter dei timorem hominibus
se subiciat ut Augustinus. Notandum quia est dictum quod
secundum Augustinum in libro de sermone domini vij sunt beatitu-
dines perficientes homines in vita ista de
quibus in futuro habebunt quandam beatitudinem
et letitiam eternam. Nam octava beatitudo que
dicitur Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam
non perficit sed est perfectio et declaratio aliarum.
Iste igitur vij beatitudines secundum Augustinum libro supradicto
correspondent vij donis spiritus sancti, nobis collatis
per vij petitiones quas petimus in oratione dominica.
Nam dono sapientie correspondet illa beatitudo que
dicitur Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur. Habent enim paci-
fici quandam divinam similitudinem per quam possunt
omnia spiritualia et super humanum modum iudicare
quod pertinet ad donum sapientie. Dono vero
intellectus correspondet illa beatitudo que dicitur Beati
mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Ita secundum
Augustinum deus non videbitur nisi a purgatissimis
mentibus, quia mente purgata habere sit per donum
intellectus. Dono autem consilii correspondet illa bea-
titudo que dicitur Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum
est regnum celorum. Nam renuntiare omnibus
temporalibus spiritu et voluntate est consilium spiritus sancti.
Dono vero fortitudinis correspondet illa beatitudo
que dicitur Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam quoniam
ipsi saturabuntur. Cum enim omnes volentes pie et
iuste proposito vivere persecutionem patiuntur, sine do-
no fortitudinis hoc esse non potest. Dono scientie

correspondet illa beatitudo que dicitur Beati qui lugent
quoniam ipsi consolabuntur. Lugent namque sua et
aliorum peccata et scientie pertinere prospera et adversa
super humanum modum pertinet ad scientie donum.
Dono autem pietatis correspondet illa beatitudo que
dicitur Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam conse-
quentur. Compati enim super humanum modum aliorum mi-
seriis pertinet ad donum pietatis. Sed dono ti-
moris correspondet illa beatitudo que dicitur Beati
mites quoniam ipsi possidebunt terram illam ter-
ram de qua scriptum est Portio mea domine sit in
terra viventium ps. cxlj. Lectio iij.

Pater noster qui es in celis sanctifi-
cetur nomen tuum. Posita forma orandi
in generali, sicut ut supra dictum est, salvator noster ex-
plicat in speciali illa que per suam orationem
docet esse petenda, et dividitur oratio ista tota in
vij partes secundum vij petitiones que in ea continen-
tur, et sic faciemus de tota oratione vij lectiones.
2a ibi Adveniat re. et tertia sequitur eius
lectio. Benevolentia autem istius patris est facere
quod secundum Augustinum in libro de sermone domini in nomine oratione
et deprecatione. Primo consideranda est benevo-
lentia eius que patrem dicitur [illegible] videndum est
quem patrem. Benevolentia autem solet acquiri
laude illius ad quem oratio dirigitur, et hoc ponitur
in principio istius orationis cum premittitur Pater
noster qui es in celis. Nominando namque ipsum
patrem nostrum multitudine beneficiorum que
ab ipso consecuti sumus confitemur, et sic in
laudem ipsius prorumpimus, et eius benivolen-
tiam acquirimus. Et dicitur qui es in celis significanter
secundum eum ut cognoscentes nos patrem habere in celis
erubescamus terrenis rebus nos subster-
nere. Et statim secundum Augustinum dicto quid sit petendum
quia pater et ubi habitat quia in celis, ponitur quod pe-
tendum quia sanctificetur nomen tuum, quia ut dicit Augustinus
non sic petitur quasi non sit sanctum nomen dei,
sed ut sanctum habeatur ab hominibus, id est sic illis
innotescat hominibus ne eius non consi-
deretur aliquid sanctius quod magis offendere
timeant. Vel sic aperiunt petimus perseverantiam
eius sanctificationis in nobis, ut qui cottidie
delinquimus, deleta nostra eius sanctificatione
purgemus. Sed hic possunt quedam dubitationes.
Prima utrum in hac oratione decens conveniens
innotetur nomine domini quam nomine patris. Secunda
utrum conveniens oratio diceret pater meus quam
pater noster. Tertia utrum conveniens oratio diceret qui
es ubique quam qui es in celis. Quarta utrum con

p̄

Cm

Unde

In hoc verbo pater captatur benivolentia reve-
rentialis amicabilis ut
ergo habeam ad deum
reverentiam et amorem.
Dicit pater et non domine quia
dominus dicit reverentiam cum
timore quia ad servos per-
tinet. Et hoc dat
fiduciam impetrandi
quia filii citius impetrant
quam servi. Ideo non dicit domine
sed pater ut confidamus tamquam
filii non timeamus ut
servi.

gl. id est ut sanctum ab hominibus
habeatur.

vehementius orans diceret manifeste noster
tamen quod sufficere. ¶ Est utrumque conveniencius orans
diceret sufficienter nomina vestra quam noster tantum
¶ Ad primam est dicendum quod Augustinus hanc dubitationem
determinat in libro de sermone domini in monte dicens quod cum multa
dicta sint ad laudem dei in tota sacra scriptura
tamen numquam tamen in toto veteri testamento invenitur preceptum
fuisse populo israhelitico quod oraret deum patrem sed
semper ut deus insinuatus est eis unde illud
observate precepta mea ego dominus et testificationi
testamonii meis ego dominus et dato quod ipsum
deum potuisset hic imperium si eius beneficia
noluissent recognoscere mandata servare no-
lunt grati existere. Est enim ipse deus pater
omnium hominum specialiter propter tria ¶ Primo ratione creationis
licet deus creavit omnes creaturas in nulla tamen
impressit sua similitudinem et ymaginem sicut in ratio-
nali creatura et de ratione filii est quod sibi patris
ymago et similitudo sit impressa unde
non dicitur leo aut asinus filius dei sicut homo.
¶ Secundo ratione specialis gubernationis quia homines
in toto mundo qui est domus dei non gu-
bernat ut servos sed ut dominus ¶ Exemplum enim patrem
orphanorum alii enim debent gubernare filios
alii servos et alii animalia et deus homines
gubernat ut filios patrum et dominum minimum
superomnia tribuendo et cuncta alia ei sub-
iciendo alia autem omnia gubernat ut servos
¶ Tercio ratione specialis adoptionis quia aliis
creaturis dedit quedam munuscula et quedam
naturalia dona quibus in esse nunc fuerunt sed
hominibus dedit tamquam filiis hereditatem dicit
apostolus si sumus filii ergo heredes quia igitur
filii isti nolunt deum recognoscere patrem quia
tunc ad ista tria ratione specialis creationis
gubernationis et adoptionis sicut ipse conque-
ritur per ysaiam filios enutrivi et exaltavi
ipsi autem spreverunt me et per malachiam Si
ego pater vester ubi est honor meus ideo sed dicitur
deus numquam insinuatus est eis ut pater nec
ut patrem adorabant eum sed ut deum quia ut
servi correcti timore pene deo serviebant
tamquam domino non amore ut filii patri Sed
solus populus romanus iam ad celeste he-
reditatem vocatus pater debet uti ista voce
in oratione novi testamenti ut dicat pater noster
in qua ut Augustinus dicit datur nobis quedam fi-
ducia impetrandi que petituri sumus cum
prius quam petamus aliquid tam magnum acci-
pimus donum ut istam ausi dicere pater noster et sub-
dit quid iam non dat pater filiis petentibus qui
iam hoc ipsum ante dedit ut essent filii unde
dedit eis potestatem filios dei fieri hiis qui credunt in nomine eius
¶ Ad secundum aliter videtur Augustinus aliter Crisostomus
et aliter expositor angelicus Nam Augustinus dicit quod solus christus
potest dicere pater meus quia ipse solus est filius
per naturam deo in persona et exponit illud ex
dictum quod dicitur in ipso ipse in nocte in monte
deum ipse cum oravit ipse pater si possibile
pater mi si possibile est transeat a me calix
iste et omnes alii sunt filii per adoptionem et
ipse communis est pater omnium unde illud sapientie
obliti sunt quod est deus omnium hominum te patrem
facit deo mulier non convenit dicere pater singulariter deo meus
sed pater noster Crisostomus dicit autem quod orare pro se est
necessitatis iniqua sicut homo singulariter o-
rat pro se ita singulariter possit deum patrem
suum appellare sed orare pro aliis est caritatis
unde in oratione sicut homo orat pro aliis ita deum
patrem communiter debet nominare et quia ut ait
dulcior est ante deum oratio quam caritas aput
deum transmittit quidem illa que necessitas
facit cum nulla oratio possit esse ante deum dulcior
ista sed ideo in hac oratione debet orans dicere
pater noster non meus Et expositor in suo libro
de oratione dicit quod ideo cum oramus non de-
bemus dicere pater meus sed pater noster quia magister
pacis et unitatis noluit sigillatim et privatim
pacem fieri ut quisque cum precatur pro se tantum
precetur quia publica et communis debet esse oratio
et cum oramus non pro uno tantum sed pro toto populo
oramus ut sicut deus pater in uno homine
vero omnes portavit sic unum voluit pro omnibus
orare ¶ Ad tertium est dicendum quod Augustinus in libro
de sermone domini monet hanc dubitationem dicens quod si invenia-
tur tamen in superioribus mundi partibus loco
esse credendum melior natura sunt aves celi
quam nos quarum vita deo vicinior est et
illis qui habitant in montibus deus propinquior
esset quam habitantibus in vallibus quod est absur-
dum quia non dictum est prope est dominus excelsis ho-
minibus vel illis qui habitant in montibus

6y

sz ppe est conti corde humilib; Intelligitur
q s aug' cu dicit pr nr qui es in celis i
sctis et iustis vn qz sic ho pctor appellat
est tra ius illud gen iii terra es et i
tram ibis sic homo iustus et sanctus celu
nominat qz est locus dei in quo habitat
p graciam templu n sancti qd estis vos
dic apls dicunt aut boni viri et sancti
celi s aug' ppt iii or primo ppt amorem
pparacom qz cu sancti versus ptem orient
orant non intelligut sic deu in oriente
habitare ut alias mundi ptes deserat qz sa
ut diuinibus pnte et locorum spacio non
contineri sz mag celu et tram pparat
implere pparatur aut animus eorum s dic
ad naturam excellenciore puta dm sic conte
cu eorum corpus terreni ad corpus excel
lencius puta celeste conuit et talis ppa
cio potissime est vtilis in oracione scdo
oranti dicit pspicium scdm ppa aut tria eo
orom i ppt celestiu imitacom dic n
aplus qd sic portamus ymaginem terreni ho
sic debemus portare ymaginem celestis impso
aut pctorem dem est nos portare ymagine
terren qz pctores enim imitant in pcto
go psona scorum dem est nos portare ymagi
nem celest qz eu p ymagine scciunt tercio
ppt celestem contemplacom consueuerunt
em homines ibi mente eorum cor dirige et
illa contemplari que maxie diligunt
iuxta illud mt vi ubi e thes tu ibi e et cor
et qz sancti viri celestia no terrena conte
plant qz in psona eorum dicebat apls
nra conuersacio in celis est io celi nominant
qrto ppt celestiu intencom et inquisicoz
qz ipsi semp querunt celestia no terrena
eis n dic apls que sursum sut querite no
que sup tram Sctificetur est di qd plus
et mag est nom dei esse apud aliquos scm
qm esse manifestu et notu pt n de deo
hri tps manifestacio ul notacio vna nalis
qna s damasc p' lib' cognicio essendi deu
omib; nalr est insita isto nag modo
nali rone gentiles z paganu dm cogo
ueuut non tn nome dei apud eos erat
in sctitate et reuerencia ueritatis qz sic

enim non contempsissent ppt ydola sur
da et vana vn dic apls ad ro i qd
cu cognouisset deu non tn sic deum gl
ficauit et sctificauit n grates sibi ege
rut sz mutauit glam dei in similitudine
ymaginis corruptibilis hominis Aliqui
no cognouit diuine legis et pphe pro
nunciacom sic iudei qui bn cognouit di
filiu illu qd lex et pphe pnunciauit no
tn nom dei in sanctitate timoris et reue
rencie habuerit vn dic aug sup illo
ubo notus in iudea deus et in isrl m
magnu eius qz Iudei qui scdm car
nem erant iudei solo ubo et ligwa cog
celebat nom dei sz corde non sctificabat
n reuerebant ipm ymo contempserut scm
dei nom qm negantes ipm coram facie
pilati dixerunt non hemus regem nisi
cesare sz aliqui sut qui nom dei cogsut
fidei confessione z filiali veneracoe sicut
veri xani et iudei qui spualit et non
carnalit sut iudei et apud tales nome
dei scm het qz pcos corde credit ore
confitet ope ueerat dicamus go qd gentiles
et pilus quorum curam habent pro parte curare et tales ex quo missam audiunt et horam aliquam deputatam cultui divino aptam possunt excusari potissime si in talibus operibus eorum mens non multum a divino distrahatur servicio. Tertio talis utilitatis compositionem ... ex una spirituali et corporali. Sicut ergo aliqui deficiente utilitati spirituali ut divino servicio vacare aliqua hora studere predicatores audire, ita aliqui sunt deficientes utilitati vero corporali ut emere aut vendere que sunt necessaria ad victum et vestitum humane vite cibos preparare et coquere sine quibus vita corporalis transsire non potest decretum aut semper adductum vel intelligitur clerici et religiosi et alii in divino servicio mancipati de quibus videlicet verum est quod die dominica nichil operis debent facere nisi vacare divino cultui vel illa opera prohibentur que mentem hominis a toto distrahunt a dei servicio separant. Similiter quo modo puto esse intelligendum illud quod dicitur extra de feriis omnes dies dominicos a vespera in vesperam ad vesperam pertinens observari cum omni veneratione ut mercatum meo non fiat in placitum. Sed adhuc est dicendum quod bellum committi die dominico potest intelligi tripliciter vel in ... vel in litibus dissolvendis vel in hostibus expugnandis vel in brutis animalibus capiendis. Diebus ergo dominicis et festivis bella in ... audiendis et dissolvendis si non debent sicut patet extra de feriis et ... capitulo ... nisi forte ... in criminales ... pietatis ... et ... prelatorum ... pietatis ... quia in sancta tres menses ... debent ut glosator ibi notat. Bella vero in hostibus expugnandis diebus dominicis committi possunt ... te nature legimus in Machabeorum 2° quod

isti sancti Machabei quorum aliqui primi sunt se interfici antequam bellassent diebus sabbatis, postmodum alii plena deliberatione prehabita dixerunt omnis homo quicumque venerit ad nos pugnare in die sabbatorum adversus eum et non moriamur sicut mortui sunt fratres nostri ... quod videlicet dicatur quod si urget necessitas pro defensione sue patrie vel legum patriarum nullo tempore est bellorum ... prendum si bellum in piscibus vel aliis animalibus capiendis sine necessitate fiat potest puniri ... extra de feriis illos ... concedit allecia piscari diebus dominicis ... presentatione capietur et pauperum ... necessitatem

Et oblatus est ei *Lectio ij* demonium habens cecus et mutus et curavit eum ita ut loqueretur et videret et stupebant omnes turbe et dicebant numquid hic est filius David. Pharisei autem audientes dixerunt hic non eicit demones nisi in Belzebub principe demoniorum. Iesus autem sciens cogitationes eorum dixit eis Omne regnum contra se divisum desolabitur et omnis civitas et domus divisa contra se non stabit et si sathanas sathanam eicit adversus se divisus est quomodo ergo stabit regnum eius et si ego in Belzebub eicio demones filii vestri in quo eiciunt ideo ipsi iudices vestri erunt. Si autem ego in spiritu dei eicio demones igitur pervenit in vos regnum dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis et vasa eius diripere nisi prius alligaverit fortem et tunc domum illius diripiet. Qui non est mecum contra me est et qui non congregat mecum spargit. Postposita discipulorum excusatione de violatione sabbati superius ista ut supra dicebatur cum ... paruit ... ipsi ... calumpniatum ... et confusionem ... consequenter evidentia est sciendum secundum Augustinum quod Lucas secundum ordinem istum

sed multo preclarius miraculum istud christi
tum statim curato homine de manu arida
ait quod oblatus est xpo demoniacus habens cecus
et mutus et ipse curavit eum ita ut loqueretur
et videret Tria enim signa in uno homine perfec
ta sunt ut dicit ps Cecus videt mutus loquitur
et possessus a demone liberatur / Et cum turbe sup
facto miraculo stuperent et mirarentur appl
audentes eum propter opus inme factum filium dd
pharisei deum miraculo principi demoniorum
attribuerunt dicentes quod in virtute belzebub
principis demoniorum demones eiciebat salua
tor ipse cognoscens eorum iniquas cogitationes
quatuor rationibus eos confutat et convincat primo
sic Omne regnum in seipsum divisum destruitur
si ergo demon eiciat demonem destruicio sit
ipsum et regnum eius non stabit / Sed illud est falsum
quod nullum sui ipsius destructorem intendit / ergo
falsum est quod michi imposuistis Secundo sic Eodem
modo et eodem spiritu apostoli mei nati de vobis eiciunt
demones ut ego / sed ipsi in spiritu dei eiciunt
demones ergo similiter in virtute spiritus sancti ego eicio
demones et merito et iuste regalis potestas que de beatis
de incredulitate vestra iudicare percipiet in vos
in finali iudicio in quo primo et apostolos meos con
dempnabimini / Tercio sic Animus fortis non
eiciat magis fortem / sed ego eicio demones ergo
non sum minus fortis quam ipse ita quod in virtute eius
hoc faciam ymmo sum virtuosior ipso Quarto
sic Ille qui operatur in virtute alterius non con
trariatur sibi ymmo concordant ad invicem / sed
ego et diabolus sumus in omnibus dispares et discor
des ergo in virtute demonis ego demones
non eicio / De hoc possunt esse in quatuor dubitationes
Primo utrum civitas unita est fortior seipsa
divisa Secundo utrum diabolus solo digito dei eici
atur et expellatur Tercia utrum xpo inquantum
homo fuerit fortior demone et quolibet
angelo Quarta utrum omnis qui non est mecum
sit contra me / Ad primam est sciendum quod

sensibiliter videmus hoc esse verum omne virtus
fortius est seipso divisa / Nam exemplariter videmus
hoc in naturalibus / quamdiu enim carbones acer
vati sunt et ad invicem coniuncti et uniti et copula
ta diu virtus ignis servatur in eis / Carbonibus
dispersis et disgregatis statim virtus ignis
extinguitur / Item in moralibus nam exercitus
tamdiu durat in sua fortitudine quamdiu collecta
vis unita permanet / Eis autem dissolutis
et divisis statim eorum fortitudo amittitur / Item
in spiritualibus / Nam virtus intellectualis
que est una non divisa per organa corporalia
potest omnia cognoscere tam sensibilia quam intelligi
bilia et spiritualia et corporalia Virtus vero
sensitiva que plurificatur per varios corporis
locos scilicet per odoratum gustum et tactum ita coar
tatur ad cognoscendum unum quod non cognoscit
aliud / Oculus enim ita videt quod non audit
etc / Quamvis itaque videamus sensibiliter
hoc esse verum in naturalibus in moralibus et spiritualibus
bonum tamen est videre super hoc racionem / et possumus
dicere quod istud contingit propter tria / Primo propter
contrariorum debilitatem / Secundo propter minus fortis
appropinquacionem / Tercio propter ipsius virtutis
augmentacionem / videmus enim hoc ad sensum
quod quanto minoris contrariis est debilior
in resistendo tanto homo fortior efficitur
in agendo in ipsum / Nunc autem ita videmus quod
quodlibet per se acceptum non est potens ut non
vincatur / sed coniunctum et copulatum cum illo
potest resistere et vincere alterum / Si enim mille
lapilli caderent super caput alicuius per se se
parati in nullo facerent lesionem / Sed si omnes
simul caderent caput frangerent et lesionem
inferrent Civitas ergo munita et quilibet comunitas
fortior est seipsa divisa propter contrariorum
debilitatem / quod sicut unitas fortificat
ita divisio debilitat / Secundo hoc agitur
propter minus fortis appropinquacionem / Nam unus
solus est deus fortis rex regum et dominus
dominancium / Quanto igitur aliquid est magis
virtualiter propinquius huic uni forti

tanto est fortius in agendo. Unde fortius
et virtuosius est celum igne, ignis aere,
aer aqua et aqua terra, quia quanto propin-
quiora sunt uni forti, et quanto aliquis magis re-
cedit ab uno forti unitate tanto magis a
virtute et bonitate. Unde dicit glossa super Gen. i°
quod ideo deus in facto operis secunde diei non dixit
vidit quod esset bonum, quia numerus binarius est
infamis, quia in numero binario tamquam in prima
divisione incipit omne malum. Omnis
igitur civitas et communitas quanto magis
divisa tanto plus distat a primo uno
forti et potenti, et quanto magis unita tanto
magis appropinquat. Ad hoc per hoc fortior
et virtuosior. Ideo hoc contingit propter virtutis
augmentacionem. Nulla enim virtus creata
est omnis virtus, sed sicut sunt divise res
et divisa entia ita et divise virtutes quarum
una copulata cum altera fortior efficitur
et firma debilitatem dimidat ab illa de-
bilitate. ¶ Ad secundum est dicendum quod Aug. in libro
de ecclesia dogmatibus tripl. racione ostendit digitum
dei spiritum sanctum appellari. Primo racione eius proces-
sionis, secunda racione donorum participacionis,
tercio racione virtualis operacionis. Nam sicut corpori
iungitur caput digitus mediante brachio
et mediante manu, sic spiritus sanctus procedit
a patre qui est caput origo et fons totius
trinitatis mediante filio qui est brachium et
manus patris per quam manum omnia operatur,
et sicut unius nature est digitus manus
et corpus, sic eiusdem nature est spiritus sanctus cum
patre et filio. Unde super illo verbo Exodi viii
dixerunt magi ad pharaonem digitus dei
est, dicit Aug. quod philosophi gentium quantum in
eorum libris indagatur sine spiritu sancto philosopha-
ti sunt, quamvis de patre et filio non tacue-
runt, propter quod sicut magi pharaonis
defecerunt in tercio signo, et ipsi defecerunt
in cognicione spiritus sancti qui est tercia
persona in trinitate. Secundo racione donorum
divisionis in digito namque multe

divisiones apparent. Unde sicut divisio et particio
in multis membrorum sic apparet ut in digito, sic spiritus
sanctus est ille qui singulis christi fidelibus dividit
sua dona prout vult in quorum donorum divisione
signum tali digito scilicet spiritu sancto tabule in quibus
precepta divisa continebant scripte sunt. Et tercio dicitur
tercio racione virtualis operacionis. Unde super illo
verbo Luc. xi: Si in digito dei eicio demonia dicit
glossa quod sicut christus racione humanitatis dixit se nomi-
ne patris sic racione assumpte humanitatis non ha-
bebat quod posset demones expellere nisi racione
virtutis spiritus sancti, quo se in more dicit quod ait
si in digito dei eicio demonia non in virtute
sua. ¶ Ad tercium est dicendum quod humana natura in christo B.
tria habuit propter quod ipse fuit fortior dyabolo
et quolibet angelo. Primo cum natura divina personalem
unitatem, quia nusquam angelos apprehendit sed semen
Abrahe ut dicitur ad Heb. Secundo ad deum patrem
humilitatem quia humiliavit semetipsum factus
obediens usque ad mortem ut scribitur ad Philipp. ii°.
Tercio in donis et graciis habuit superhabundantem
pluralitatem quia recepit spiritum sanctum non ad mensu-
ram. Corporali igitur unitate super omnibus angelis
et demonibus imperare. Imperabat enim spiritibus
inmundis et non sinebat eos loqui, quia sciebant
eum esse christum. Secundo racione humilitatis
super angelos bonos et malos iudicare debet,
dicit apostolus: Nescitis quia angelos iudicabimus.
Meruit enim ex humiliacione humilitate sic
exaltari ut in nomine eius flectatur omne
genu celestium angelorum, terrestrium hominum
et infernorum demoniorum. Tercio ex donorum
pluralitate super angelos bonos illuminat, et ma-
los angelos per eorum armis quibus armat
se contra homines exspoliare. Omnes enim
demones sunt fortes armati quia variis
generibus peccatorum se muniunt contra homines.
Christus tamen donis et graciis tamquam fortioribus
armis armatus expoliat eos, in quantum
homines quos captivat et incarcerant.

deoz ptate liberat huana igr na xpi
si cosideretur i se cu fuerit emps speciei
nobiscu debilior e quolibz angelo bono vl
malo qr na anglica i se osiderata superior est
2 fortior na huana qr multa pt angelus
bonus vl malus exqdere sue nre 2 expedu
que tenz i bumsz q no pt ho Sz si osidera
na huana i xo vt dei filio psoialr coplata et
usqz ad morte humiliata 2 vt donis 2 gras
repleta 2 dotata fortior 2 potentior e omi
angelo bono vl malo ¶ Adqsita e 3a qo i ta
qo e dubia ppt id quod scribit luc 9. Ubi
discipli dixerunt dne vidim9 quenda i nomine
tuo eicie demonia 2 phibuimus eu qr no sequit
nos / Quibus xps rndit Nolite phibe qr qui
no e cot nos pro vobis e / Et hic ait Qui no
e mecu adusu me e 2 qui no colligit
mecu dispgit / Hac 9o dubitacoe sz crisi pos
sumus sic solue ut dicamus qr esse aliquem
adusus deu pt tripr intelligi s quantu ad status
reditz 2 sic soli demones qui no sunt cu
deo sut cont ipm qr sic sut obstinati 2 fir
mati i malo qd ad deu pgredi iuti no poss
2 de istis loqr saluator lc qu ait Qui no e
mecu adusu me e loqbatur enim de demonibus
¶ Scdo quantu ad gre priuatoz 2 sic mali homines
pctis inuoluti no sut cu deo / tn no sunt simplr
cot ipm / qr i eu credut 2 ei9 glaz volunt
qui nomine eius virtuose ec credunt ex
quo i eius inuocatioe demones etia expellunt
ab eis vl ab alijs / 2 de talibus loqr xps luc
9 qn ait Qui no e cot nos pro vobis est
¶ Tercio quantu ad peccatoz pecatoz 2 sic ois pctores
dum actualr peccant simul cu hoc qr no sut cu deo
dicuntur agere cot ipm transgrediendo ei9 mandata
qr q no diligit deu mandata ei9 no seruant
tales tn no vlr s aliquos cu no sit cu deo
sut cotra ipm qr actualr peccare dimitte
punt simplr qr vlr soli demones qui actualr
obstinati ex quo no sunt cu deo semp
sut adusus ipm qr ira eoz sp ascendit

Cap iij

Ideo dico vobis — lectio iij
Omne pctm 2 blasphemia remittetur
hoibus sps aut blasphemie no re
mittetur / Et quicuqz dixit vbu cot
filiu hois remittetur ei Qui aut dixerit
vbu cot spm sctm no remittetur ei neqz
i hoc sclo neqz i futuro Aut facite arbo
re bona 2 fructu eius bonu / Aut
facite arbore mala 2 fructu ei9 malu
Siquidem ex fructu arbor cognoscitur
Progenies viperaru quo potestis bona
loqui cu sitis mali Ex habundancia eni
cordis os loquitur Bonus ho de bono the
sauro pfert bona / 2 malus ho de
malo thesauro pfert mala Dico aut
vobis qm omne vbu ociosu qd locuti fu
erint homines reddent racoz de eo in die
iudicij Ex verbis eni tuis iustificaberis
2 ex verbis tuis condempnaberis ¶ Post am
deoz calupniacoem miraclis x9 ostutatoe
impte ista ut sups dicebat eciam ponit
eoz pene notificacoz 2 comiacoz 2 co
minatr eis pena saluator pptr triae
pmo ppt scti sps blasphemacoz scdo ppt
eoz iniqua cogitacoz / tercio ppt eoz
malam locucoz ¶ Quantu ad pmu est
talis racio Quicuqz peccat pcto impoe
vl blasphemia ignoracie 2 p corripes
cot precum 2 filiu mito remittit ei
du mo peniteat qr talia pcta hnt aliq
uam cam excusante 2 alleuiantem
2 remittete pctm ostanti no spu blas
phemie quod ex certa malicia 2 dolo
vl inuidia opa virtute spus sci opa
ta demonibus attribuat racoabilr ei
no remittit i hoc sclo neqz in futuro
qr tale pctm no habz causam excusante
sed magis aggrauante Cu 9o vos phariseii
spm blasphemie peccatis qr dicitis me
in belzebub principe demoniorum eicere

ergo mito tale petm vobis no remittet
Renatu no ad sed e talis vo. Ro bona ar
bore no pt pdere nisi bonus fructus
2 bonu opus sicut ex mala no pt pde
nisi malus fructus 2 opus malu. Qz q m
firm9 sanctur q mutus loqret 2 surdus
audiu fuit opus bonu g9 adya9 qui ff
malus e tale opus bonu pde no potit.
Et q vos indici sit mala arbor pat qz
estis pgemes vipar venenati filij nati
de venenat ptribus io cu sit mali no
potest nisi mala loqui 2 mala opari qz ex
habundantia cordis os loqt. Sicut n bonus ho
de bono thauro .i. de bona volut pfert bonu
ita malus ho de malo thauro 2 de mala volu
tate pfert sp malu. Qz quitu ad tua e sci
q i finali iudicio ho reddz raco de omi vbo
ocioso quod fuit locutus 2 appllat vbu
ociosu vbu mendax vel qd aliqua habz
vel adrisu inordinatu mouet vel quod
turpe 2 vecundu e sc Cris. Et mito qz ex
vbis suis q ipe loqut no q alij loqut
de eo ho iustificat 2 codepna. Qz vos phisei
no solu vba ociosa vez etia vba blaspheme
loquimini cot me qz dicit i belsebub prin
cipe demoioz me eice demoia cu tame
hc facio i digito dei 2 i vtute sps sancti
g9 mito ex hoc vos debet codepnai 2 puni

Qz hic pnit ee sex dubita. Pr9 utz petm
qmissu i pem sit iremissibile. Sc9 utz petm
comissu i filiu sit iremissibile. Tria utz
petm qmissu i spm stm de se sit iremissibile.
Qrta utz petm aliqd in spm stm sit ita
grue q neqz i pnti neqz i futuro remittat
Qnita utz remissio petoz attbua spui s.
Sexta utz petm i spm stm vbis mod applice
Adprima e dd9 q pecare i prem e pecae
cot id quod pri attribuit ut at patri
attribuit fortitudo 2 potencia quqz igo
peccat ex infirmitate q opponit fortitu
dini 2 ex debilitate vel fragilitate carnis

q opponit potecie dicit pecare i prem quia
pecat cot attributu pris 2 tale petm mito
dr remissibile qz includit i se cam petm remitte
tem. Na sc Aug9 i de vera religioe petm
omie io e petm qz volutariu. Quod si volu
tariu no eet no eet petm. Sz qs pecat
ex fragilitate carnis quodamo i voluntaria pecat
na omie diuisu i se ipm ut supdam e debi
le e 2 impotens 2 infirmu planu e at q
ois ho post petm i se ipo e diuisus 2 i se ipso
sz pte qz appetit9 carnis pugnat q appetit
ronis 2 trahit ipm sicut spera trahit speraz
ut dt phs. Hnc pugna loqs aplis ad Ro vij
ait. Cu delector lege dei sedm interiore hoiez
.i. sc appetitu ronis sz video alia lege i mebris
meis repugnate legi metis mee 2 captiuate
me i lege petm. Et subdit. Quod volo bonu
no ago sz qd nolo malu hoc facio. Qz si nolo
face illud no ego potco illud sz qd habitat in
me petm. Ex q9 dcto clare patz q peta carnalia
inuoluntaria sut q prodiut ex debilitate e fragi
litate ronis captiuate 2 subiugate dominio
appetitus carnalis 2 sensualitatis. Et ac pt sut remis
sibilia. Qz dicit aliqs q no e necesse remitti
qz ex q9 ho nolens opatur illud no e petm. Adqd
Aug9 rndz i li9 de libo arbo. d. q no inculpe
ho ex eo q sua vtute petm vitare no pt
sz qz medicu sanate no querit. Dup g9 homo
inculpa 2 despecto pdente ex infirmitate carnis
p9 qz no e inuolitari simplr sz impetu liq ei
pa9 inclinet no tm cogit. Sco qz 2 si pse no pt
vitari pa maxilio tn gre xpi vitari pt quod
si no querit inculpa. Remissibile tn dr tale petm
comissu i prem qz aliquo mo includit i se inuo
lutariu quod petm hit excusaoe. Ad scdam
e dd9 q filio attribui sapia unde i d aplis pdicat
xpm dei vtute 2 dej sapiam. Ille g9 dr pecare
i filium q pecat ex ignorancia q sapie 2 sito oppoi
possimus g9 dice q sic petm comissu i filim
dr remissibile qz includit i se ignoranciam
ppam q aliquo mo habz petm excusaoe qz

triplex dicitur esse ignorancia. Una affectata qua quis voluntarie vult ignorare eo quod non vult intelligere et scire ut bene agat. De numero talium sunt omnes illi de quibus dicit propheta. Recede a nobis dicunt deo scienciam viarum tuarum nolumus. Et talis ignorancia non excusat a peccato immo tantum ignorancia tum multum aggravat iniquitatem affectata et desiderata. Alia est neglecta, multa namque liberet sciret tamen ex negligencia et pigricia quia tedet eos laborare inquirere ab aliis et in libris et nolendo ignorant que scire tenentur secundum statum et condicionem eorum. Et talis ignorancia excusat quidem de peccato in aliqua parte non tamen a toto. Tercia alia dicitur esse invincibilis et inevitabilis quia homo quantum facit quidquid est in se et apponit omne studium quod debet et omne remedium ad evitandum ignoranciam eorum que eum possent decipere et tamen quia timide sunt cogitaciones et incerte providencie nostre ut sunt verba sapientis frequenter decipitur. Et talis ignorancia a toto et a parte possit excusare a peccato. Cum ergo omnis ignorancia habet peccatum excusare ideo peccatum ex ignorancia commissum in filium dicitur remissibile quia includit in se causam peccatum excusantem et remittentem. ¶ Ad terciam est dicendum quod peccatum in spiritum sanctum committi intelligi potest dupliciter. Primo quod quis male sentiat de persona spiritus sancti que est tercia in trinitate persona sicut fuerunt aliqui heretici qui dixerunt eum esse minorem patre et filio et esse puram creaturam et sic non loquimur de peccato in spiritum sanctum quia multi isto modo peccaverunt in persona patris et filii sicut in persona spiritus sancti. Nam peccare hoc modo in spiritum sanctum est peccatum infidelitatis vel ydolatrie. Alio modo peccatum in spiritum sanctum potest dici peccatum ex certa malicia ut cum quis non victus aliqua temptacione nec deceptus aliqua ignorancia sed ex certa malicia quia diffidens de dei clemencia que spiritui sancto attribuitur eligit peccare et delectari in peccato dicitur peccare in spiritum sanctum quia dei misericordiam et clemenciam que spiritui sancto attribuitur a se abicit. Tale ergo peccatum potissime hominis dispositiva dicitur irremissibile quia non includit in se causam disponentem ad remissionem peccatorum. Et dicitur irremissibile quantum est de se triplicatur. Primo ratione boni a quo homo peccatum avertitur. Secundo ratione mali ad quod convertitur. Tercio ratione cause ex qua remittitur. Nam ex certa malicia et certa electione peccans abicit a se spem futuri premii per desperacionem et timorem futuri iudicii per presumpcionem et omnia illa que habent hominem a peccato retrahere ac peccator avertit se quantum est in eo ab omnibus illis per que posset sanari et infirmitatem vitare et sic dicitur tale peccatum de se irremissibile sicut infirmitas que omnia presidia abicit et omnia nocua recipit dicitur incurabilis. Secundo ratione mali ad quod convertitur. Nam peccans ex certa malicia ex quo convertitur ad aliquod malum firmiter adheret illi tamquam fini et per obstinacionem et delectacionem actus inclinatur super illud per modum nature et ideo quantum est de se non removetur ab illo sed firmiter confingit sibi id tamquam fine et tamquam summum deum, de quibus dicit apostolus Quorum deus venter est. Tercio ratione cause ex qua remittitur. Nam talis non peccat ex impotencia vel passione vel ignorancia per que peccatum quodammodo indulgenciam et remissionem sed peccat ex propria electione et delectatione peccare de quibus scribitur proverbiorum 2° quod letantur cum male fecerint et exultant in rebus pessimis. Potissima ergo dispositiva tale peccatum dicitur irremissibile sed si remittatur hoc est solum de potencia effectiva qui sua potencia et disposicione potest inducere et peccatum remittere. ¶ Ad quartam est dicendum quod Augustinus in libro de peccato in spiritum sanctum dicit quod in omnibus sacre scripture nulla invenitur questio maior et difficilior ista et in omnibus sermonibus suis quos ad populum faciebat semper ut ait istius questionis difficultatem molestiamque vitavit. In prologo tamen libri hanc questionem sic solvit quod non omnis blasphemia nec omne verbum quod quis loquitur contra spiritum sanctum dictum est quod sit irremissibile in presenti et in futuro quia si sic esset tunc omnes qui contradicunt dono Christi et eius veritati sive pagani sive iudei sive heretici sive scismatici cum eo

ipso quod dono xpi et etiam verum contradicunt cont
spiritum sanctum ubi dicunt nunquam remissionem conse
quentur et eos numquam liberet etiam quod absit
ut sententia tam dura ab ore xpi processit qui
vult omnes salvos fieri et ad penitentiam convocare
dictum est ergo indefinite qui dixerit verbum contra
spiritum sanctum non remittetur ei in hoc seculo neque in
futuro per quod datur intelligi non omne verbum
contra spiritum sanctum quod neque hic neque in futuro remittetur
Quod ostendit Augustinus per exemplum Cum enim xpus dixisset
de iudeis Si non venissem et locutus eis non fuis
sem eis peccatum non haberent. numquam iudei fu
issent sine omni peccato dato quod ipse non venis
set in carne et predicasset eis planum est quod
habuissent peccatum sed non habuissent hoc speciale peccatum
quod xpo contradixerunt et sibi credere noluerunt Sic
non omne verbum dictum contra spiritum sanctum est irremis
sed est aliquod verbum dictum contra spiritum sanctum quod est irremis
sibile hic et in futuro Tale autem verbum secundum
Augustinum est cor impenitens Cum enim credit
dono dei non posse consequi veniam peccatorum et cor
indurantum habet ut penitere nolit talis in-
penitentia et tale cor impenitens est peccatum contra
spiritum sanctum tale quod neque hic neque in futuro
remittitur durante corde sic impenitente.
usque tamen usque ad finem in tali duricia homo perseve
raturus sit incertum est. De nullo enim secundum Augustinum
ibi est desperandum hodie enim qui est paganus
cras xpianus hodie iudeus cras fidelis
hodie hereticus cras catholicus Secunda
est dubium quod hanc solutionem quorum Augustinus solvit in predicto
libro dicens quod cum sint indivisibilia opera patris
et filii et spiritus sancti sic est indivisa essentia una
est offensio trium personarum ut qui peccat in patrem
eodem modo peccat in filium. et remissio peccatorum
similiter est opus totius trinitatis Quare igitur cor
impenitens hic est peccatum specialiter contra spiritum sanctum
et quare remissio peccatorum specialiter attribuitur
spiritui sancto secundum Augustinum ista est ratio quod peccata non
remittuntur nisi in caritate hec enim sola

diundit filios regni etiam a filiis perdicionis
etiam. Cum ergo proprius spiritus sanctus sit caritas patris
et filii et per ipsum dicente apostolo diffunditur ipsa
caritas in cordibus nostris per quam deus et proximus
a nobis diliguntur dei precepta observantur
et peccata remittuntur ideo sicut peccatorum remissio
attribuitur spiritui sancto sic talis offensio que est hoc
cor impenitens est speciale peccatum in spiritum sanctum
Tercia est dubium quod tale peccatum in spiritum sanctum
tripliciter potest considerari Primo racione peccantis Aliquando videlicet
secundo racione effectus qui sequitur tercio
racione obiecti in quod committitur Primo modo dicitur
peccatum contra malitiam quod peccans tali peccato
non peccat victus temptatione nec deceptus ignorancia
sed ex certa electione et ex certa malicia voluntaria
Secundo modo dicitur peccatum ad mortem peccatum scilicet in eternam
penam non aliquod per quodlibet peccatum mortale
mors inducatur spiritualis propter tale tamen peccatum
inducatur mors semper vite Unde Johannes dicit pro tali
oratio non est quia sic peccans abicit a se oratio-
nes et omnia remedia apta Tercio modo
dicitur peccatum in spiritum sanctum quia hoc cor impenitens
directe contradicit dono dei et caritati eterne
per quam fit remissio peccatorum per spiritum sanctum
de speciebus autem istius peccati dicetur infra cum
agetur de peccato iudee Lectio quarta

Tunc responderunt ei quidam de scribis et
phariseis dicentes Magister volumus a te
signum videre Et respondens ait illis Generacio mala
et adultera signum querit et signum non dabitur ei nisi
signum Ione prophete Sicut enim Ionas fuit in
ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus sic
erit filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus
noctibus Viri niniuite surgent in iudicio
cum generacione ista et condempnabunt eam quia penitentiam
egerunt in predicacione Ione Et ecce plus quam
Ionas hic Regina austri surget in iudicio
cum generacione ista et condempnabit eam quia venit
a finibus terre audire sapienciam Salomonis
Et ecce plus quam Salomon hic Cum autem

inmundus spiritus exierit ab homine ambulat per
loca arida querens requiem et non invenit. Tunc dicit
revertar in domum meam unde exivi, et veniens
invenit eam vacantem scopis mundatam et ornatam.
Tunc vadit et assumit septem alios spiritus secum
nequiores se et intrantes habitant ibi et fiunt no-
vissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit et
generacioni huic pessime. Adhuc eo loquente ad
turbas Ecce mater eius et fratres eius foris stabant que-
rentes loqui ei. Dixit autem ei quidam Ecce mater tua
et fratres tui foris stant querentes te. At ipse respondens
dicenti sibi ait Que est mater mea, et qui sunt
fratres mei. Et extendens manum suam in discipulos
suos dixit Ecce mater mea et fratres mei. Qui-
cumque enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis est
ipse meus frater soror et mater. Exposita inde-
orum pene comminacione et notificacione. In parte ista
ut est dicebat salvator post eorum dampnacionis
suam, et ostendit quomodo salvator iudeos
in eum non credentes esse dampnandos. Primo comparacione
iudeorum stultorum. Secundo comparacione ninivitarum peccatorum
tercio comparacione peregrinorum, quarto comparacione gentilium
philosophorum, quinto comparacione suorum apostolorum. Quantum ad primum
est talis racio. Illi multo erunt condempnandi
tanquam generacio mala volentes signum et adultera
intelligitur infidelitate que petunt signum sibi ostendi
non propter eorum salvacionem et liberacionem sicut fuit con-
versum in signum sancto Ione prophete qui fuit
tribus diebus et tribus noctibus in ventre ceti in
signum quod filius hominis tribus diebus et tribus noctibus
debebat iacere in ventre terre mortuus propter salutem
generis humani sed solum propter emulacionem et calumpnie
imputacionem. Sed vos scribe et pharisei solum propter calump-
niam ut possitis me accusare petitis signum
vobis dari ergo estis condempnandi. Quantum ad
secundum est racio talis. Magis vos iudei debuistis
converti ad penitenciam propter predicacionem meam quam Nini-
vite ad predicacionem Ione quia ille tantum solo
ego tribus annis predicavi, ille purus homo
ego deus et homo. Ille peccatoribus et carentibus

lege ego fidelibus habentibus legem sed illi egerunt
penitenciam et vos non ergo multo in comparacione eorum
eritis condempnandi. Quantum ad tercium est racio talis.
Iudei et liberius debent audire sapientiam dei quam homines
et domini quam humaniores et doctores propinqui quam multum
remoti et distantes. Sed regina Saba pagana
nata est a finibus terre ut veniret audire sapientiam
Salomonis ut dicitur 3 Regum 10, et Augustinus dicit quod
ut Plato peregrinatus est causa gracia ad sapientiam
addiscendam, et vos iudei meam sapienciam audire
non vultis, ergo multo comparacione illius regine que sine
lege peregre profecta est debetis condempnari.
Quantum autem ad quartum est talis racio. Iudei legem
propter duas vos iudeos inhabitabat per
peccatum ydolatrie et parva gracia peccatorum recepta
non per vos legem exivit a vobis et inhabitavit
populum gentilem qui postmodum recipiens Christum
per fidem expulsus fuit a gentilibus et rursus
est ad vos iudeos assumpto aliis spiritibus ne-
quioribus se ita ut vos peiores sitis facti
post recepcionem legis quam ante racione infidelitatis
quia in Christum credere non vultis ergo multo comparacione
gentilis populi estis condempnandi. Quantum ad quintum
est talis racio. Illi erunt condempnandi qui eorum do-
losa cogitacione volunt me inducere ut diligam
carnalem et naturalem preferam dileccioni spirituali.
Sed vos iudei hoc cogitatis quia vultis ut opus
spirituale et illos qui sunt amici spiritualiter dilectos post-
mittam propter dileccionem naturalem matris et fratrum
meorum qui cognatione carnali mei fratres sunt
ergo multo estis condempnandi. Sed hic possunt esse
quatuor dubitaciones. Prima utrum sit peccatum signum
de celo querere. Secunda utrum dyabolus semel expulsus
ab aliquo iterum ad eum possit redire. Tercia
utrum unus demon sit nequior et forcior alio
ad impugnandum. Quarta utrum beata virgo peccavit
petens loqui Christo ipso predicante. Ad primam
est dicendum quod quedam signa possunt peti et pos-
tulari de celo miraculosa, quedam non sana
et supersticiosa, et quedam timenda et periculosa
petere. Ergo adeo signa de celo ut in corporibus

xiij

celestibus aliq signa appeant pt ꝯtra
naturam ipoz ut ad credendum potenciam sui actoris
uel ad terrorem videndum uel impugnandum hostes
sine pecto peti pnt legimus enim quod Josue pe
tiuit ut sol et luna starent in medio celi
et non mouerent dum pugnabat contra infideles
sicut patet Josue x. Et legimus quod helyas pe
tiuit ut ignis descenderet de celo et deuora
ret quinquagenarium principem et l qui cum eo erant
ut patet iiij Regum primo. Petere non signa de celo vana
et superstitiosa demonum pacto uel curiosa
inuestigacione sine pecto fieri non pt. Quod per
nulla signa ouisa hō debet retrahi a dei seruicio
uel aliquid operari contra mandatum eius sicut dictum
est prius. Et quamuis petiuit signum et eue
nit signum quod petiuit et per modum dicatur
Eamus et seruiamus diis alienis non audies
prophetam illum. Et petere signa pictorie sicut tradi
tione apposita puto quod sine pecto esse non possunt.
Alia petere signa in celo et in inferno periculosa
est petere ascendere in celum magne superbitatis et
descendere in infernum profundum magne aduersitatis
quorum utrumque est periculosum et sub hac condicione quod si
expedit saluti sue ita quod dei gracia spiritualiter
gubernatus in utroque perficiat petendum non est
sicut cum deus dixit achaz regi Pete tibi signum
a domino deo tuo in profundum inferni siue in excel
sum supra ac si diceret petere elevari super in celum
per prosperitatem uel deici in infernum paupertatis
Et dixit Non petam et non temptabo dominum. Nam
temptare deum est petere diuinum auxilium ubi ad
est humanum. Et quod ut deus est sine spirituali au
xilio dei fieri non pt ut quamuis non prosperis
elevarentur in superbia nec aduersis deicerentur propter desperacionem
non talia signa petere est deum temptare. Ad spaz
est dicendum quod origenes videtur dicere sicut magi
ster allegat. Est dicendum semel victum
et expulsum ab aliquo sancto viro amplius ad
ipsum temptandum venire non posse. Sed hoc
pt tripliciter intelligi quod semel victus uel

expulsus non possit ad eum venire. Primo quia
veniatur ad temptandum illum sanctum hominem a quo
est victus sed bene pt venire ad temptandum alios
sed hic intellectus non est probabilis quod in libro de
quattuor inuicibus spiritus exiicit a lhomine am
bulat per loca arida et inquosa et non inueni
ens requiem dicat Reuertar in domum meam
unde exiui. Ad eundem ergo temptandum a quo expulsus
est et deuictus reuertitur. Quod quod non reuertatur
ad temptandum illum a quo expellitur de illo
vicio de quo ipsum temptauit sed ad temptandum
ipsum de aliis viciis sed pt ad ipsum venire
et nec iste intellectus probabilis videtur quod spiritus
malignus ad temptandum hominem a quo expellitur
de aliis viciis de quibus spiritus non fuerat vic
tus non indigerit adiutorio aliorum spiritu
um cum etiam nec oret ipso quod per se ipsum temptare
de aliis viciis possit ex quo de illis spiritus victus
non sunt. Tercio quod non venitur ad temptandum
illum a quo victus est per illo tempore et per illo instanti
sed interposita dilacione facta et expectata alia co
dicione temporis et loci possit eundem temptare a quo
superatus est et talis intellectus videtur probabilis
planum est enim quod lucas super se fecit sic dicit
apostolus in prima temptacione cum eum temptauit de gula
sed mora interposita statim temptauit eum de vana
gloria et per modum inuicto alio loco temptauit ipsum
de auaricia. Possumus ergo pt dicere quod quamuis inuincibilis
spiritus vincitur et expellitur ab aliquo per illo tempore
non reuertitur ad temptandum ipsum sed expectato alio
tempore et congruo loco et disposicione alia et de illo
vicio et de aliis pt illum uel alios temptare
Aduertendum est secundo quod in demonibus tria possumus
considerare naturam culpam et operacionem temptandi
nos et quo ad illorum istarum omnium pt quod unus demon
est forcior et nequior alio ad impugnandum
quod ad operacionem subtilius quod natura integra in manet
in demonibus sed sicut unus homo subtilior
et perspicacior est alio in natura et subtiliores sunt
vias inuenire ad impugnandum hominem
uel tardior quam alius ita unus demon subtilior

et perspicaciorem nam habens plures mores tempta-
ri et subtiliores temptationum vias scit invenire
quam alius. Quod hoc patet considerata malignitate
sicut enim in angelis bonis alii sunt superiores
et alii inferiores in donis et in virtutibus ita quod eorum
superiores superiores docent et instruunt inferiores
sic in demonibus alii in culpa et in peccatis et in viciis
sunt superiores et alii inferiores. Et quia vicia et
peccata sunt quedam arma ad impugnandum spiritus bi-
eos ideo superior demon fortior et nequior est
aliis ad temptandum. Quod declarari potest per exem-
plum communis consuetudinis. Videmus enim sensibiliter quod homines
diu exercitati in pugna et plus longe sunt saga-
ciores ad impugnandum quam non exercitati ymmo
fortiores viri et agiliores modo impugnandi quam possit
habere viri expertos in bello. Cum ergo demones
aliqui qui sunt in inferno et alii sunt in hoc aere caliginoso
quos dicit apostolus nobis est colluctacio adver-
sus mundi rectores tenebrarum harum. Ideo dubi-
um non debet quod illi qui continue sunt nobiscum
et vident omnia signa nostra longe sunt fortiores et
nequiores ad impugnandum nos quam sunt alii.
¶ Tercia est dubitacio quod Christus non haut
dubitacionem sed hunc passum. Adhuc eos loquentes
ad verbas eius Mat. 26. et quod cum deberet eos
ingredi et audire verba eius et predicacionem sed cum
verba aut si nolebat mittere debebat saltem
sine predicacionibus exspectare et tunc sibi loqui. et
hoc non fecerunt sed vocaverunt eum cito et coram
omnibus solum propter humanum honorem ostendentes
volentes monstrare quod cum eo pro tempore aliquid
innitebatur quia eo loquente volebant ei loqui.
Et subdit. Nunquid non erat aliud tempus loquendi
aut cum privatim per tunc recedere ad eos sibi loqui
volebat et hoc postponere oportebat ut alios
lucrarentur si non privatim alios propinquos
ei volebat loqui non oportebat ita festinanter
vocare sed sine sermonibus exspectare. et ideo
concludit Crisostomus manifestum est quod solum ex
vana gloria hoc fecerunt. Quod cum vana gloria
sit peccatum non qualecumque sed unum de septem ca-
pitalibus sed propter vanam gloriam mater et fratres
Christi hoc fecerunt planum est quod peccaverunt. Quod
absit ut dicamus beatam virginem Mariam va-
na gloria peccasse cum Augustinus dicat in libro de natura
et gracia. Quod cum de peccatis agitur de beata virgine Maria nul-
lam volo habere mencionem propter honorem domini ymmo
tanta sibi gracia collata est ad vincendum ex omni
parte peccatum quod concipere et parere valuit illum
quem constat nullum habuisse peccatum. Fratres tamen
consobrini Christi nati de sorore virginis non
oportet excepto maioris glorie excusare cum Johannis
7 scriptum sit quod fratres eius non credebant in eum
dependebat enim in eo solum humanam laudem
ideo dicebant ei. Transi hinc et vade in Iudeam
ad curiam regalem ut alii videant opera tua
et manifesta te ipsum mundo. Quod beata virgo ab
hoc peccato sicut ab omnibus aliis peccatis aliena
fuit. Eo namque quod volebat sibi loqui eo loquente
potest dici quod hoc fecit propter aliorum importunita-
tem petencium. Quod respondit omnibus aliis importunis
petentibus ei loqui quod vocaret eum propter ea. Vel
saltem non totaliter quod ipsa sanabat omnia que
dicebat de illo in corde suo. Vel hoc fecit
propter Iudeorum suspicionem. Cum eo forte audi-
visset Iudeos sibi dixisse in Belzebub
eiecisse demonia et sabbatum violasse suspica-
ta fuit ne ei impedimentum ponerent et ita subi-
to volebat eum ab eis revocare. Vel hoc fecit
propter eius ardentem dilectionem. Non enim ipsa poterat
pati eius ad horam eius presenciam carere sed semper
eius presenciam cupiebat sociari. Non inveniemus
ipsam semper cum eo quesivisse. Ita quesivit eum adhuc
puerulum Luc. 2o et invenit eum in medio
doctorum interrogantem. Quesivit eum iam magnum
et doctorem factum hic Mat. 12 et invenit eum
in medio populorum predicantem. Quesivit eum redempto-
rem pendentem iam pacatorem et in-
venit ipsum Johannis 19 in medio latro-
num pendentem. Capitulum xviij in loco j.

cap

In illo die egressus ihus de domo sedebat
secus mare Et congregate sunt ad eum tur-
me itaque ut naviculam ascendens sederet Et
omis tba stabat in litore Et locutus est eis
multa in parabolis dicens Ecce exiit qui se-
minat seminare semen suum Et dum seminat quedam ce-
ciderunt secus viam Et venerunt volucres celi et comede-
runt ea Alia autem ceciderunt in petrosa ubi
non habebat terram multam Et continuo exorta sunt
quia non habebat altitudinem terre Sole autem orto es-
tuauerunt Et quia non habebat radicem aruerunt
Alia autem ceciderunt in spinas Et ascenderunt spi-
ne Et suffocauerunt ea Alia uero ceciderunt in terram
bonam Et dabant fructum Aliud centesimum aliud sexagesi-
mum aliud tricesimum Qui habet aures audiendi audiat Et
accedentes discipuli dixerunt ei Quare in parabolis
loqueris eis Qui respondens ait illis Quia vobis datum
est nosse misteria regni celorum illis autem non
est datum Qui enim habet dabitur ei et habundabit
qui autem non habet Et quod habet auferetur abeo
Ideo in parabolis loquor eis Quia videntes non videant
et audientes non audiant neque intelligant Et
adimplebitur in eis profetia ysaie dicentis Auditu
audietis et non intelligetis Et videntes
videbitis et non videbitis Incrassatum est enim cor
populi huius et auribus grauiter audierunt Et oculos
suos clauserunt ne quando videant oculis et au-
ribus audiant et corde intelligant et conuertantur et
sanem eos Vestri autem beati oculi quia vident Et
aures vestre quia audiunt Amen enim dico vobis Quia
multi prophete et iusti cupierunt
videre quod videtis et non viderunt Et audire que
auditis et non audierunt Vos ergo audite pa-
rabolam seminantis Omnis qui audit verbum regni
et non intelligit venit malus et rapit quod
seminatum est in corde eius Hic est qui semen
est secus viam Qui autem super petrosa seminatus est
hic est qui verbum audit et continuo cum gaudio
suscipit illud non habet autem in se radicem
sed est temporalis facta autem tribulatione et
persecutione propter verbum continuo scandalizatur Qui
autem seminatus est in spinis hic est qui verbum
audit et sollicitudo seculi huius et fallacia diui-
tiarum suffocat verbum et sine fructu efficitur Qui uero
in terram bonam seminatus est hic est qui audit verbum
et intelligit et fructum affert et facit alius
quidem centesimum aliud autem sexagesimum aliud
autem tricesimum Alteram parabolam proposuit
illis dicens Simile factum est regnum celorum homini
de semine bono in agro suo Cum autem dormirent homines
venit inimicus eius et superseminauit zizania in medio tritici
et abiit Cum autem creuisset herba et fructum fecisset
tunc apparuerunt et zizania Accedentes autem serui patris familias
dixerunt ei Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo
unde ergo habet zizania Et ait illis Inimicus homo hoc fecit
Serui autem dixerunt ei Vis imperemus et colligamus ea
Et ait non ne forte colligentes zizania eradicetis simul
cum eis triticum Sinite utraque crescere usque ad messem
et in tempore messis dicam messoribus Colligite primum zizania
et alligate ea in fasciculos ad comburendum triticum autem
congregate in horreum meum Alteram parabolam proposuit
illis Simile est regnum celorum grano sinapis quod
accipiens homo seminauit in agro suo Quod minimum quidem
est omnibus seminibus cum autem creuerit maius est omnibus
holeribus et fit arbor ita ut uolucres celi
habitent in ramis eius Alteram parabolam locutus est
eis Simile est regnum celorum fermento quod acceptum
mulier abscondit in farine sata tribus donec fermentatum
est totum Hec omnia locutus est ihus in parabolis ad turbas
et sine parabola non loquebatur eis ut adimpleretur quod dictum
est per prophetam dicentem Aperiam in parabolis os meum
eructabo abscondita a constitutione mundi Tunc
dimissis turbis uenit in domum Et accesserunt discipuli eius
ad eum dicentes Edissere nobis parabolam zizaniorum agri
Qui respondens ait illis Qui seminat bonum semen est filius
hominis Ager autem est mundus Bonum autem semen hi sunt
filii regni Zizania autem sunt filii nequam Inimicus autem
qui seminauit ea est diabolus Messis autem consummatio
seculi est Messores autem angeli sunt Sicut ergo colligun-
tur zizania et igni comburuntur sic erit in consummatione
seculi Mittet filius hominis angelos suos et colligent de
regno eius omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem
et mittent eos in caminum ignis ibi erit fletus et stridor
dentium Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum
Qui habet aures audiendi audiat Simile est regnum celorum
thesauro abscondito in agro quem qui inuenit homo abscondit
et prae gaudio illius vadit et vendit universa que habet
et emit agrum illum Iterum simile est regnum celorum homini
negotiatori querenti bonas margaritas Inuenta autem una pre-
tiosa margarita abiit et uendidit omnia que habuit et emit eam
Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare et ex
omni genere piscium congreganti Quam cum impleta ascendissent
et secus litus sedissent elegerunt bonos in vasa malos autem foras
miserunt Sic erit in consummatione seculi exibunt angeli et
separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminum
ignis ibi erit fletus et stridor dentium Intellexistis
haec omnia dicit eis Dominus Etiam Dicit eis Ideo omnis
scriba doctus in regno celorum similis est homini patri familias
qui profert de thesauro suo nova et vetera Et factum est
cum consummasset ihus parabolas has transtulit se inde
Et cum venisset in patriam suam docebat eos in synagogis eorum
ita ut mirarentur et dicerent Unde huic sapientia hec et
virtutes Nonne hic est fabri filius Nonne mater eius dicitur
maria et fratres eius iacobus et ioseph et symon et iudas
Et sorores eius nonne omnes apud nos sunt Unde ergo huic
omnia hec Et scandalizabantur in eo Ihus autem dixit eis
Quia non est propheta sine honore nisi in patria sua et in
domo sua Et non fecit ibi virtutes multas propter incredu-
litatem eorum

videre voluerunt videre que apostoli viderunt et
audire que ipsi audierunt et non audierunt
et racio fuit eorum ingratitudo quia habenti dabitur
et habundabit et non habenti id quod habet auferetur
ab eo. Duplici igitur fuerunt seminantes et predi
cantes verbum dei quia aliqui obscure et
prophete aliquid non clare intellexerunt. Sed
christus ad ipsis clara et lucida exposicione
dicit quod christus sic exponit parabolam seminis quod
semen dixit esse verbum dei quod seminatum
est secus viam significat illos qui verbum dei au
diunt deinde venit dyabolus et tollit verbum
de cordibus eorum ne credentes salui fiant. Quod
vero seminatum fuit super petram illos signi
ficat qui cum gaudio suscipiunt verbum non tamen
ipsum firmant in cordibus eorum quia ad tempus
credunt et in tempore temptacionis recedunt. Quod autem
seminatum fuit inter spinas illos significat
qui a diuiciis et voluptatibus mundi suffocantur
et non referunt fructum. Sed seminatum in terra
bona illos significat qui in corde bono et op
timo audientes verbum retinent et fructum afferunt
in paciencia. ¶ Sed hic possunt esse V dubitaciones
Prima utrum christus debuit in parabolis predicare
¶ Secunda utrum ille parabole omnes fuerint vere secundum
sensum litteralem ¶ Tercia utrum divicie habeant
homines suffocare ¶ Quarta utrum habenti
sit dandum et non habenti auferendum id quod habet
¶ Quinta utrum triplex fructus significet triplicem
hominum statum ¶ Ad primam est dicendum quod doctrina
nobis tradita per ipsum christum tripliciter potest considerari
Primo quantum ad recipientium disposicionem ¶ Secundo quantum
ad eius continuacionem ¶ Tercio ad infidelium
occultacionem et secundum ista tria omnibus ostendi potest
quod congruum fuit dei filium nobis spiritualia
et eterna sub velamine et similitudine rerum cor
poralium proponere. Primo quia doctor recipientis dispo
sicionem providit eum decet ymaginare secundum
disposicionem sui status et sue nature. Sed

disposicio talis hominis secundum presentem statum
est ut per cognicionem sensitivam ad intellectivam
perveniat quod philosophi et theologi protestantur
¶ Nam philosophus primo posteriorum ait quod omnis doctrina
et disciplina intellectiva ex preexistenti cog
nicione sensitiva sumunt originem. Dionysius
ait primo capitulo celestis ierarchie dicit quod non est
aliter possibile nobis lucere divinum radium
nisi varietate sacrorum velaminum circumvelatum
¶ Secundo ex eius continuacione. Sicut enim christi
doctrina omnibus erat necessaria ad salutem, ita
omnibus parvis et magnis sapientibus et insipi
entibus erat commendanda unde dicit apostolus ad Ro.
primo Grecis et barbaris sapientibus et insipien
tibus debitor sum. Et Aug. dicit super Genesim ad litteram
quod sacra scriptura ita procedit congruens ullius
congruis verba vitant ¶ Certe magis multi sunt
qui nullam veritatem capere possunt nisi eis
sub quibusdam methaforis et similitudinibus
eorum proponatur. Ideo ut talibus sacra scriptura
consonaret congruum fuit christum in parabolis
predicare ¶ Tercio ex infidelium occultacione
Nec enim ut preciosa dominus sanctum dare ca
nibus voluit sed quia sacram veritatem
occultare et velare sub similitudine rerum corporalium
ut ceci et infideles ut littera videntes
non videant et audientes non intelligant
¶ Ad secundum est dicendum quod parabolas dicas proprie F
veritate continere potest intelligi dupliciter primo in
vocis significacione. Secundo in rei reputacione
vocis que significatur in sacra scriptura
si est propria in sensu litterali tunc est vera ad
litteram. Si non figurativa et non propria tunc
figura ad litteram non est propria sed verum est
quod figuratur sicut cum dicas deum
habere brachium vel manum non est verum
quod deus cum sit spiritus habeat brachium

sed habet virtutem et operationem significatam vel figuratam per brachium vel manum. Et cum dr dei ubi est semen non est verbum quia sit seminis corporale ordei vel frumenti sed est virtus fructificandi significata per semine. Quia ergo reputatione sic sacre scripture tota nostri veritate quod vel reputatis novum testamentum per vetus et sic est vera secundum sensum allegoricum ut reputatur quid nobis per ea que christus dixit et fecit est agendum et sic est vera secundum sensum moralem, vel que per illa nobis sit sperandum et sic est vera secundum sensum anagogicum. ¶ Adtendum est dicendum quod homo suffocatur tribus modis primo pelagi profunditatibus, secundo ignis ardoribus tercio fumorum fetoribus et quarto amicorum laboribus. Ista autem quatuor divitie temporales habent annexa, scilicet profunditate pelagi mundialis avaricie, secundo ardore voluptatis et carnalis concupiscentie, tercio fetorem similitatis superbie, et quarto amicorum labores et angustie. Sicut enim in pelagi profunditate non invenit finis ideo homo statim in profunda aqua suffocatur, sic in divitiis homo non invenit finem vel satietatem ut dicit philosophus vicium prodigalitatis curabile vel etate vel egestate, sed cupiditas divitiarum incurabile quia non curatur amore multitudine, eo quod plus in senibus quam in iuvenibus crescit vel divitiarum magnitudine quia plus habens plus cupit. Secundo cum omnia delectabilia mundi sint venalia et possint divitiis comparari quia ad carnales concupiscentias et voluptates carnis divites prius sunt faciles divites suffocat ardoribus voluptatum carnalium quam alii et plus ceteris fumo elationis et superbie suffocat. Quarto amicitiarum laboribus tribulationibus

et angustiis divites suffocantur, testis est Salomon Ecclesiastes 2 ubi dicitur quod cuncti dies eius pleni sunt doloribus et erumpnis et nec per diem nec per noctem quiescit mens eius. ¶ Adgrauatum est dicendum quod glossa quatuor modos ondit omni habenti esse dandum et non habenti id quod habet auferendum primo ad studium acquirende intelligentie, et est talis sensus. Omni habenti studium legendi dabitur ei facultas intelligendi. Studiosus enim sapientior efficitur et non habenti studium legendi et audiendi scripturam etiam et ipsum bonum nec vel ipsum naturale ingenium quod videtur habere auferetur ab eo. Secundo quantum ad fidem legis evangelice et est talis sensus, et est talis sensus. Omni habenti fidem christi et cognitionem legis evangelice dabitur ei intellectus legis mosayce, et non habenti fidem christi et veram cognitionem doctrine evangelice sicut iudei qui testamentum novum non recipiunt et intelligentia legis veteris quam videtur habere ab eis auferetur. Ad litteram enim iudei in christum non credentes et eius fidem non recipientes ipsum verum intellectum legis quem habebant antea perdiderunt. Tercio quantum ad de fide in spiritualem gratiam et est talis sensus. Omni proficienti in vita spirituali dabuntur ei omnia alia dona adeo quod proficiant ad eius salutem et non habenti quia vana gratia ipso reddente se indignum auferentur ab eo. Quarto quantum ad gratitudinem divine mee et est sensus talis. Omni habenti .i. recognoscenti beneficia et dona sibi a deo misericorditer data dabuntur ampliora, et non habenti .i. non recognoscenti et ingrato contra illa que habet auferentur ab eo. Isti sunt quatuor modi habenti dabitur et habenti dabitur. ¶ Adgrauata est dicendum quod secundum Augustinum xiij^o libro de civitate dei

aliqui hnt triplice fructu respiebant ad
moriem cordiaz ponebat ei ocm pena
opidnor i finali medico timari ꝑhnt
modu ꝙ alq fuint tati muti i cetra ꝙ li
bertabat trectos homies ad pena dap
natos 2 isti dicit fac fructu tricesimu
Aliqui uo amplior muti lebalat pxa
genos 2 isti faciut fructu sexage Sed
aliqui ita magni erant muti ꝙ lebalat
cetenos 2 isti faciut fctu cete Sicut ait
scripta replicat Aug⁹ ꝙ dapnatorz no
erit redempco Remigi⁹ uo hnt fctu
triplice refert ad mutor diuisitatem
ul diuisioracz Sunt eni ut ait aliq
i cetra qui fidem scte trini tebnt 2 eorz que
ptinet ad fidem xpi 2 isti faciut fctu
tricesi⁹ ter eni decc faciut tricita Obs
naco igi decc madator cu fide trini
faciut fructu tricesi⁹ Aliqui uo sut q
cu fide trini tebnt 2 obsuacia madatoru
hnt pfectioz bonoz opm 2 ꝙ i uniusita
opm sex diebz copleta e 16 isti fac
fructu sexage Sz aliq st pfecti q
ad vita etna merent adiuncta 2 asimust
tussei ad doctriaz 2 isti fac fctu centesi⁹
Ieron⁹ at i fert hoc ad peticez satisfactoz
ut ille dica fac fructu cete q satisfa
cit deo plena ꝯgitacoz 2 cord contricoz
Sexagesimu uo qui satisfacit poris
confessioz 2 bona locutoz / sz trico q sa
tisfacit p opm bonoz fructificatoz
Aug⁹ at pa opione i lib⁰ de qonib⁹
euuagelioz refert istud ad statum ba
tiatoz na fruct⁹ ceteni⁹ ut ait conuenit
martiribz p sanctitate vite 2 con
temptum mortis Sexage⁹ uo conuenit
virginibz ꝑpt ociu intus quia

non pugnat con carnem iam corpe mor
tificato Sexagenarijs enim conuenit re
quies dari ut amplius ad malicia no
cogant 2 ꝑ fructus tricesim⁹ conuenit coniu
gatis quia talis est era bellantiu Sed
Sed cri⁹ hnt nimis refert ad carnis
mortificacom ꝙ tricesim⁹ ut dic fruct⁹
conuenit coniugatis in quibus est carnis
uoluptas relaxata tn et coartata bo
nis matrimonij Sexagesim⁹ uo viduis
in quibz licet fuit imptito carnalis co
pule experiencia insultus tn est omis
concupiscie carnalia Sz centesim⁹ conuenit
virginibz qui r⁰ angelz tpis pariti et fu
turi pnati sunt corruptione carnis lco y.

Aliam parabolam pponit illis dicens
simile factu est regnu celoz homi
q se bo. se mag⁰ suo cu aut dormiret
homies venit inimic⁹ ei⁹ et supseiat zizania
i me⁰ tritici et abijt cu aut creuisset
hba et fructu fecisset tunc apparuerunt et
zizania Accedentes aut serui pris fa
dixerunt ei dne nonne bonu semen
seiasti mag⁰ vn g⁰ hz zizania et ait
illis Inimic⁹ ho hoc fecit Serui aut di
xerunt ei vis imus et colligim⁹ ea
et ait non ne forte colligentes ziza
eradicetis cu illis et triticu Sinite
utraq crescere usq ad messem et in tpe
messis dicam messoribz colligite pmu
zizania et alligate ea in fasciculos ad co
burendu Triticu aut congregate in hor
reu Aliam parabolam pponit eis d.
Sile est regnu celoz grano sinapis qd
accipiens homo seiat in ag⁰ suo quod
minimu quide est omibz seibz cu aut
creuit maius est oibz olleribus et fit ar
bor ita ut uolucres celi veniant et ha
bitent i ramis eius Aliam parab. locut⁹
est eis Sile est regn⁹ celoz fermento quod
acceptu abscondit mlr in farine sat
tribz donec fermetatu est totu hec oia
locut⁹ e ihs i parab ad turbas et
sine parab no loqba eis ut imple
quod dcm est p pham d. aperiam i parabol

xiij

os meum eructuabo abscondita a con
stitutione mundi. Tunc dimissis turbis
venit in domum et accesserunt ad eum
discipuli dicentes edissere nobis parabolam ziza
niorum. Qui respondens ait. Qui seminat
bonum semen est filius hominis ager autem est mundus
bonum vero semen hii sunt filii regni zi
zania autem filii sunt nequam. Inimicus
autem qui seminavit ea est diabolus messis vero
consummatio seculi est messores autem angeli
sunt. Sicut ergo zizania colliguntur et igni com
buruntur sic erit in consummatione seculi mittet
filius hominis angelos suos et colliget
de regno eius omnia scandala et eos
qui faciunt iniquitatem et mittent eos
in caminum ignis. Ibi erit fletus et stri
dor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut
sol in regno patris eorum. Qui habet au
res audiendi audiat. ¶ Postea vero
instructione quantum ad divinum ubi sciatur
semper ista ut supra dicebatur ecclesia post
eius instructionem quantum ad hereticorum vita
corum. Eidem intentum est sciendum quod
verbum pane fidei propheticos recepit corrup
tionem quia modicum fermenti totam massam
corrumpit perfideles vero catholicos re
cepit incrementum et augmentacionem quia
verbum dei crescebat in multis et numerus cre
dentium multiplicabatur valde ut scri
bitur Actuum .i. predicacionem quia intrans in domum
meam quiescam cum illa non enim habet ama
ritudinem conversatio illius nec tedium convictus
eius sed leticiam et gaudium ut dicitur Sapientie viii.
Sed per apostolos vero recepit declaracionem. et oc
cultorum reseracionem. Illa enim que occulte et
parabolice erant dicta apostolis fuerunt clare
reserata. Quantum ergo ad hereticorum corrupcionem
salvator ipse posuit parabolam de bono
semine seminato et de inimico superse
minante zizaniam quia sicut zizania et lo
lium ut dicitur alio nomine corrumpit et suffo
cat semen seminatum sic fermento hereticorum
mentes simplicium corrumpit. Quantum vero
ad fidelium augmentacionem ponit pa
rabolam de grano sinapis quod quidem

minimum est in omnibus seminibus postmodum cum
creverit fit maius omnibus oleribus ita quod vo
lucres celi habitent sub ramis eius. Sic verbum
fidei parvum in principio quidem minimum visum
est in omnibus verbis sciencie humane et quasi
contemptibilia que de deo filio nunciabat
ut mortuum sepultum crucifixum et propter hoc quod
multi sibi contradicebant. Sed postmodum sic crevit
quod factum est maius omnibus dogmatibus philosophorum
ita ut reges mundi et philosophi gentium qui per
astra celi volare videbantur acumine intellec
tus habitent in ramis eius captivantes omnem
intellectum in obsequium Christi. Quantum vero ad divine sa
piencie quietem et delectacionem ponit parabolam
de fermento accepto et abscondito in tribus satis
farine. Ambiere ut per mulierem divina sa
piencia intelligamus que accipit fermentum quia
mens qua inhabitet quiescere et fervescere fa
cit divino amore. Que amorem abscondit in tribus
satis farine quia facit diligere ex toto corde
ex tota anima et ex tota mente in modo mensurato
et ordinato. Est enim satum genus mensure unum
et dimidium modium capiens et secundum hunc sensum exponit
Augustinus. Sed quantum ad apostolorum declaracionem quia Christus
in parabolis fuerat locutus turbis eo quod sic pre
dictum erat per prophetam. Aperiam in parabolis os
meum. Loquar propositiones absconsas ab inicio parabolam
de zizania que magis erat obscura apostolis
Christus voluit reserare. Quod seminator erat
ipse Christus filius hominis ager erat mundus
bonum semen erat filii regni pravitate ziza
nia erat heretici et filii nequam. Inimicus erat
diabolus messis consummatio seculi messores vero
angeli. Ita zizania erat heretica et filii nequam
quod in consummatione seculi mittet angelos sic messores
et separabit malos de medio iustorum et colli
gent de regno Christi et de tota ecclesia ista
militante in qua Christus regnat per fidem cre
dentium omnia scandala. omnes homines ma
los et hereticos et tamquam zizaniam mittet
eos in caminum ignis ardentis ubi fletus et
stridor dentium erit. Sed iusti fulgebunt sicut
sol in regno patris eorum. Sed hic possunt esse
iiii dubitaciones. ¶ Prima utrum heretici solum de
beant dici zizania. ¶ Secunda utrum heretici sint ex
ecclesia expellendi et comburendi in presenti
vita. ¶ Tertia utrum demon possit hominem dor
mientem temptare. ¶ Quarta utrum possit homini fal
sitatem et errorem inspirare. ¶ Quinta utrum

demon

possit corpus hominis ad pollucionem et
corrupcionem prouocare ¶ Ad primum est dicendum
quod hanc dubitacionem mouet Aug. in libro
de questionibus euangeliorum ubi tenet dicendum potest
inter malum catholicum et hereticum et scisma
ticum quia malus catholicus veram fidem
habet et vera credit tamen non viuit secundum ea
que credit / Hereticus non est qui falsa
de deo credit uel de aliqua parte scripture
eius que ad fidei edificacionem pertinet
non contemptus interrogacione motus
se credentes sed suo errore aduersa opi
nione pertinaci discordans / Talis
enim et si non corpore saltem animo rec
ecclesiam est / Sed ille scismaticus est qui sua
errima et peruersa sic peritus est sic defen
dere si sint probata uel obiecta ut cogi
tet conuenticula segregauerit et perturba
tor ecclesie fuerit / Sic igitur malum catholicum
secundum Aug. facit morum et vite prauitas Sed
hereticum facit fidei diuersitas sed scisma
ticum facit disrupta societas / Et in
istos soli heretici dicuntur dici zizania
que cum frumento non habent communem fidem
cum catholicis veris / dicuntur mali catho
lici vera credentes et non ut credunt
viuentes dicuntur palea et scismatici ariste
quia arista et palea communem radicem habent
cum frumento ¶ Ad secundum est dicendum quod heretici
possunt tripliciter considerari primo quantum ad fidem
quam corrumpunt et sic statim cum essent com
perti aliquorum fidem corrumpere debent
et possunt iuste ad mortem dampnari
multo magis quam falsificatores pecuniam
uel bullam pape / Secundo quantum ad ecclesiam a qua
se diuidunt et sic ecclesia semper eos re
cipit ad unitatem spiritualem consequendam
quia nunquam reuertentibus denegat penitenciam non
tamen eos semper recipit ad vitam temporalem
consequendam quia post primam et secundam moni
cionem si non se corrigunt inuitat eos per
excommunicacionem et eradicacionem sicut ponitur
24 q. 3 nam corrumpitur aliquis ut di
cente apostolo separatur a corpore ecclesie spiritus
eius saluus fiat si eradicatur cum per mortem
naturalem separatur a corpore naturali / Tercio quantum ad ali
os fideles quos inficiunt et sic si heretici
et sunt notorii et pertinaces ac conuicti et pri
mo relapsi ecclesia non compatitur eos crescere
usque ad messem et usque ad diem iudicii
Illa enim compassio secundum Aug. intelligenda est
de hereticis occultis quos ecclesia tollerat uel hereti
cis quos volendo eradicare magnum
periculum imminet ecclesie quia forte propter eorum
principatum et potenciam non potest eos era
dicare sine tribus et sine fidelibus sibi ad
subiectis / Sed notorios hereticos ecclesia non
compatitur usque ad messem propter periculum ne
aliquos corrumpat et inficiat Nam ut
dicit Iero. et habetur 24 q. 3 Arrius vna scin
tilla fuit in Alexandria / Et quia non statim
fuit oppressus eius flamma totum orbem
depopulauit et ideo ut ibi dicitur statim sec
cande sunt putride carnes et scabiosa
ouis a caulis repellenda ne corpus
corrumpatur putrescat et intereat ¶ Ad 3 ar
dicendum est quod hec dubitacio vim quandam conti
net implicat quando enim demones dormientes possunt
temptare sed implicat an talis temptacio sit
meritoria uel demeritoria / Quod quidem dyabolus tem
ptet dormientes et possit temptare aucte
et racione potest ostendi / Auctoritate Apoc. 12.
proiectus est dyabolus accusator fratrum qui accu
sabat fratres nostros in conspectu dei die ac nocte super
quo verbo dicit glossa / quod officium dyaboli est fratres
accusabiles facere temptando die ac nocte ymo
sanctos viros dyabolus forcius temptat dormiendo
quam vigilando ut dicit quedam glossa super 7
Iob / terrebis me per sompnia tua / id est tal
intelligere et cogitacione hominis uel est fantasia
uel non / Si non fantasia ut dicitur post de
anima quando enim corpus in seipso quod non intelli
git non cogitat nisi illa quorum similitudines
et fantasmata apud se retinet Sed dyabolus potest simi
litudines et fantasmata reducere et presentare
dormientibus presentare ergo per talia eis presentata
potest eos temptare quod contra illa affirmant
Quod uero implicat facile soluitur

quia mutuum et deuiutum non potest esse sine
actu voluntatis. Si ergo voluntas placet
bona et perfecta precessit vel sequitur som
pnia, ut quod ante sompnium homo vo
luerit pro deo pati adversa et delectari in
virtutibus et mandatis eius et tristari de
omni malo, sic postmodum homo in somp
no pacatur vel tristetur seu delectetur
meritorium potest esse racione voluntatis pre
cedentis vel subsequentis, et sic est de som
de mala et turpi voluntate, quia si ho
sompniat aliqua turpia et mala et de
lectetur de peccatis et tristetur de bonis de
meritorium est tale sompnium propter malam
voluntatem precedentem vel subsequentem.
Secundum dubitatum est dicendum quod istam du
bitacionem determinat Augustinus in multis
locis sacre scripture. Primo super illo verbo
Io. viii. Diabolus mendax est et
pater eius, quia cum loquitur mendacium
ex propriis loquitur dicens quod cum homo
mentitur et fallit non est pater ipsius
mendacii vel erroris quia mendacium
vel errorem ab alio recepit puta dy
abolo suggerente et fallente, sed cum dia
mentitur pater mendacii dicitur eo quod menda
cium et errorem a nullo recepit, sed ipse
omnibus suggerit et inspirat. Secundo
super illo libro iii Regum: Egressus est
spiritus malus et stetit coram domino
dicens: Ego decipiam Achab regem Israel
quia egrediar et ero spiritus mendax
in ore omnium prophetarum pertractans eum.
Hec ille ait: Cum malignus spiritus
arripuit homines aut demoniacos aut
arrepticios aut falsos prophetas eos
facit. Tercio super illo libro Actuum v.
Cur temptavit Sathanas cor tuum
mentiri te spiritui sancto dicens quod suggestione
persuasione falsitate errore
homini inmittere ipse convenit dyabolo.

Tercium dubitatum dicendum est quod sicut videmus
in vigilia sic absolute debemus operacione dy
aboli posse fieri in sompno. Nam nobis
vigilantibus occurrunt aliquando aliqua de
lectabilia movencia ymaginem in tantum
ut illam delectacionem apprehendat, qua appre
hensa movetur sensitiva, intus et extra
motu excitatur caro et inflamatur et sic
sequitur pollucio. Sed eundem ordinem
dyabolus potest operari homine dormiente,
quia appetibilia prius visa et audita vir
tuti ymaginative potest proponere quibus
sibi propositis et presentatis ymaginacio delecta
cionem capit illa que delectabilis apprehendit et movet
spiritum, et carnis motione excitatur caro
et sequitur pollucio, et siquidem vigilando
circa illa appetibilia et delectabilia presentata
fuit turpis cogitacio et inordinata affectio
talis pollucio non est sine peccato. Omne verum
in sompnum adhuc progressum sine peccato est.

Simile est regnum celorum. Lectio tercia.
Thesauro abscondito in agro quem
qui homo invenit abscondit, et pre gaudio
illius vadit et vendit universa que habet
et emit agrum illum. Iterum simile est
regnum celorum homini negociatori querenti
bonas margaritas. Inventa autem una
preciosa margarita, abiit et vendidit
universa que habuit et emit eam. Iterum
simile est regnum celorum sagene misse
in mare et ex omni genere piscium congreganti,
quam cum impleta esset educentes et secus
litus sedentes elegerunt bonos in vasa
sua, malos autem foras miserunt. Sic
erit in consummacione seculi. Exibunt an
geli et separabunt malos de medio iustorum
et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit
fletus et stridor dencium. Intellexistis
hec omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis:
Ideo omnis scriba doctus in regno ce
lorum similis est homini patrifamilias qui
profert de thesauro suo nova et vetera.
Et factum est cum consummasset Ihesus pa
rabolas istas, transiit inde. Et veniens
in patriam suam docebat eos in sina

gogis eorum. Ita ut mirarentur et dicerent
Unde huic sapientia hec et virtutes. Nonne
hic est fabri filius. Nonne mater eius
dicitur maria et fratres eius ioseph Ia
cobus et Simon et Iudas et sorores eius
nonne omnes apud nos sunt. Unde ergo
huic omnia ista. Et scandalizabantur
in eo. Ihesus autem dixit eis. Non est
propheta sine honore nisi in patria sua
et in domo sua. Et non fecit ibi multas
virtutes propter incredulitatem eorum
Posita igitur xpi instructione quantum ad
divinum ubi sermocinacionem et quantum ad litte
rarum huius librum correspondenciam vitacionem
In parte ista ut supra dicebatur ponit
xpi instructio quantum ad sacre scripture thesauri
assimilationem comparatione et emptione. Ad cuius
intellectum est sciendum quod sacra scriptura ex
cedit omnes alias doctrinas in quatuor spe
cialiter prerogativas. Primo in utilitate
quia est thesaurus datus hominibus quo
qui utuntur sunt participes amicicie dei
per ipsam enim nobis amicum deum possumus
facere et celeste regnum comparare. Secun
do in nobilitate est enim ipsa nobilior et
preciosior cunctis opibus et omni lapide precioso
et omnia que desiderantur huic non valent
comparari. Tercio in communitate quia
ipsa omnes capit et omnes recipit iudeos
et grecos bonos et malos servos et liberos
masculos et feminas nullus namque est qui
in ea non instruatur et pascatur. Quarto
in humilitate quia a superbis elatis invidio
sis et presumptuosis absconditur et nescitur
ab eis unde sit et quid sit humilibus autem
panditur declaratur et manifestatur. Quantum
ergo ad eius humilitatem dicit salvator
Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro
idest in xpo quia in eo dicente apostolo sunt
omnes thesauri et sancti absconditi vel
celeste desiderium absconditum in agro
et in corde sancti viri quod pro tanto abscondi
tur quia ab humana laude separatur et occul
tatur. depredari enim desiderat qui thesaurum
in via publice portat secundum Gregorium

vel ipsam virginitatem et corporis continen
ciam in agro absconditur quia dicente
apostolo In vasis fictilibus et corporibus fragilibus
portatur. Quantum vero ad eius nobilita
te dicit iterum Simile est regnum celorum homini
negociatori querenti bonas margaritas et inve
nta una nobiliori et preciosiori ceteris. Ven
didit omnia et emit eam. Ut per talem mar
garitam unam inventam intelligamus
vel ipsam sacram scripturam que est no
bilior omnibus aliis scienciis et doctrinis
intellectualibus vel ipsam caritatem que
est nobilior omnibus virtutibus moralibus
vel virginem mariam que dignior
fuit omnibus virginibus. Quantum autem
ad eius communitatem dicit quod iterum
Simile est regnum celorum sagene misse
in mare et ex omni genere piscium congre
ganti. Talis enim sagena secundum glossam
fuit predicacio evangelica piscatores fu
erunt apostoli. impleta fuit hec sagena
in ecclesia primitiva quando in omnem terram
exivit sonus eorum. separantes vero bo
nos pisces a malis in fine mundi erunt
angeli. Sed quantum ad eius humilitatem
dicit et veniens in nazareth et in propria
patria paucas virtutes ibi fecit propter
incredulitatem eorum quia dicebant
Unde huic sapientia. Nonne hic fabri filius
est nonne mater eius et fratres sunt apud
nos talis enim admiracio ex superbia
et infidelitate procedebat ideo sive non me
rebantur. Unde xpo imperat sapientiam apostoli
autem quia humiles et fideles erant
non sic interrogabant sed dicebant nunc
scimus quia scis omnia et non est opus
ut quis te interroget. ex hoc scimus quia
a deo existi. et ideo xpus dixit eis quod
nemo propheta acceptus est in patria
sua. et quia parabolice xpus locutus
fuerat et ideo quesivit ab apostolis an pre
dictas parabolas intellexissent quibus
respondentibus quod sic conclusit. quod ideo omnis
scriba doctus in regno celorum id est in
hac ecclesia militanti similis erit pa-

familias qui profert de thesauro noua
et vetera ¶ Sed hic possunt esse quatuor
dubitaciones ¶ Prima vtrum sacra scrip
tura sit thesaurus absconditus ¶ Secun
da vtrum sciencia possit vendi vel emi
sine peccato ¶ Tercia vtrum solum sciens
nouum et vetus testamentum debeat scriba
doctus in regno celorum ¶ Quarta vtrum
nemo propheta sit acceptus in patria sua
¶ Ad primam est dicendum quod tam sacre
scripture predicacio quam donorum supnorum
contemplacio et virginitatis consiliacio
possunt dici thesaurus absconditus in
uentus et emptus. Nam dicitur thesaurus
propter preciositatem est enim preciosior cun
ctis omnibus opibus et omnia que deside
rantur non valent ei comparari. Dicitur
inuentus propter vtilitatem quia qui talia
inuenerit inueniet vitam et hauriet salu
tem a domino. Dicitur absconsus propter
securitatem quia enim rex ezechias non
abscondit thesauros suos serui regis ba
bilonis ideo eos perdidit vt scribitur ysa
28 Sic et qui non abscondit virtutes
superdictas a vana gloria et ab alijs quorum
diabolus est princeps amittet ipsas. Sed
dicitur emptus propter necessitatem sine enim pre
dictis virtutibus homo nudus est et cecus
et claudus sed vestitus eis potest appa
rere coram sponso celestis regni nam per
sacre scripture cognicionem homo vesti
tur vt nudus non appareat coram preco
Sed per virginitatis conseruacionem homo
vestitur vt nudus non appareat in se
ipso Vnde Apocalypsis iii° suadetur cuilibet
homini sic nudo emere aurum ignitum pro
batum vt non appareat confusio nu
ditatis eius ¶ Ad secundam est dicendum
quod sacram scripturam emi vel vendi pos
se tripliciter potest intelligi ¶ Primo temporalis
lucri cupiditate ¶ Secundo contemplacionis
securitate ¶ Tercio vite gubernande
necessitate ¶ Prima igitur empcio vel
vendicio est mala et prohibita scribitur
enim prima causa quod prima est mali

non boni prophete prophecias vendebant sicut
fuit Balaam et multi alij qui cupiditate
et mercede temporalis lucri prophetabant et diui
nabant et ex eo de micheas mandatur expres
se ne per licenciam docendi vel addiscendi si
mulier aliquid exigant omnes enim tales
docentes vel predicantes principaliter propter
cupiditatem temporalis comodi secundum quod
dicit beatus petrus in sua canonica Sunt
cor exercitatum auaricia et tamquam malediccio
nis filij delinquunt viam rectam et secuti
viam Balaam qui mercedem iniquitatis
amauit cuius subiectum fuit subiugale mu
tum vel eius hominis voce loquens prohibuit
prophete insipienciam et sue insanie cor
rupcionem accepit ¶ Secunda vero em
pcio vel vendicio est bona et meritoria quia
secundum Iohannem Ille emit thesaurum sacre scrip
ture qui comparat sibi ocium interne contem
placionis per vendicionem temporalium rerum modo
quo dicebat apostolus Omnia arbitratus sum
vt stercora vt christum lucrifaciam Vnde et
multi philosophi vt socrates et plato temporalia con
tempserunt propter ocium emendum sciam sedendo
do namque et quiescendo anima fit sciens
et prudens Vnde iuuenes non bene possunt
addiscere quamdiu in passionibus et mocionibus
non sunt quietati ¶ Sed tercia empcio
vel vendicio est licita et permissa quia per
sumptibus necessarijs ad vitam permissum
est doctoribus et predicatoribus aliquid accipe
re tamquam stipendium laboris non sicut pre
mium remuneracionis ¶ Ad terciam est dicendum
quod questio est dubia pro tanto quia si solum
scientem nouum et vetus testamentum in
telligam scribam doctum in regno celorum
vel in hac ecclesia militanti tunc negamus
abraham scribam doctum fuisse si noui
et veteris testamenti facta nouit et credi
dit eo quod secundum augustinum Vna fuit fides
antiquorum et modernorum verba tamen
predictorum testamentorum non mutauit cum
vetus testamentum incepit a moise et
nouum a christo nec ipsum moisen scribam

doctum possumus nominare quia si vetus
testamentum edocuit novum tamen non pro
tulit. Ad hoc respondet Hilarius dicens quod scri
bas doctos in regno celorum apostolos etc.
significare voluit qui sunt quidam
notarii salvatoris dicta et facta Christi de
scribentes et corde retinentes et sensum
legis et prophetarum ab ipso Christo accipientes
quia aperuit eis sensum ut intelligerent
scripturas. Crisostomus vero ait. Quod per scribam
doctum scientem novum et vetus testamentum
debemus intelligere predicantem vetus
tatem eterni supplicii et novitatem eterni
gaudii. Et sic Moyses et Abraham sunt doc
ti quia hec intellexerunt. Ad questionem
dicendum quod aliud est querere quid de
beat esse de iure et ordine vere caritatis
et aliud est querere quid sit de facto et con
suetudine humane pravitatis. nam de iure
et ordine caritatis sicut magis debemus
diligere domesticos et propinquos ita ma
gis debemus honorare eos presertim cum
David filius agricole fuit et super omnes
tamen regali et prophetali dignitate fuit a
deo honoratus et quanto ex viliori progenie
quis trahit originem tanto cum virtutibus
pollet et doctrina fulget magis est hono
randus secundum quod dicit Crisostomus. Sed si queritur
quid sit de facto et de consuetudine humane
pravitatis dicendum quod triplex est causa
quare nemo propheta acceptus est in patria
sua. Prima est conversatio que in pluribus
parit contemptum et maxime cum quis ab
ipsis cunabulis conversatur cum aliis quando
postmodum est adultus et in prelatum preficitur
contempnitur ab eis quia sic volunt con
versari cum eo tempore prelationis sicut tempore
iuvenilis conversationis. Unde Iudei cum
dicerent Christo quanta audivimus de te facta in Ca
pharnaum fac et hic in patria tua. audierunt
nemo propheta acceptus est in patria sua.
Secunda causa est parentele cognitio. quia
cum sciunt quod vilis parentele est et cognoscunt
eius originem indignantur compatriote tali
honorem et reverentiam exhibere. Ex qua
causa Iudei de propria patria dicebant
de Christo. Nonne hic est filius fabri
et mater et fratres et sorores eius sunt
apud nos. Vere nam secundum Augustinum Ipse
erat filius illius fabri qui fabricatus
est auroram et solem et qui archam dis
posuit Moysi tabernaculum ordinavit
archam testamenti instituit. Tertia
causa est nativa emulationis invidia
nam dicit philosophus secundo Rethorice propinquis
loco tempore et etate magis invidemus quam aliis.
Et Iohannes dicit super hunc passum quod natu
rale est cives civibus invidere semper
quia non considerant presentia virilia
opera sed fragilia recordantur infantie
quasi non ipsi per eosdem etatem gradus
ad maturam etatem venerunt. Ca. xiiii

In illo tempore audivit Herodes tetrarcha fa
mam Ihesu. Et ait pueris suis. Hic est Iohan
nes Baptista ipse surrexit a mortuis et
ideo virtutes operantur in eo. Herodes
enim tenuit Iohannem et alligavit eum
et posuit eum in carcerem propter Herodiadem
uxorem fratris sui. Dicebat enim illi Ioha
nes. Non licet tibi habere eam. Et volens
eum occidere timuit populum. quia sicut
prophetam eum habebant. Die autem natalis
Herodis saltavit filia Herodiadis in
medio et placuit Herodi. Unde cum iura
mento pollicitus est ei dare quodcumque
postulasset ab eo. At illa premonita a
matre sua. Da michi inquit hic in disco
caput Iohannis Baptiste. Et contristatus
est rex propter iusiurandum autem et eos
qui pariter recumbebant iussit dari
misitque et decollavit Iohannem in car
cere. Et allatum est caput eius in disco
Et datum est puelle et tulit matri sue.
Et accedentes discipuli eius tulerunt
corpus eius et sepelierunt illud. Et ve
nientes nuntiaverunt Ihesu. Quod cum au
disset Ihesus secessit inde in navicula
in locum desertum seorsum. Et cum
audissent turbe secute sunt eum pedes
tres de civitatibus. Et exiens vidit turbam
multam et misertus est eius et
curavit languidos eorum. Positio

disapulorum per eum instructione In parte
ista ut dicebatur supra ewangelista deter-
minat de Johannis baptiste per herodem
interfectione et dividitur totum presens capitulum
in partes tres in quarum prima ponitur
iohannis interfectionis cause assigna-
cio ¶ In secunda vero ponitur turbe fa-
mem pacientis saturacio ¶ Et in tercia
ponitur per christianis glorie et abicionis
vitacio ¶ Secunda ibi Vespe autem facto
¶ Tercia ibi Et statim compulit ¶
Ad intellectum autem presentis leccionis est sci-
endum quod causa vel occasio interfectionis io-
hannis fuit triplex ¶ Prima fuit he-
rodis increpacio arguebat enim ioha-
nes herodem quod non liceret ei habere
uxorem fratris ipso vivente ¶ Secunda
fuit iuramenti observacio ne enim
frangeret iuramenti observacionem iura-
mentum quod iuraverat filie saltanti da-
re quidquid peteret commisit homicidium
¶ Tercia fuit christi confessio insidiabatur
ei tamen herodes precipue iohanni propter christum
quem confitebatur et cui testimonium perhibe-
bat quantum igitur ad primam causam dicit
ewangelista quod audita herodes fama de christo quod
miracula faciebat dixit Johannes baptista
Surrexit a mortuis et virtutes operantur
et tunc interserit ewangelista historiam de in-
terfectione iohannis que ante facta fue-
rat dicens quod herodes tenuit iohannem
et posuit eum in carcerem propter herodia-
dem uxorem fratris sui quia dicebat ei
Non licet tibi habere eam Quare ante hero-
di soli dicebat et non uxori dicit remigius
quia hec principalior muliere et quia
herodes tenebat legem iudeorum secundum
quam non erat sibi licitum illam ducere
fratre vivente Quantum vero ad secun-
dam dicit quod celebrato die natalis sui
et filia eius saltasset coram eo et placuis-
set ac sub iuramento promisisset dare quod
petivisset precepit ad peticionem puelle per
matrem instructe caput Johannis in
disco portari solum enim secundum Crisostomum
pharao et herodes diem natalis eorum

observasse leguntur ut quorum una erat
impietas fieret una sollempnitas Sed
quantum ad terciam causam dicit ewangelista quod
christus cum audisset a discipulis Johannis
quod erat mortuus secessit inde in navicula
et venit in desertum non quidem propter timo-
rem mortis sed ne daret tamen persecutoribus
eius ut homicidio homicidium iungerent sie-
bat quod persecuti erant iohannem propter veritatem
eius sic et eum persecuti erant ut dictum est
¶ Sed hic possunt esse quinque dubitaciones ¶ Prima
utrum vovens vel iurans teneatur semper
servare ¶ Secunda utrum iurans redire
ad carcerem teneatur iuramentum servare
¶ Tercia utrum herodes propter iuramentum
potuit ab homicidio excusari ¶ Quarta
utrum in iuramentis possit homo dispensare
¶ Quinta utrum ille cui sit iuramentum pos-
sit iurantem a iuramento absolvere ¶ Ad
primam est dicendum quod votum est promissio fa-
cta deo vel quod de quibus fit talis promissio sunt
per se bona licita et honesta sicut ieiunare
corpora sanctorum visitare religionem intrare
et talia homo servare tenetur vel sunt per
se mala et prohibita et illicita sicut homici-
dia adulteria qualia fuerunt vota illorum
de quibus scribitur actuum xxiij quod plus quam qua-
draginta viri voverunt se non gustaturos
quidquam donec interficerent paulum sed
quedam sunt in casu bona ut in casu uti-
litatis proximi et necessitatis evadendum vitat
sicut sunt iuramenta que in casu necessitatis
et utilitatis sunt bona in casu vero non
necessario nec utili sunt mala sequitur ergo vo-
vet nunquam iurare in eo casu in quo sunt
mala quia nec utilia nec necessaria tenetur observare
In eo vero casu in quo utilia sunt et necessaria
non tenetur observare sed potest et debet ad
mandatum superioris frangere ¶ Ad secundam
est dicendum quod istam questionem determinat augustinus
primo de civitate dei capitulo xviij commendans
marchum regulum civem romanum qui cum
captus esset a carthaginensibus et in car-
cere reclusus romam pro pace fienda re-
pe[ti]it sub iuramento promittens rediturum sed
cum pacem facere non posset quam cum

impetrare non potuisset ad carcerem est reclu-
sus et ab illis totiunibus et merito comendan-
dus erat quia quedam sunt male culpe que
sine dei offensione et virtutis et gracie a-
missione fieri non possunt et de talibus lo-
quitur ysidorus et habetur xxii q. iiii In
malis promissis rescinde fidem in turpi vo-
to muta decretum quedam vero mala sunt
pene que sine dei offensione et virtutis
et gracie amissione fieri possunt vel ser-
vari et in talibus votum vel iuramentum est
servandum etiam dona intrinseca et virtu-
tes secundum augustinum non inviti auferri non
possunt et si dicatur quod homo mortis periculo
se exponere non tenetur verum est in dicentibus
si pro anime sue salvacione vel fidei de-
fensione vel subditorum conservacione seu
reipublice proteccione virtutis enim est
et non vicium mortis periculo se exponere ¶ Ad
terciam est dicendum quod specialiter propter in-
peccatum herodis non solum excusari sed ve-
hementer aggravari debet ¶ Primo propter
eius pravam intencionem dicit enim Johannes
quod ad hoc herodes iuravit ut future occa-
siones machinas prepararet alioquin si propter
iuramentum dicatur homicidium fecisse si pu-
ella patris vel matris interitum postulasset
numquid hic fuisset facturus planum est quod
non quia igitur causam occidendi beatum Johannem
non videbat eo quod timebat populum qui eum
tamquam prophetam habebat hanc causam dolo-
se excogitavit ut propter iusiurandum
excusaret homicidium ¶ Secundo propter
rei illicite vitacionem nam iuravit propter
filie saltacionem cum secundum glosam non solum
divitum verum eciam pauperum sit consuetudo
ita pudice eorum filias nutrire ut vix
ab extraneis videantur herodes vero suam
filiam non pudoris verecundiam sed salta-
cionis lasciviam docuit et domus eius
quam decebat esse aulam regie sue filie
impudicicia fecerat theatrum ¶ Tercio
propter iuramenti observacionem quamvis
enim iuramentum non servare sit malum
eo quod mendacium committitur longe tamen
peius est homicidium perpetrare et de duobus
malis minus est eligendum et eciam hoc

intelligo de iuramento illicito observacio
enim talis iuramenti est dimittenda propter
homicidium sed si iuramentum est illicitum
ad quod maneret prius homicidium
esset permittendum tamquam maius ma-
lum ut supradictum fuit iurare autem
occidere hominem maxime innocentem
est illicitum ideo dimittendum erat
ad evitandum homicidium Iuravit enim
david interficere nabal et tamen
iuramentum non servavit ut habetur
primo Regum xxv et hoc non fuit iniquitas
sed pietas sicut xxii ca. quest. iiii et potis-
sime redditur detestabile peccatum hero-
dis quia sub pretextu iuramenti instituit
homicidium epularum convivio Recitat
enim Johannes quod quidam Comes in sinu
meretricule iaceret et dixit ei numquam
se vidisse hominem decollatum manda-
vit ut cuiusdam qui reus erat mortis
caput in convivio truncaret de quo ve-
hementer fuit reprehensus quod epulas
sanguine conmiscuit et mortem cuiusdam
hominis in alterius delicias pre-
stitit ¶ Quarto propter inperfecti malicie
defensionem querit enim glossa numquid
putamus in Johanne qui in utero ma-
tris sanctificatus et maior inter na-
tos mulierum non surrexit aliquid fu-
isse commissum in vita quod eius sic
despecta mors tegeret ad quod videtur
quod nichil quia si pro confessionem Christi
non fuit mortuus tamen pro veritate male
requisitus occubuit et quia Christus
veritas est usque ad mortem pro Christo
quia pro veritate pervenit nam ideo
ut ait deus suos sanctos in fimus
mittit quia videt quomodo remuneret
in summis ex quo quilibet colligat quod
illi sunt passura quos reprobat si
sic cruciat quos amat ¶ Ad quartam
est dicendum quod dispensacio iuramenti
dupliciter intelligi potest ¶ Primo quod ipsum
iuramentum non servetur et sicut est
impossibile in iuramento per hominem dispen-
sari quia cum observacio iuramenti

contineatur sub divino precepto indispe-
sabile est iuramentum in se sicut est
quodlibet divinum mandatum ¶ Secun-
do quod contentum vel inclusum sub iu-
ramento non includatur vel contine-
atur et cetera. Bene potest dispensari in iura-
mento ut negocium quod cadit sub
iuramento non cadat quia forte tale
quod sub iuramento contentum vel in-
clusum repugnat comitibus qui iura-
mentum secuntur et quicquid enim repugnat
iusticie equitati ut si quis iuret ma-
le agere puta hominem interficere vel a-
dulterari et quod est boni impeditivum
ut religionem non intrare, quicquid vero
repugnat iudicio discrecionis et de-
bilitate maturitati et sic omnia iu-
ramenta que dubia sunt an sint licita
an non que incauta vocantur et utrum
sit expediencia an non dispensibilia
sunt, quicquid autem repugnat testifica-
te veritati ad cuius assercionem iuramen-
tum inducitur et sic falsum iuramen-
tum est dispensabile, quicquid vero repug-
nat superioris auctoritati vel potestati et sic dum
puella est in domo patris sic est sub t
eius potestate uxor sit sub potestate viri
iuramentum puelle per patrem et u-
xoris per virum potest revocari si sine
consensu eorum factum est. Sed quicquid repug-
nat reipublice ut utilitatem et comu-
nitatem hanc iudere considerare et dis-
pensare, ideo omnia iuramenta per
eum considerata utilitate reipublice
sunt ¶ Ad quintum est dicendum quod aliquis
potest recipere promissionem aliquam
iuramento firmatam dupliciter ¶ Primo
in persona sua et persona utilitate ut si
quis alicui pecuniam daturum vel ei
serviturum vel ad talem locum vadere
turum et iuramento firmet talem pro-
missionem, ille cui talis facta est pro-
missio potest absolvere eum et ille
dicitur eius promissum servare ex quo factum
est secundum eius voluntatem et utilitatem
¶ Secundo in persona alterius et hoc vel
propter dei honorem et reverenciam ut cum quis pro-
mittit per iuramentum religionem intrare
vel pro reipublice fideli diligencia, sicut
executores rei publice faciunt iurare
eorum ministros ut iniuncta ministeria
diligenter et fideliter exequantur
vel pro legis et statutorum suorum perpetuitate
observacionis custodiam, sicut civitas
aliqua cogit iudices et rectores eorum
vel eius ut statuta facta et scripta debe-
ant observare, et tales recipientes iu-
ramentum ut puto non possunt absolvere
iurantes quia non recipiunt in persona
eorum nec pro eorum utilitate sed pro utilitate
rei publice et pro honore et reverencia
eius et cetera et cetera. Lectio secunda cap. vj

Vespere autem facto accesserunt ad
eum discipuli eius dicentes deser-
tus est locus et hora iam preteriit, dimit-
te turbas ut euntes in castella emant
sibi escas. Ihesus autem dixit eis. Non ha-
bent necesse ire date illi vos manducare.
Responderunt ei non habemus hic nisi quinque
panes et duos pisces. Qui ait illis af-
ferte mihi illos huc. Et cum iussisset turbam
discumbere super fenum, acceptis quinque pa-
nibus et duobus piscibus aspiciens in celum
benedixit et fregit et dedit discipulis panes
Discipuli autem dederunt turbis. Et man-
ducaverunt omnes et saturati sunt et tu-
lerunt reliquias fragmentorum plenos
duodecim cophinos. Manducantium autem
fuit quinque milia virorum exceptis mulieribus
et parvulis. ¶ Posita iohannis interfeccionis ce-
assignacionem in parte ista ut supra dicebatur
evangelista ponit turbe famem pacientis sa-
turacionem, et possumus dicere quod quinque
ponitur in litera notificancia hoc miraculum
quo christus de quinque panibus quinque milia
hominum saturavit. Nam primo ponitur
cause ad faciendum miraculum quesiencia
¶ Secundo ponitur christi ad compaciendum
clemencia ¶ Tertio ponitur christi ad pa-
nes multiplicandum clemencia potentia

Quarto ponit discipulorum ad turbas
saturandum obedienciam. Quinto ponitur
reliquiarum ad pauperes sustentandum pruden-
tia. Conveniens autem causa ad faciendum
miraculum est ex parte temporis quia vespere facto
iam enim transierat hora comedendi / in quo
miranda est xpi bonitas ut usque ad vespe-
ram protraheret sermonem ad instruccionem
animarum / et populi aviditas / ad audiendum
verbum dei. Vel ex parte loci quia locus de-
sertus erat ut sine spe haberi aliunde pa-
nes esset / et per hoc miraculum careret omni
suspicione / et discipulorum peticio seu licencia
quia petebant ut licenciaret eos quod euntes
per villas et castella emerent sibi escas
obliti enim erant eius quod scriptum erat
numquid potest parare mensam in deserto / et
parare mensam populo suo. Quantum vero
ad xpi clemenciam subauditur visio eius
dicentis / non habent necesse / ita date vos illi
manducare / secundum enim beatum Johannem
qui viderit fratrem suum in necessitatem habere
et clauserit viscera sua ab eo / nec clemencia
nec caritas est in eo. Quantum vero ad mi-
raculum faciendum potencia additur
quod quinque panes et duos pisces benedixit fre-
git / et dedit discipulis non sine elevacione
oculorum in celum ut ostendat secundum
Crisostomum se esse equalem patri in potencia
a quo virtutem habebat miracula faciendi
Unde dicebat Pater autem in me manet
ipse facit opera. Quantum autem ad apostolorum
obedienciam adiungitur quod discipuli panes ap-
posuerunt turbis qui manducaverunt
et saturati sunt. In quo secundum Crisostomum non
eos solum xpus honoravit / sed voluit
ut hoc miraculo facto non increduli fiant
nec obliviscantur eius cum pertransiit manibus
eorum testantibus. Sed quantum ad sustenta-
dum pauperes providentiam / concludit
quod de quinque panibus collegerunt duodecim
cophinos plenos fragmentorum de reliquiis
fecit enim superare / et propter miraculi ma-
nifestacionem ut nullus posset dicere fantas-
ma fuisse illud quod factum fuerat quod
absentes poterant videre / et propter pauperum

sustentacionem ad quorum gubernacionem
prelati eorum ministris prudenciam bonam
debent habere et providere / non plus nec
minus tollitur nisi duodecim cophini
secundum numerum duodecim apostolorum ut quilibet
apostolorum suum cophinum portaret / sic-
ut numerus manducancium fuit quinque milia
secundum numerum quinque panum qui multiplica-
ti erant / quia mulieres et parvuli propter
etatis et sexus imperfeccionem non numerantur.
Sed hic possunt esse quatuor dubitaciones.
Prima utrum maius miraculum
fuisset de novo creare quam illos quinque
panes multiplicare. Secunda utrum
multiplicacio talis panum sit facta
in panes ordeaceos vel in panes tri-
ticeos. Tercia utrum semper in refeccione
populi sit necessaria panis fraccio. Quarta
utrum solum in sumpcione cibi facienda
sit graciarum accio. Ad primam dicendum
quod eiusdem potencie est aliquid ex nichi-
lo creare / et illud nullo addito vel sub-
tracto augmentare vel multiplicare / cum
igitur xpus illos panes nullo addito vel
subtracto multiplicaverit / et augmentave-
rit in tanto numero ut quinque milia hominum
saturarentur eius potencie erat / sic
predictos panes multiplicare / cuius erat
ex nichilo illos panes creare / Unde
dicit Augustinus super hunc passum quod unde
xpus de paucis granis segetes multipli-
cat / inde illos quinque panes multiplicavit
quia potestas erat in manibus xpi. Nam
panes illi quinque quedam seminaria
erant / non quidem terre mandata
sed ab eo qui fecit celum et terram ut
nichilo multiplicata. Quare ergo xpus
illos panes de quibus saciavit homines
illos de novo non creavit / sed pocius
illos quinque multiplicavit / dato quod eius-
dem potentie erat utrumque facere. Crisostomus
assignat triplicem causam. Primam propter
erroris remocionem. Nam dixerunt
manichei / omnia corporalia a malo deo
esse quorum factorem salvator ondit se

esse quod tales creaturas tamquam bo
nas multiplicavit. ¶ Secundam propter
creaturarum cooperacionem, quamvis enim
ipse creaturas non indiget ad miracu-
lorum operacionem, tamen ne videantur esse
aliene a divina sapiencia et superaciua pro-
ducte voluit eas cooperari sibi ad mon-
strandum quod sicut ipse fecerat celum
et terram, ita ipse erat qui dixerat
germinet terra herbam virentem et faci-
entem fructum iuxta genus suum.
¶ Tercia propter discipulorum et prelatorum
instruccionem. Instruxit enim disci-
pulos et prelatos omnes in persona eorum
ut etiam si pauca habemus debemus
indigentibus ministrare modo quo dictum
est Thob iiii° Si multum tibi fuerit
habundanter tribue, si parum etiam liben-
ter impertire stude. ¶ Ad secundam est
dicendum quod miracula facta per xpistum
conveniencia erant statui et condicioni
personarum propter quarum salutem fiebant.
Est ante duplex status hominum scilicet le-
galis et carnalis, et sicut illa lex dura
erat in tantum ut irritam faciens legem
illam, duobus vel tribus testibus absque
ulla contradiccione moreretur dicente
apostolo ad Hebreos sic populus ille dure
cervicis erat cor durum lapideum
habens ad credendum. Alius status est
spiritualis gracie, et sicut lex nova xpisti iu-
gum habet suave et honus impositum
leve, ita populus istius legis non duri-
ciam sed molliciam cordis habere de-
bet. ¶ Primus ergo populus ille lega-
lis et carnalis observancie pastu du-
ro erat pascendus, ideo panes illi
quinque ordeacei fuerunt appositi eis, et
in panes ordeaceos multiplicati, quia
populus ille talibus panibus saturandus
erat, fuerunt ante quinque, quia de le-
ge illa durissima quam ordeum significat
moyses quinque libros fecit, quibus
quinque panibus duo pisces fuerunt
coniuncti ad saporandum predictos panes
quia xpistum nunc sub persona sacerdotali nunc
sub persona regali in libris illis figurabat
expectandus, ex cuius expectacione tamquam
quodam sapore gustato levius duri-
ciam illius legis portabant. Sed status
secundus populus spiritualis gracie pastu dulci
et delectabili est alendus et saturandus
cuius saturacio tunc significata est quando
xpistus de vii panibus quatuor milia hominum
dicitur saciasse, qui septem panes non
designantur fuisse ordeacei, sed de fru-
menti grano cui xpistus se assimulat, quia
septiformi gracia spiritus sancti existente in xpisto
populus in eum credens saciatur et reficitur
quibus septem panibus non duo pisces
adiunguntur sicut illis de veteri lege sed
dicitur quod habebant pisciculos paucos, quia
pauca sunt in ecclesia primitiva credentes
in eum post quos missi sunt in mare huius
seculi ut pro illo magno pisce scilicet xpisto
legacione fungerentur, nec dicuntur saciati
nisi quatuor milia hominum, quia refecti non
per xpistum non quinque libris moysi carnaliter
intellectis, sed quatuor virtutibus pruden-
cia iusticia fortitudine et temperancia pa-
scuntur et sic predictam dubitacionem determinat
Augustinus in libro de quaestionibus. ¶ Ad terciam est
dicendum quod secundum Augustinum semper xpistus cum
panem discipulis apposuit ipsum fregit.
Est namque triplex panis corporalis et sacra-
mentalis et doctrine salutaris. Panem cor-
poralem fregit quando miraculum de quinque
panibus et duobus piscibus mirabiliter
edidit. Panem vero sacramentalem fregit
quando sub specie panis et vini suum corpus
discipulis tradidit et fregit. Panem doctrine
salutaris quando dubitantibus sensum sa-
cre scripture clarissime aperuit. ¶ Prima
namque fraccio panis corporalis facta fuit in
significacione proximorum subvencionis ut
qui panem integrum proximo esurien-
ti dare non potest, fractum iuxta man-
datum prophete misericorditer porrigat, Fran-
ge esurienti panem tuum.

Secunda vero fractio panis sacramentalis facta fuit in significacione dominice passionis rememorantis. Unde dicit Augustinus et ponitur de consecratione distinctione 2 capitulo Dum hostia frangitur passio Christi ad memoriam revocatur. Sed tercia fractio panis doctrine salutaris facta fuit in significacione Christi cognitionis. Unde Luce xxiiij scribitur quod postquam Christus aperuit sensum illis duobus discipulis ut intelligerent scripturas que de ipso erant, tunc cognoverunt in fractione panis. Ad quartum est dicendum quod Crisostomus movet hanc dubitationem super hunc passum. gratias egit et dedit discipulis dicens quod non legimus Christum gratias egisse quando mortuos suscitavit, nec quando mare refrenavit, nec quando occulta cordium redarguit, nec quando oculos ceca nati condidit, sed solum quando panes multiplicavit et turbis ad comedendum apposuit. Istius ergo triplicem causam inde Crisostomus assignare. Primam propter ingratitudinis remotionem. Nam ingratus est qui que ab alio quantumcumque minima dissimulat se recipere. Quia igitur dei filius omnia que habebat nascendo a patre receperat ut ostenderet quod tam minora et maiora bona habebat, sed utraque a deo patre percepit in moralibus quod in maioribus voluit gratias agere patri, qui minora beneficia non occultat maiora non abscondit.

Secundam propter mense edificationem instruxisse namque nos in hoc salvator videtur, ut non prius mensam et cibum tangamus donec gratias deo egerimus qui nobis escam in tempore opportuno dedit. Et hoc ut ait dictum est contra illos qui sicut porci ad mensam ingrediuntur et surgunt sine gratiarum actione, cum tamen scriptum sit: Insuper gratiarum actio et vox laudis semper sit in ore tuo. Tertia propter sanctorum patrum imitationem. Legimus enim iiij Regum iiij quod cum Heliseus propheta in domo cuiusdam sancte mulieris cibo corporali esset refectus in fine refectionis vocavit eam et dixit ei: Ecce sedule in omnibus ministrasti nobis, quid vis ergo ut faciam tibi. Numquid habes negocium et vis ut loquar regi aut principi potestate. Sic religiosi et alii quando pascuntur et reficiuntur per seculares personas debent loqui regi eterno et principibus milicie eius ut eorum negocia et temporalia et spiritualia dirigat et recommendata habeant, maxime cum etiam nonnulli fuerint benefactores apud temporales principes in laicis et honestis recommendare debet.

Lectio tertia

Et statim iussit discipulos ascendere in naviculam et precedere eum trans fretum donec dimitteret turbas. Et dimissa turba ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi. Navicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim ventus contrarius. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans supra mare. Et videntes eum supra mare ambulantem turbati sunt dicentes quia fantasma est. Et pre timore clamaverunt. Statimque Ihesus locutus est eis dicens: Habete fiduciam, ego sum, nolite timere. Respondens autem Petrus dixit: Domine si tu es iube me venire ad te super aquas. At ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de navicula ambulabat super aquas ut veniret ad Ihesum. Videns vero ventum validum timuit. Et cum cepisset mergi clamabat dicens: Domine salvum me fac. Et continuo Ihesus extendens manum suam apprehendit eum et ait illi: Modice fidei quare dubitasti. Et cum ascendisset in naviculam cessavit ventus. Qui autem in navicula erant venerunt et adoraverunt eum dicentes: Vere filius dei es. Et cum transfretassent venerunt in terram Genezar. Et cum cognovissent eum viri loci illius miserunt in universam regionem illam et obtulerunt ei omnes male habentes et rogabant eum ut vel fimbriam vestimenti eius tangerent, et quicumque tetigerunt salvi facti sunt.

Posita turbe corporali famem patientis saturacione in ista parte

Ut supra dicebatur contra ponit manis glorie et ambiciositatis per Christum vitacionem et possumus dicere quod salvator noster in presenti leccione quatuor pericula docet vitare: Primo prelationis et potestatis dominationem. Secundo maris et seculi turbacionem. Tercio infidelitatis fluctuacionem. Quarto invidie emulacionem. Quantum ergo ad primum dicit quod statim facto miraculo de quinque panibus iussit suos discipulos ascendere in naviculam et precedere eum transfretum donec dimitteret turbas. Johannes enim vi° scribit: Qui cum cognovisset ihesus quod venturi erant illi homines qui saciati erant ut raperent eum et facerent eum regem fugit in montem. Et hoc dicit quod discipulos suos compulit de loco illo recedere et ipse ascendit in montem solus orare in quo exemplum tribuit vitandam esse humanam laudem in bonis operibus et fugiendam dominacionem in iure spirituali. Quantum vero ad secundum ait quod navicula discipulorum iactabatur in medio mari magnis fluctibus, quia ventus contrarius erat eis. Per quam naviculam presens ecclesia designatur que nunc tyrannorum persecucione, nunc hereticorum impugnacione, nunc temptacionum supervencione magnis fluctibus conquassabatur a quibus tempestatibus liberari non potest nisi per Christum et hoc non nisi in quarta vigilia noctis in fine seculi quando remota omni tempestate perfecta quies dabitur fidelibus. Quantum vero ad tercium dicit quod Petrus peciit a Christo supra mare ambulare. Sed cum vehemente vento valido cepisset mergi dextera Christi apprehensus est, modica fide reprehenditur in quo innuitur quod quanto homo confidit de Christi pietate et potestate tanto semper debet esse dubius de sua fragilitate. Sed quantum ad quartum dicit quod cum venissent ad portum in terra Genesareth viri religionis illius miserunt in universam terram illam et obtulerunt ei infirmos ut tangerent fimbria vestimenti eius et considerata eorum fidelitate et caritate quia non erant contempti eorum infirmos Christo presentare sed sine omni invidia et remotis omnes volunt ad ipsum congregare. Quicunque tetigerunt ipsum omnes salvi facti sunt. Sed hic possunt esse quatuor dubitaciones. Prima utrum sine peccato quis possit prelacionem et dominacionem appetere. Secunda utrum sine peccato quis possit prelacionem et dominacionem fugere corporaliter. Tercia Christi ambulacio vel Petri supra mare fuit vera vel fantastica. Quarta utrum illa inmersio Petri fuit expectativa infidelitatis. Ad primam est dicendum quod aliud est querere utrum homo sine peccato possit appetere se indignum prelatura et dominio vel illa quibus homo dignus est prelatura et dominacione et aliud est querere utrum homo sine peccato possit ipsam prelacionem et dominacionem in se appetere. Nam primum sine peccato appetitur, ymo est meritorium appetere sciencias et virtutes et alia bona opera quibus homo est indignus prelatura et principatu. Unde scribitur Sapiencie vi°: Concupiscencia illius scilicet sapiencie et virtutis deducit ad regnum perpetuum. Concupiscere ergo et appetere opera virtuosa boni prelati vel sciencias et virtutes quibus homo dignus est principari et dominari non est dicendum quod sit peccatum ymo est meritorium opus deducens ad regnum perpetuum. Sed appetere ipsam prelacionem et dominacionem in se sine peccato esse non potest quod patet auctoritate et racione. Nam Augustinus xix de civitate dei dicit quod locus superior sine quo populus regi non potest eciam si administretur ut decet tantum indecenter appetitur. Racio vero talis est illud sine peccato appeti non potest quo quis efficitur iniustus vel superbus cum iniusticia et superbia sint maxima peccata. Sed si homo appetit dominacionem et prelacionem in se aut credit se esse indignum aut dignum. Si credit esse indignum et appetit aut indignum si ferri aliis iniustus est quia iniusticia est quod quis velit plus de honore et potestate habere quam sit dignus habere et quod sibi debeatur. Si

vero putat se esse indignum est superbus
quia non est sine nota presumptionis et
superbie credere se dignum preferri aliis omnibus
quorum aliquibus saltem forte est inferior
Nam secundum aug'm semper debemus cogitare
aliquid esse in proximo nostro quo nobis su
perior est dato quod illud nobis occultum sit
Est etiam hoc contra prohibicionem apostoli ad
heb. v° ubi dicit quod nullus assumat sibi
honorem sed qui vocatur a deo tamquam
aaron. ¶ Ad secundam est dicendum quod ista
questio est dubia exemplo christi qui ut dicitur Joh.
vi. fugit in montem quando sciuit quod venturi
erant homines illi quos de panibus sati
auerat ut raperent eum et facerent eum
regem. Et exemplo Jone qui fugit in
tharsis a facie domini quando iniunctum est
sibi officium predicationis. Hanc ergo du
bitationem soluit Greg' in pastorali prima
parte dicens quod in prelatura electus vel
est virtutibus pollens vel virtutibus vacu
us. Si igitur virtutibus est pollens ex hu
militate debet principatum et prelationem
recusare ex imperantis cum potestate debet
ipsam prelationem humiliter suscipere et accep
tare quia tunc ante dei oculos vera est humili
tas quando ad respuendum hoc quod utiliter
subire precipitur pertinax non est. Nam pertinax
culminis non est aliud quam tempestas mentis
et ideo quantum homo virtutibus polleat co
actus ad ipsam accedere debet. Si vero vir
tutibus est vacuus etiam coactus ipsam
prelationem suscipere non debet. Talis enim
et corporalem et mentalem principatum fugere
debet. Facienda est similiter distinctio ex parte
eligencium aliquem in prelatum et dicendum
quia si eligunt propter eorum salutem et
nam consequendam et electus ad hoc credit
sufficere pertinax esse non debet pendo
mandato superiori. Si vero propter aliqua
carnalia vel temporalia comoda expectanda
magis recusare tenetur. Cuius exemplum
ipse saluator dedit Joh. vi. Cum enim
refectio per eum corporali cibo quererent

eum et vellent sub eius imperio stare
dixit eis Queritis me non quia vidistis
signa sed quia manducastis ex pa
nibus meis et per hoc soluitur illud
quod introductum est de christo. Nam
ideo fugit in montem quia volebant
eum facere regem et quando voluerunt
eum crucifigere sponte se obtulit ut
discamus eius exemplo aduersa pro dei
honore delectabiliter sustinere et prospera
fugere et vehementer formidare. Exemplum
Jone et Jeremie qui recusauerunt officium
predicationis et ysaie qui ad ipsum exequen
dum sponte et voluntarie obtulit. Vnde
Ergo intro me duo precepta caritatis
et duas vitas nobis demonstrat. Nam Je
remias et Jonas per contemplatiuam
vitam solum deo placere desiderantes
predicationis officium recusauerunt. Sed
ysaias utilitati proximorum prodesse
per actiuam vitam concupiscens ad sus
cipiendum predicationis officium sponte
se obtulit. Ut Greg' dicit in pastorali.
¶ Ad terciam est dicendum. Manichei et
quidam alii heretici dixerunt christum
non verum corpus sed fantasticum de
utero virginali accepisse quorum
errorem Chris' super hunc passum
dupliciter destruit. Primo quidem quia si
discipuli putassent christum corpus fan
tasticum habuisse non fuissent tur
bati et stupefacti quando viderunt eum
super mare ambulantem. Nam stupe
factio et admiratio non contingit nisi ex
re insolita et inuisa. Non autem fuisset
eis insolitum videre eius corpus fan
tasticum esse si prius cum eo conuersati
hoc credidissent. Secundo quia hoc
putabant illi heretici christum corpus
fantasticum habere quia super molles
et fluidas aquas ambulabat.
Quid videbunt petro quod verum

xv

hominem putant fuisse planum est enim
quod petrus iubente xpo super mare ambu
lauit. Dicamus quod xpi et petri ambu
latio super mare vera fuit non fantasti
ca tamen naturalis sed miraculosa nam
secundum damascenum xc. illa que erant
hominis super hominem operabatur. Fuit
enim ipsa humanitas in xpo instrumentum
ipsius diuinitatis. Unde diuinitatis
xpi virtutem corpus atque potuit sic
solidari ut pedibus suis et petri firmi
ter preberet. vel corpus utrumque sic po
tuit agile et leue fieri ut neque corpus
aque ei cederet. Hol utroque modo sit
diuina virtute factum est ut vere non fan
tastice supra mare ambularent. ¶
Addendum est autem quod secundum Crisostomum ideo
xpus non imperauit vento ut quiesceret
quando videns petrus validum ventum
timuit. sed sua dextera apprehendit eum
quia non venti immissio sed eius credu
litas periculum submissionis eius operabatur
ex quo dicto clare patet quod illa submis
sio non alio proueniunt modo quam ex ipsa
petri incredulitate. quod etiam saluato
ris dictum testatur. ait enim modice fidei
quare dubitasti. sed quare xpus per
misit illam incredulitatem euenire
cum prius iussisset ipsum ad eum supra
mare venire. ad hoc assignat Crisostomus
triplicem rationem. Primam propter ipsius
petri fragilitatis recognitionem. non enim
timuit petrus magis periculum nec fidem
perdidit cum super undas maris ambu
labat. sed perdidit fidem videns venti
impulsum. quod longe erat minus periculum
ut nec ipse nec aliquis homo de suis
viribus presumat. sed semper se fragilem
recognoscat. quam etiam minima pericula
suis viribus vitare non potest et dei vir
tute magna superare potest. Unde gregorius
recitat in dyalogo ¶ cum quidam
sanctus homo magnis virtutibus pol
leret unum erat in eo valde reprehensibile
quia frena leticie risus et gaudii multum
laxabat quod ideo deus permittit ut dicat de
sanctis suis quantum illi quibus deus maiora
dona tribuit minora non det ut semper
habeat animum unde seipsum recognoscat ¶
Secunda propter magistri et discipuli dignitatis osten
sionem. ex hoc enim quod petrus timuit ut
homo et confisus de xpo peciit ut iuberet
ad ipsum venire ostendebat distantiam inter disci
pulum et magistrum. quia xpus virtute propria
petrus vero xpi virtute super mare am
bulare poterat ¶ Tercia propter discipu
lorum inuidie mitigacionem. Nam si in
duobus discipulis Jacobo et Johanne pete
tibus sedere ad dexteram et sinistram xpi
ipsi scandalizati sunt inuidia pressi
quod nondum receperant spiritum sanctum multo forcius
fuissent molesti de petro si absque timore
super mare ambulasset. sed postmodum
repleti spiritu sancto in omnibus petrum
preferunt et in omnibus sibi primatum
concedunt.

Capitulum xv.

capitulum xv

Tunc accesserunt ad eum ab Jherosolimis
scribe et pharisei dicentes. Quare dis
cipuli tui transgrediuntur tradiciones seniorum.
Non enim lauant manus suas cum panem
manducant. Ipse autem respondens ait illis
Quare et vos transgredimini mandatum dei
propter tradicionem vestram. Nam deus dixit
honora patrem tuum et matrem tuam. Et
qui maledixerit patri vel matri morte mo
riatur. Vos autem dicitis. Quicumque
dixerit patri vel matri munus quodcumque est
ex me tibi proderit. Et non honorificauit
patrem suum aut matrem et irritum fecistis
mandatum dei propter tradicionem vestram.
Ypocrite bene prophetauit de vobis ysaias
dicens. Populus hic labiis me honorat cor
autem eorum longe est a me. Sine causa
autem colunt me docentes doctrinas et man
data hominum. Et conuocatis ad se turbis
dixit eis. Audite et intelligite. Non quod
intrat in os coinquinat hominem. sed quod
procedit ex ore hoc coinquinat hominem.
¶ Posita iohannis historia propter herodem inferiore
in parte ista dicebatur ut supra elucidata

ponit phariseorum superbam increpacionem
et dividitur totum presens capitulum in partes iiii.
Quia primo ponitur phariseorum christi discipulos
superbe increpancium confutacio. Secundo
ponitur populi eorum ex tali confutacione pertur-
bacio. Tercio ponitur mulieris chananee
fidei commendacio. Quarto ponitur populi christum
expectantis saturacio. Secunda ibi Tunc accede-
tes. Tercia ibi Et egressus inde. Quarta ibi Et cum
transisset inde. Propter primum est sciendum
quod ut Crisostomus dicit pharisei non poterant in-
crepare christum et eius discipulos de transgressi-
one legis moisi, quia ipse non venerat legem
illam solvere sed magis implere, sed quedam
supersticiosa addiderant pharisei supra illam
legem spiritualem quia ut dicit magister pharisei
non manducabant panem nisi crebro la-
varent manus et tamen moises mandu-
caverat ut supra verba legis nichil ad-
derent. Reprehendebant pharisei christi discipulos
de hac supersticione quod eorum manus non lava-
bant quando manducabant panem, quos
magister veritatis triplex confutat. Primo ex man-
dati dei transgressione. Secundo ex prophete
ysaie testificacione. Tercio ex veritatis oc-
cultacione. Quantum ad primum est talis racio.
Quicumque transgreditur mandatum propter
hominum tradiciones ergo meos discipulos re-
prehendere non debetis si tradiciones seniorum
non servant. Quod vero mandata dei transgre-
derentur propter eorum malam ordinacionem
tradicionem patet, ordinaverunt enim scribe
et pharisei cupiditate avaricie temptati quod
filii voverent deo offerre illa que in susten-
tacionem parentum tenebantur erogare
ut si postmodum tali facto voto pater et mater
vellent filiis petere quod sacrilegi haberentur si illa
sumerent in eorum sustentacionem que e-
rant deo oblata, et sic que ad honorem vel
subvencionem parentum deus ordinaverat
sub specie pietatis pervertebant in utilitate
sacerdotum et phariseorum recipiencium que
in templo offerebantur. Quantum vero
ad secundum est talis racio. Illi alios repre-

hendere non debent qui tamquam ypocrite
aliud dicunt ore et aliud corde. Sed
de vobis scribis et phariseis ysaias sic
prophetavit dicens, quod vos deum honoraste
solum ore cor tamen vestrum est longe
ab eo docentes tradiciones hominum et
relinquentes mandata dei, ergo meos
discipulos reprehendere non potestis.
Sed quantum ad tercium est racio talis
illi doctrina veritatis est occultanda
qui ex certa malicia peccat et noluit
se emendare de eorum errore nec ex testi-
monio prophete nec ex hoc quod confutati
sunt de transgressione mandati di-
vini, sed pharisei tales erant igitur
ipsi vocandi non erant ad intelligen-
ciam veritatis sed solum turbe populi
qui ignorant peccabant. Unde ait
quod convocatis ad se turbis dixit quod non
quod intrat in os coinquinat hominem
sed quod ex ore cordis procedit hoc co-
inquinat hominem spiritualiter. Sed hic petit
esse sex dubitaciones. Prima utrum
in honore parentum eorum subvencio
intelligatur. Secunda utrum per votum
divine oblacionis filius absolvatur
a subvencione parentum. Tercia utrum
per votum peregrinacionis homo a sub-
vencione parentum absolvatur. Quarta
utrum per votum maceracionis corporis
quis absolvatur a subvencione parentum.
Quinta utrum per votum religionis a tali
subvencione homo absolvatur. Sexta
utrum filius emancipatus a patre ab-
solvatur per hoc a subvencione eorum.
Ad primam est dicendum quod quatuor
modis patet in honore parentum
subvencio eorum in vite necessitatibus intel-
ligi. Primo ex sacre scripture locu-
cione. Nam secundum Ieronimum honor in scrip-
turis non tantum in salutacionibus
et officiis offerendis quam in elemosinis
muneribus oblacione sentitur. Scribitur enim
Numeri xxii quod rex moabitarum misit
dicendo Balaam venias ad me et male

dicas pplo dei quia paratum habeo ho
norare ꝛ aplus dicit honorate vidu
as .i. de proventibus ecclie in vite ne
cessariis sustentate que vere vidue sunt
Secundo ex parentum naturali dilec
cione planum est enim quod dilectio proximi
primo habenda est parentes quia dilectio sub
tuta caritatis que ad omnes homines
habenda est naturalem dileccionem non tol
lit sed vera dilectio non solum habenda
est in verbo similiter etiam in opere Iuxta
illud non diligamus verbo neque lin
gua sed opere ꝛ veritate Tercio ex pe
ne ꝛ premii repromissione Nam filiis
parentes honorantibus promittitur premium
quod erunt longevi super terram super
illam magis terram de qua scriptum est
Porcio mea domine sit in terra viven
tium Maledicentibus vero patri vel matri
promittitur pena Levit. 20 Ex morte
moriatur eterna ꝛ temporali ut glosa
dicit Vh ergo ut Crisostomus dicit Tali
pena quod morte temporali ꝛ eterna digni
sunt qui eos dehonorant facto ꝛ ope
neccessaria eis non ministrantes cum fuerit
opportunum Quarto ex beneficii recepcione
Nam filii recipiunt a parentibus esse vere
vite ꝛ disciplime igitur debitum iustie
est quod cum fuerint vel etate confecti et
infirmitate vel fortunis bonis tem
poralibus denudati quod meis a filiis esse
vere per ministracionem necessariorum consuetum
ꝛ nutriant Unde ciconie instinctu
naturali cum vident parentes etate extenuatos
vel confractos ꝛ plumis fovent et
alimenta ministrant ꝛ in volatu sub
portant in honore ergo parentum
omnis eorum subvencio secundum doctrinam
sanctorum intelligitur Ad secundam est
dicendum quod si quis voveat deo offerre in
oblacione vel ecclie seu altaris edifi
cacione illa que tenetur parentibus in neccessitatibus
subvenire non tenetur tale votum im
plere propter duo Primo quia tale votum
ex quo quod vovetur illicitum reddit non est tenendum Nam
votum est promissio facta deo sed deus non vult
sibi promitti ꝛ multo minus observari illud
per quod subtrahitur vita miserabilis parentibus
quorum vitam mandavit per filios esse conser
vandam Unde sicut si aliquis voveret
iugulare puerum non tenetur servare promis
sum sic cum vita parentis auferatur per subtrac
cionem rerum temporalium non tenetur illa
offerre per que vita parentum sustentatur
ꝛ si voto promisset offerre votum implere
non debet ut dicitur xxii. q. v. Intollerabilis que
est vota stulte promissionis reddere quam
crimen committere Secundo quia divinum
mandatum transgreditur Scribitur enim
primo regum .xv. Quod deus non vult olocau
stum vel victimas sed magis ut obediatur
voci sue ꝛ observetur mandatum eius
sed mandatum dei est parentibus necessaria mini
strare Unde reprehenduntur pharisei per christum
qui sub pretextu oblacionis facte deo filios
a subvencione parentum docebant esse absolu
tos docebant enim eos sic facere O pater
quod ego offero deo michi ꝛ tibi proderit
ꝛ ideo non debes sumere in usum tuum
res meas ꝛ munera mea sed debes pati
necessitatem ex quo deo iam oblata sunt
pro me ꝛ pro te quia si velles accipere
talia pro tuis necessitatibus ꝛ tu esses sacrilegus
et ego voto transgressor ut glosa exponit
Ad terciam est dicendum quod Augustinus in libro
de questionibus evangeliorum hunc intellectum dat isti que
ubi munus quodcumque ex me tibi proderit
ac si diceret munus quod tu pater offeres ta
men ad te iam pertinebit Solebant enim
pharisei ut Augustinus ibi dicit quod cum filii
pervenebant ad talem etatem ut per se
aliquid deo possent offerre tenebantur
offerre patri munus quod si tunc pater offerret
deo tamen tibi prodesset deinceps quia
ego talis sum etatis quod pro me volo offerre
ꝛ qui ad talem etatem pervenebant ut
hoc possent dicere parentibus secundum tradicionem

phariseorum absoluta erant subuencione
parentum, ita quod si aliquis voto se astrin-
gebat iam perfectam etatem habens ad pere-
grinacionem et alia opera pietatis et diui-
cultus tenebatur illa et amplius parentibus
non subuenire. Set hec superstitio dampnanda
est, quia in etate perfecta plus homo tenetur
diuina mandata seruare quam in non perfecta.
Dicendum est ergo quod preceptum de subuen-
cione parentum est affirmatiuum quod semper
obligat sed non semper. Si ergo aliquo tempore
quis potest labore a subuencione parentum
et alio tempore votum peregrinacionis im-
plere non absoluitur a voto propter subuen-
cionem parentum. Sed si parentibus non possit
subuenire implendo peregrinacionibus votum
vel propter longam viam aut quia utrique
sibi et patri non possit subuenire de labore
suo vel propter alias causas puto quod ad vo-
tum peregrinacionis implendum non tene-
tur. Ad quartam est dicendum quod vo-
tum ex parte voventis requirit dominacionem.
Nam illud quod in alterius potestate
et dominio homo vovere non potest quia
non est deo gratum nisi quod de suo sibi pro-
mittitur. Et quia filius ante annos xiiii
est sub dominio patris et seruus sub potes-
tate domini et uxor sub potestate viri in hiis
saltem que ad curam rei familiaris perti-
nent, ideo vota talium personarum irrita sunt
et nullius vigoris sine eorum consensu sub
quorum dominio existunt. Ex parte vero voti de-
bet habere discrecionem nisi de operibus virtu-
osis. Opera autem virtuosa non sunt nisi sic
discrete et sapienter facta loco tempore
et persona et aliis circumstanciis pensatis.
Sed ex parte superioris debet habere discussio-
nem et examinacionem nam hec multum decla-
rat de hiis que pertinent ad dominium ipsum
non debet stare iudicio suo sed iudicio su-
perioris, sicut medicus infirmus iudicio
alterius medici debet stare et credere de
regimine suo innotato. Ergo et in omnibus
spiritualibus et virtuosis actibus superioribus

fidelibus est cautela ad discuciendum
et examinandum an sint expediencia
et discreta que vouentur aut non.
Votum ergo ieiunii abstinencie et vi-
gilie si ex parte voventis sit dominacio,
si ex parte voti sit discrecio, si ex parte
superioris sit discussio et examinacio ser-
uandum est, aliter non. Unde si quis cum
voto ieiunii abstinencie et vigilie pa-
rentibus potest subuenire in naturalibus
debet seruare. Sed non quia tale ie-
iunium non esset opus tunc virtuosum
sed viciosum seruandum non esset. Ad
quintam est dicendum quod precepta prime
tabule que nos ordinant in deum in-
dispensibilia sunt per deum et per homines.
Precepta vero secunde tabule dispensa-
bilia sunt per deum sed non per hominem.
Cum ergo subuencio parentum sit precep-
tum secunde tabule non potest per
hominem dispensari ut homo a subuen-
cione parentum absoluatur. Et si dicatur
quod votum reducitur ad preceptum prime
tabule cum sit actus latrie ideo multo
magis est indispensabile quam subuen-
cio parentum, dicendum est quod in voto
nunquam dispensatur quod non reddatur
sed dispensatur illud quod cadit sub
voto non cadat quia forte caret condi-
cionibus supra positis. Cum ergo votum
religionis sed de hiis que sunt consilii
et supererogacionis subuencio parentum
ut preceptum in votum religionis non
obuiat observacionem precepti seruan-
dum est. Ubi vero obuiaret puto quod
obseruandum non esset. Unde religionis
scilicet votum non absoluit religiosum
a subuencione parentum simpliciter et totaliter
quia nec talis subuencio hominem semper
obligat sed vel de superioris licencia
de suo labore ad decori administracione
aut quod sua priuacione faceret vel per

alium talis subuencio fieret debitam
curam deberet impendere ut simul
tenendo uotum religionis parentibus subue
niret aliter puto quod ad uotum religionis
non tenetur quia nec religio cadit
sub uoto nisi per supposita obseruacione
diuinorum mandatorum in quorum uno
subuencio parentum includit. Ad secun
tam est dicendum quod sicut dicitur in principio
digestorum ius naturale nec ciuitas aliqua
instituit nec uoluntas gencium inuenit
sed ius enim naturale omnia alia iu
ra formantur. Unde iam ius non esset
si ius naturale tolleret uel in aliquo
obuiaret quia igitur subuencio
parentum est de iure naturali et eman
cipacio filiorum est de iure positiuo
non absoluit aliquo filius a subue
cione parentum per emancipacionem patris
sed bene absoluitur ab aliis subiectionibus
quia ex tunc est dominus actuum suorum
ut per se posset contractus facere te
stamentum condere heredes sibi insti
tuere et alia facere que ius positiuum
ordinat secundum diuersum modum ge
ncium ciuitatum prouinciarum et regnorum
sed nullum posset ordinare aliquid
quod esset contra preceptum legis
nature quia iam non esset statutum
sed destatutum nec lex a legando uel
legendo sed magis lepra ab inficiendo
Secundum enim Aug. Omnis lex humana
multa concedat et permittat quia per
diuinam legem corrigitur nulla tamen
lex danda est si iusta non est. Leccio ij

Tunc accedentes discipuli eius
dixerunt ei Scis quia audito hoc
uerbo pharisei scandalizati sunt. At ille
respondit Omnis plantacio quam non
plantauit pater meus celestis eradica
bitur. Sinite illos. Ceci sunt duces
eorum. Cecus autem si ceco ducatum
prestet ducatum prestet ambo in foueam
cadunt. Respondens autem petrus dixit
ei Edissere nobis parabolam istam. At il
le dixit Adhuc et uos sine intellectu estis
Non intelligitis quia omne quod in
trat in os in uentrem uadit et in secces
sum emittitur. Que autem procedunt
de ore de corde exeunt et ea coinquinat
hominem. De corde enim exeunt cogitacio
nes male homicidia adulteria fornica
ciones furta falsa testimonia blasphe
mie. Hec sunt que coinquinant hominem
Non lotis autem manibus manducare
non coinquinat hominem. Posita phari
seorum xpi discipulos increpancium confu
tacione In parte ista ut supra dicebatur
ewangelista ponit eorum ex tali confutacione
perturbacionem. Et primo ponitur pertur
bacionis eorum per apostolos notificacionem
Secundo predicte perturbacionis per xpm
augmentacio. Et tercio ponitur cuiusdam
dicti superius declaracio uel exposicio. Quan
tum ergo ad primum dicit ewangelista quod tunc co
futatis scilicet phariseis accesserunt discipuli
ad xpm et dixerunt Scis audito hoc uerbo
scandalizati sunt. Audito inquam uerbo de
ciborum differencia dixerat enim xpus quod
nichil intrans in os coinquinat hominem
per quod uidebatur dicere omnia ciba
ria ex sui natura esse munda et quia phari
sei multam differenciam faciebant in cibis non
comedentes porcos et animalia non rumi
nancia in pectore nec pisces non habentes
squamas ideo audito quod xpus nullam
in cibo posuerat differenciam simul cum hoc
quia erant confutati per eum uehementer
sunt scandalizati. Quantum uero ad se
cundum est talis racio illi non sunt de eorum
scandalo et perturbacione remouendi qui
non sunt plantacio a deo patre plantata
ymmo carnis errata et qui sunt ceci mandatorum
luce priuati et duces cecorum alios in precipi
cium trahentes sed tales sunt scribe et phari
sei ergo in eorum scandalo et perturbacione
sunt relinquendi et non remouendi propter

eorum duriciam et maliciam. Centum ait
ad tercium est racio talis illa coinquinant
et deturpant hominem spiritualiter in anima que
sunt contra divina mandata sed ex ma-
lis cogitacionibus que exeunt de corde hominis
fiunt homicidia contra illud mandatum
non occides / adulteria et fornicaciones
contra illud mandatum non mechaberis.
furta contra illud mandatum Non fur-
tum facies. falsa testimonia contra illud
Non dices contra proximum tuum falsum tes-
timonium. blasphemie contra illud Non
assumes nomen dei tui invanum ergo is-
ta vicia coinquinant hominem spiritualiter / sed
non lotis manibus manducare que est tra-
dicio phariseorum non coinquinant hominem
Sed hic possunt esse quatuor dubitaciones
Prima utrum christus in sua predicacione vel
doctrina perturbacionem iudeorum debuerit
vitare. Secunda utrum quilibet doctor ec-
clesiasticus scandalum suorum auditorum
vitare debeat. Tercia utrum omne quod
intrat in os naturaliter extra pellitur vel ali-
quid in virtutem humane nature con-
vertat. Quarta utrum anima hominis prin-
cipalius sit in corde quam in aliis membris
Ad primam est dicendum quod doctrina
christi fuit omnium hominum salvativa et ad vi-
tam eternam productiva. Iuxta illud quod
petrus ei dixit. Joh. vi. Domine ad quem
ibimus verba vite eterne habes / salus
autem multorum pati aliquorum contumelia
magnorum et seniorum / scilicet senes sunt etate
et non morum honestate et doctrine veritate
preponenda est quia commune bonum cuilibet
particulari preponendum est. Nunc autem
est ita quod pharisei et scribe iudeorum multi-
plices impediebant ipsi salutem / ne christi
doctrine audiendo et secundum ipsam operando
salvarentur. Ideo eorum perturbacionem
parvipendendo pati et saluti multorum vitare
non debuit / impediebant quidem ipsi
salutem eorum dolositate quia semper
ad dicta et facta insidias et calumpnias

preparabant et dolos excogitabant Secun-
do eorum perversitate quia totam legem
moysi datam illi populo ad salutem eorum
pro congruencia illius status superstici-
one et cupiditate ipsorum depravaba-
bant et corrumpebant. Tercio eorum auctoritate
quia cum ipsi essent maiores et seniores
in populo christo in doctrina sua contradice-
bant et rebellando et resistendo ei indu-
cebant et cogebant alios ut eius doctrine
resisterent / et propter ista tria nolendo christus
saluti iudeorum preferre scandalum et
turbacionem eorum non vitavit / sed
ait discipulis dicentibus. Scis quia au-
dito hoc verbo pharisei scandalizati sunt
Sinite eos scilicet turbari et scandalizari
quia ceci sunt et duces eorum cecorum
Ad secundam est dicendum quod secundum Jo-
hannem scandalum sepe in scriptura
nominatum nos offendiculum vel ruinam
et impactionem possumus appellare. Doc-
trina ergo ecclesiastica ecclesiastici doctoris
ex parte sui debet esse sine offendiculo
quia nichil in eo debet esse dictum
vel factum minus racionabile quod auditoribus
offendiculum prebeat / vel quod pedibus
eorum ruinam et impactionem ponat
ad pergendum per viam salutis / secundum quem
modum dicit apostolus prima ad Cor. x.
Sine offensione estote omnibus iudeis
gentibus et ecclesie dei. Secundo ex parte
eorum coram quibus loquitur quia
quandoque infirmitati auditorum doctori
debet condescendere / et dato quod ipse non
faciat aliquid vel dicat minus racionabiliter
racione tamen infirmitatis et imbecilli-
tatis auditorum minus racionabile indicatur
et tale simile offendiculum doctor vitare
debet sicut licitum erat apostolo quecumque
cibaria comedere et coram quibuscumque
et tamen quia infirmi in fide scandali-
zabantur si coram idolis comedebat
carnes dicit prima ad Cor. viii. Si scan-
dalizavero fratrem meum non comedam

carnes meruit. Tercio ex parte doctrine quam docet quamvis enim veritas doctrine propter scandalum pretermittenda non est tamen quia dicere omnem veritatem coram quibuscumque posset in offendiculum tedii vel erroris prestare est quique veritas tacenda ut vel manus malum ex illa veritate non sequatur vel tedium non generetur vel error inducatur ergo doctor ecclesiasticus debet vitare scandalum et offendiculum auditorum ut sua doctrina sit sancta in conversacione discreta in auditorum proporcione et optima in tempore et loci vel personarum proporcione. Ad terciam est dicendum quod magister sentenciarum singularis opinionis fuit. In hoc voluit enim ut patet 2o sentenciarum xxx d. in illud solum esse de veritate humane nature quod quis trahit ex suis parentibus per multiplicacionem sui ipsius sine additamento alterius extrinsece substancie ita quod adam modicum quod inmisit in eva ad substanciam et naturam filiorum in quibus aliud multiplicatum missum fuit aliquod modicum in aliis filiis et sic per multiplicacionem sui tota series humani generis implebitur cum illo quod quis trahit ex suis parentibus multiplicato in seipso quilibet resurget. De cibis vero et potibus nichil convertitur in veritatem nature humane sed solum fomentum quoddam recipit ne deficiat et hoc magis probat auctoritate ista omne quod in os intrat in ventrem vadit et per secessum emittitur. Similiter exemplo illorum quinque panum quos christus multiplicavit in seipsis sine additamento exterioris substancie et exemplo pueri morientis statim cum nascitur antequam de cibo aliquid in eius carnem convertatur cuius corpus nisi augmentetur in scriptura non resurget in statura perfecta quam habuisset si vixisset. Sed ista opinio magistri non tenetur quia in operacionibus

non secundum Augustinum ad miraculum recurrere non debemus sed augmentatio hominis usque ad debitam staturam cum qua resurget potest fieri per conversionem cibi in carne absque miraculo. ideo dicendum est quod non totum alimentum sumptum per naturam extra expellit sed quod magis est subtile et purum in membra convertitur quod vero est grossum et terrestre natura per diversas partes expellit. Unde Jeronimus super hunc passum dicit quod aliqui ex hac sentencia calumpniantur quod dominus non physice disputacionis ignorans putavit omnes cibos in ventrem ire et in secessum digeri cum tamen statim infusi per artus venas ac medullas nervosque fundantur. Ad quartam est dicendum quod secundum glossam Jeronimi super hunc passum principaliter dicam in cerebro. Sed ut aut secundum xm principale est in corde quia dicitur quod de corde exeunt cogitaciones male. Dicendum ergo quod animam esse principaliter in corde dupliciter potest intelligi. Primo substancialiter secundum suam essenciam et sic in nullo membro est principalis quia tota est in corpore toto et tota in qualibet parte corporis. Secundo virtualiter per suam operacionem et sic virtus et operacio anime primo apparet in corde secundo in epate tercio in cerebro. In istis enim tribus membris virtus est primo manifestatur quod tripliciter probatur primo ex eorum informacione secundo ex eorum operacione tercio ex eorum situacione. Nam secundum Avicennam generantur ista membra et formantur ex sanguine. In sanguine enim est aliquid subtile et purum aliquid vero grossum adustum et quasi accensum aliquid fleumaticum et frigidum. Cor ergo est membrum primo formatum in animali quia formatur ex sanguine magis puro et subtili. Epar vero secundum quod generatur et formatur ex sanguine accenso et adusto et grosso. Sed cerebrum formatur in 3o loco quia generatur ex sanguine fleumatico et frigido. Est enim sanguis adustus vel accensus vel fleum

maticus q̄i supfluitas sanguis puri et
subtilis sicut videmus quando homo minui
it sanguinem vnde sicut supfluitates
deriuantur ab eo cui9 supfluitates sunt sic
formacio cordis ex sanguine puro prior
est formacōne epatis et cerebri Secundo
hoc patet ex eorum opacōne sunt enim
tres spes vel tres opacones principales
in ali puta vitalis naturalis et nutrim
tales Est animalis vel sensualis ytitur
opacio vitalis Primo in corde apparet
ymo p venas pulsatiles vitam mittit
in omnia membra ideo cōtinue mouet
sedm diastolem et sistolem vel pulsum
a tractum quia cor primo viuit et vltimo
moritur Et q2 statim cum aliquid viuit
et mouetur indiget nutriri Ideo opacōm
naturalem recipit cor mediante epate
in quo fit digestio et particio nutrimenti ad
singula membra et quia aial alit non
viuit nisi senciat ideo opacōnem aiale
vel sensualem recipit cor mediante cebro
in quo virtus sensitiua fundatur Tercio
istud apparet ex cor situacione Quia q2
cor viuit et motū vite mittit ad omnia
membra Ideo situatum est in medio alis
Epar vero rone caloris vt possit cibum
decoquere positū est in dextra parte q2
in maiori mundo dextrum est vnde ort9
solaris calor et sic in homine vel in minori
mundo natura incernauit sed cerebrum
situatum est in supiori pte vt a remo
tis rerum noticiam hre possit Capm iij

Et egressus inde ihus secessit in ptes
tiri et sydonis Et ecce mlr chana
nea a finibus illis egressa clamauit di
cens ei Miserere mei domine fili dauid
filia mea a demonio male vexatur
Qui non respondit ei verbum Et acceden
tes discipuli eius rogabant eū dicentes
domine dimitte eam quia clamat p9
nos Ipse autem respondens ait Non sū
missus nisi ad oues que perierunt do
mus israhel At illa venit et adora
uit eum dicens domine adiuua
me Qui respondens ait Non est bo
sumere panem filiorum et mittere
canibus At illa dixit Eciā dne
nam et catelli edunt de micis que
cadunt de mensa dnorum suorum
Et cum transisset inde Tunc respondens
ihus ait illi O mlr magna est fi
des tua fiat tibi sicut vis Et sana
ta est filia eius ex illa hora Posita
plurium ex eorum constitucōne ptur
bacone In pte ista vt sup dicebatur
christus ponit mulieris chananee fidei
commendacōm commendatur hic mlr
spālr ex iiijor Primo ex eius peticōe
nam petebat eius filiam a demonio
liberari Secundo ex eius despeccione
despecta quantum enim fuit magis in
eius peticōne tanto plus in petendo
inportune pmansit Tercio ex eius i
terna inspiracōne Nam nō potuisset
sic sapienter sic fideliter xpō respondere
nisi fuisset ab eo interius inspirata
Quarto ex eius impetracōne tantum
enim impetrauit quantum voluit
Quantum ergo ad primū dicit crisostomus
q2 egressus ihus inde de iudea venit
ad ptes tyri et sydonis que erant ciuitates
gentilium ecce mlr cananea a finibus
illis egressa clamabat dicens Mise
rere mei fili dauid Origenes dicit q2 ad xpm
existente in domo venit et vtrumq2
fuit verum vt dicit Augustinus quia primus
venit ad ihm in domo et cū ibi nō au
diret eam tunc xpō recedente cepit
post eū clamare vt filia eius a demo
nio liberaretur Quantum vero ad se
cundum ait q2 xpus non respondit ei verbum
Ubi notatur despeccio istius mulieris
primo quia ei nō respondit Secundo quia
discipulis rogantibus vt dimitteret eā
tū impetracōne s eius q2 expectabat
non audiuit dicens nō se esse missū

xcij

nisi propter oves salvandas domus israel
Tercio quia ipsam non exaudivit cum
ad eum non pervenerit sed magis iniuriam
irrogavit appellans ipsam et alios gen
tiles canes et iudeos filios. Contum ergo
ad tercium dicit quod ipsa fuit confessa se et
alios gentiles non solum esse canes et
catellos et iudeos non solum filios verum
eciam dominos et sicut dominorum est sive
catellis dare non panes integros sed
micas et reliquias aliquas aliorum sic
petebant ut sibi aliquod beneficium tribue
retur eius miseria et pietate. Sed quantum
ad quartum ait sibi esse dictum a christo mu
lier magna est fides tua ideo fiat tibi
sicut vis ac si diceret ut Crisostomus exponit
fides tua sic est magna quod maiora hijs
meretur impetrare verumtamen interim fiat
tibi sicut petis. Sed hic possunt esse qua
tuor dubitaciones. Prima utrum chana
neis primo fuit nomen servitutis im
positum. Secunda utrum decens fuerit
christum isti mulieri non respondere. Tertia utrum
fides eius fuit magna. Quarta utrum
filia in fide parentum a demonio liberari.
Ad primam est dicendum quod hanc questio
nem determinat Augustinus 19 de civitate dei per
hunc modum quod nomen servitutis vel
potest dubitari per quos primo fuit acqui
situm vel quibus primo fuit impositum
vel a quibus fuit derivatum. Si ergo que
ritur per quos primo acquisitum pla
num est quod per primos parentes nostros quia
homini in primordio sue creacionis non
dictum est ut dominaretur homini sed be
stijs terre et piscibus maris. Unde et
primi nostri patres antiqui non hominum re
ges sed pastores pecorum dicti sunt.
nomen igitur servitutis secundum Augustinum non me
ruit natura sed culpa peccati. Propterea igitur
primorum parentum nomen servitutis fuit primo
acquisitum. Sed si queratur quibus primo
fuit impositum dicit Augustinus ubi supra nusquam
scripturarum legimus servum antequam hoc vo
cabulo noe iustus peccatum filij vendicaret
cum enim noe post plantacionem vinee
inebriatus nudatus staret et tamen veren
da patris vidisset nec cooperuisset cognita re
post evigilacionem dicit maledictus puer
canaan servus servorum erit fratribus
suis chananeis. Ergo secundum Augustinum primo
nomen servitutis impositum est in vindictam
peccati cham filij noe a quo dicti sunt chana
nei a quo civitas sodomorum nominata est
ut patet Genesis x. Si queratur a quibus
hoc vocabulum derivatum est dicit Augustinus ubi supra
in latina lingwa creditur nomen servitu
tis originem traxisse ab illis qui iure bel
li poterant a capientibus occidi a quibus
postmodum servati et non interfecti dicti sunt
capientium servi a servando dicti eo quod ser
vabantur qui iure belli eos occidere pote
rant. Ex hoc ergo casu quia chananeis in
vindictam cham peccati patris eorum ser
vitutis nomen primo impositum fuit
ista mulier chananea filios israhel et iudeos
dominos appellavit quia sub eorum dominio et
servitute existebant. Fides tamen christi eos
liberos facit quam ipsi receperunt. Unde ca
nanei interpretantur commutantes quia ser
vitutem in libertatem et terrena in celestia
commutaverunt et hoc fuit commutacio dextere
excelsi. Ad secundam est dicendum quod christus
ihesus non reddidit statim mulieri vel rogati
vel clamanti nisi processit de pharisaica
superbia sed de profunda divina sapiencia
et assignatur ad hoc quatuor rationes secundum
Crisostomum et Ieronimum. Primo propter sui precep
ti observacionem. Secundo propter fidei mulie
ris probacionem. Tercio propter apostolorum
deprecacionem. Et quarto propter oracionis perse
veracionem. Dixerat enim supra salva
tor discipulis in viam gencium ne abi
eritis et civitates samaritanorum ne sa
lutaveritis quoniam ipse non esset obnoxius

istius precepti quod discipulis dederat voluit tamen observare quia dato quod venerit per partes tiri et sidonis que erant civitates gencium non venit causa predicandi. Unde ut predictam occasionem calumpniantibus iudeis auferret mulieri chananee que secundum marcum erat gentilis et genere syrophenissa idest de siria phenicis non respondit, nam salvator non venisset omnes salvare sed post mulierem gencium salutem passionis et resurrectionis tempori reservabat. Secundo hoc fuit propter eius fidei probacionem. Non enim secundum Johannis sentenciam in sua canonica statim est omni spiritui credendum sed probandus est spiritus an ex deo sit et specialiter cum aliquis de dispari cultu vult ad fidem venire probanda est eius constancia et paciencia, quod et christus fecit de ista muliere quia eius constanciam et pacienciam probavit, constanciam sibi non respondendo pacienciam ipsam caniculam appellando et iniuriam sibi dicendo. Tercio propter apostolorum deprecacionem. In hoc enim quod statim ei non respondit excitati fuerunt discipuli ut pro ipsa rogarent, ostendens per hoc esse necessarias esse preces sanctorum ad aliquid impetrandum non quod sanctorum precibus deus flectetur sed eius propositum adimpletur. ymaginatur enim dyo[nisius] 3o ca[pitulo] de di[vinis] no[minibus] sic nos trahi ad deum precibus sanctorum sicut ascendentem quandam navem et tenerem quosdam funes nobis in auxilium datos ex quadam fixa petra ad nos directos planum est quod non nos petram sed navem et nos ipsos per funes istos ad petram ducemus. Quarto propter oracionis perseveracionem non enim cum homo aliquid petit a deo et non exauditur debet propterea ab oracione cessare sed perseverare et pernoctare in oracione debet quia secundum Augustinum Sepe que petuntur a deo non dantur quando petuntur ut tempore congruo dentur.

Ad terciam est dicendum quod in fide quatuor consideranda sunt. Primo obiectum quod creditur. Secundo operatio que ex ipsa progreditur. Tercio subiectum quod sibi substernitur. Et quarto iniuria quam quis pro ipsa patitur. Ex istis ergo quatuor fides unius potest dici maior fide alterius. Primo credibilium explicatione ut si quis plura explicite credit quam alius. Secundo operis confessione ut si quis ferventius confiteatur que sunt fidei quam alius. Tercio subiecti devocione vel humiliacione ut si quis plus se subicit et plus se humiliat deo et omnibus propter deum quam alii. Quarto iniuriarum pacifica toleracione quia paciencia ut dicit apostolus fidelibus christi necessaria est. Ex hiis ergo iiiior fides istius mulieris magna fuit. Primo eius quod credit explicacione quando dixit miserere mei domine fili david. In quantum enim christum dominum appellavit explicavit eius divinitatem quia secundum ambrosium domini nomen est nature et potestatis quod soli deo competit. In quantum vero dixit fili david explicavit eius ~~dignitatem~~ humanitatem quia filius david non est nisi propter humanitatem quam de virgine assumpsit et in hiis duobus totum meritum credenti salutiferum consistit. Iuxta illud Joh. xx°. Hec autem scripta sunt ut credatis quia ihesus est filius dei et ut credentes vitam habeatis in nomine ipsius. Secundo operis confessione quando ait filia mea a demonio vexatur, fervorem enim eius ostendit fidei quia credidit soli per christum eius filiam posse a demonio sanari ut Jeronimus dicit. Tercio sui humiliacione quia se non canibus sed catellis comparavit ac si diceret ut Crisostomus dicit. Bene scio quod iudei panem totum huno descendentem de celo receperunt et tua beneficia integre, ego autem micas peto et modica tuorum beneficiorum

partem et dummodo non sim aliena a mensa dominorum comedere pro gratia habet non solum in numero canum vindicari in numero catulorum computari. Quarto iniuriarum pacifica tolleratione quia totiens a Christo repudiata quia in clamoribus fatigata tamen illa appellata constans fuit et paciens sciens quod paciencia opus perfectum habet. Ad quartam est dicendum quod sicut Beda dicit mater vero propter humilem et fidelem matris sermonem demon deserit filiam. Ut dicatur per hoc quod in baptismo parvuli in fide parentum a demonio liberantur quia nec per se nec per alios aliquid boni vel mali agere possunt. Unde hec mulier non dixit domine adiuva filiam meam vel sana meam filiam sed ait miserere mei et adiuva me, ac si in persona filie peteret a demonio liberari filiam quod illa ab eo possessa petere propria voluntate non valebat. Ideo ut dicit Remigius: Hoc venit consuetudo ecclesie ut in fide parentum pueri cathetizentur et baptizentur quia sicut fide istius mulieris salvata est filia ita fide catholicorum virorum peccata parvulorum relaxentur et hoc intelligitur quando non sunt tante etatis et rationis ut per se fidem promittere deo possent et hoc satis convenit ut sicut parvuli ipsi non sunt peccato obnoxii et a demonio ratione illius originalis peccati possessi sed propter aliorum parentum voluntatem sic aliorum fidelitate ab ipso peccato convenit ut purgentur et a dyabolo liberentur et Christo incorporentur ac membra eius in posterum effitiantur. Lectio iiij

Et cum transisset inde ihesus venit secus mare galilee. Et ascendens in montem sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbe multe habentes secum mutos claudos cecos debiles et alios multos et proiecerunt eos ad pedes eius. Et curavit eos ita ut turbe mirarentur videntes mutos loquentes et claudos ambulantes et cecos videntes. Et magnificabant deum israhel. Jhesus autem convocatis discipulis ait: Misereor turbe quia iam triduo perseverant mecum et non habent quod manducent. Et dimittere eos ieiunos nolo ne deficiant in via. Et dicunt ei discipuli: Unde ergo nobis in deserto panes tantos ut saturemus turbam tantam? Et ait illis ihesus: Quot panes habetis? At illi dixerunt: Septem et paucos pisciculos. Et precepit turbe ut discumberent super terram. Et accipiens ihesus septem panes et pisces et gratias agens fregit et dedit discipulis suis et discipuli dederunt populo. Et comederunt omnes et saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis tulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui manducaverunt quatuor milia hominum extra parvulos et mulieres. Et dimissa turba ascendit in naviculam et venit in fines magedan.

Posita mulieris cananee fidei commendatione in parte ista ut supra dicebatur evangelista ponit turbe expectantis saturationem. Secundum enim quod legitur duabus vicibus ihesus panes miraculose multiplicavit ad saturandum populum. In prima vice multiplicavit quinque panes et duos pisces et quinque milia hominum sunt refecti. In secunda vero multiplicavit septem et pisciculos paucos et quatuor milia sunt comedentes. Et quamvis unus evangelista posuisset unum miraculum et alius posset videri unus alteri contrarius. Sed Matheus et Marcus de utroque miraculo faciunt mentionem ut utrique credendum sit

indubitanter indubitanter a domino fuis
se factum et ponitur quinque in hoc mira
culo per ordinem. primo turbe expecta
tis occasio. secundo ipsius christi super ipsam
miseratio. tercio discipulorum interroga
tio. quarto miraculi perpetratio. quinto
miraculi conclusio et terminatio. Quantum
ergo ad primum dicit ewangelista quod recedens
ihesus de finibus gentilium venit ad ma
re galilee et ascendit in montem et multe
turbe accesserunt ad ipsum ponentes eorum
infirmos ante pedes eius et statim sana
uit omnes ita ut mirarentur. non mira
bantur de curatorum utilitate quia utiliter
videbantur cecos mutos claudos vide
bant curatos et de curationis facilitate
quia statim curauit et non tardauit tamen
sicut in curatione mulieris chananee et hoc
ut fidem illius probaret et infidelitatem
iudeorum reprobaret vel increparet. Si
cut dicit Glossa. Ista ergo fuit causa quare
turbe christum expectabant ut eorum infirmos
curaret. Quantum vero ad secundum dicit
quod misertus est ihesus super turbas quia
triduo expectabant eum et non habebant
quid manducarent. Non enim venerant ad
manducandum sed ad infirmos eorum
curandum. et in hoc ut dicit Glossa christus
ostendit vere diuinitatis et humanitatis sig
na. nam diuinitatem ostendit in panum mul
tiplicatione. humanitatem vero in turbe
miseratione et compassione. Quantum
vero ad tercium dicit quod discipuli interro
gabant ihesum unde tantam multitudinem
possit saciare in deserto cum non haberent
nisi septem panes et pisciculos paucos
quos inter tantos dispensare eis parum
videbatur. In quo ut Crisostomus dicit admira
ri debemus in apostolorum veritatis amore
et mirari honorem quia ipsi scribentes non
occultant eorum magnos defectus. nam

non est quod talibus accusatio eorum an
tali signo facto confestim obliuisci.
Quantum autem ad quartum dicit quod accepit
ihesus vii panibus eos benedixit et fregit
et dedit discipulis ut turbe apponerent.
in signum quod hec multiplicatio differebat
a prima. nam ibi quinque panes or
deacei multiplicati sunt in signum
quinque librorum moisi legis veteris qui
duri erant et fortes. hic autem septem
et non ordeacei multiplicati sunt in
signum multiplicationis et diuisionis sep
tiformis gratie spiritus sancti per quam
dulciter et leniter reficiuntur illi qui
in noua lege pascuntur. Sed quantum
ad quintum dicit quod comederunt omnes
et saturati sunt et tulerunt de superfluo
septem sportas. et qui manducauerunt
erant quatuor milia propter quatuor
mundi partes de quibus omnis congre
gata est christi ecclesia. quod vero ibi duode
cim cophini et hic septem sporte recol
lecte sunt secundum Crisostomum vel fuit quia
sporte maiores cophinis erant vel
diuisitatem hanc facit ut fortius
hic miracula eorum memorie imp
merentur. ut ibi duodecim cophinos
iuxta numerum duodecim apostolorum. hic vero
septem sportas iuxta numerum septem panum
posuit. Sed hic possunt esse quinque
dubitationes. Prima utrum christo sit
proprium misereri. Secunda utrum christo
sit proprium nos a miseriis releuare.
Tercia utrum omnibus misereri
sit actus meritorius et virtuosus.
Quarta utrum sit melius homini
habere caritatem vel misericordiam. Quinta
utrum omnia que impediunt vel ex
cludunt misericordiam in homine sicut pec
cata. Quod ad primam est dicendum quod
secundum ysidorum in libro de summo bono
misericordia a compatiendo aliene miserie
vocabulum sortita est. ille igitur

alteri miseretur qui alterius miseriam quasi suam computat. Istud autem contingit tripliciter. Primo propter amoris dilectionem et sic homo compatitur amicis et consanguineis suis propter amorem quem habet ad ipsos quia sicut amor habet amare amatum amanti sic facit miseriam et tristiciam amati quasi miseriam ipsius amantis. Secundo propter naturale nature assimilacionem et sic homo naturaliter hominibus omnibus miseretur plus tamen et minus secundum maiorem et minorem assimulacionem. Unde dicit philosophus ii° rethorice quod magis miseretur similes secundum etatem secundum mores secundum dignitatem secundum gradum secundum genera similes similibus quam aliis. Tercio propter doloris percepcionem et sic homo miseretur filiis et parentibus et propinquis aliquando magis quia homo dolorem et passionem talium in se ipso percipit et portat et ideo dixi aliquando magis quia homo dolorem et passionem talium in se ipso percipit et portat et ideo dixi aliquando quia secundum philosophum ii° rethorice magis homo debet talibus condolere quam misereri. Unde recitat ibi quod amasius non plorauit cum duceretur filius eius ad mortem nec secum habuit cor miserabile sed durum est quod aliud a miserabili et misericordis est expulsiuum sed semper amico suo qui expectabat mori plorauit et cor miserabile habuit. Largo tamen modo tu portamus filiorum et propinquorum dolorem compatimur eis quia passionem eorum per naturam facimus per concepcionem illius doloris et in aliquo videmus eos hec et sustinere sicut dicebat dauid de filio suo quis michi det ut ego moriar pro te fili mi absolon. Istis ergo tribus modis proprium est christo misereri. Primo inquantum ipse est deus propter amoris dilectionem. Unde sibi dicitur Misereris omnium domine et nichil odisti eorum que fecisti. Secundo inquantum est homo propter nature assimilacionem. Unde apostolus ad hebreos ii° quod debebat enim per omnia fratribus similari ut misericors fieret. Tercio inquantum passus et mortuus propter hominem. Unde dicit apostolus quod non habemus pontificem qui non compaciatur infirmitatibus nostris temptatum autem per omnes dolores et passiones per similitudinem absque peccato super quo verbo dicit Glosa quod medicus qui tamen infirmus non fuit infirmatus curare nescit. Propter istud ista tria sibi proprium est misereri semper et parcere. Sed secunda est dicendum quod homo post peccatum constitutus est in triplici miseria. Primo in miseria peccati vel culpe quia non est homo qui non peccet et non indiget dei misericordia. Unde dicit propheta quod omnes declinauerunt et non fuit qui faciat bonum ab adam scilicet usque ad christum. Secundo in miseria nature que miserie sunt mortis vulneracio infirmitas afflictio senectus fames sitis nuditas et omnia alimenta indigencia. Nam secundum augustinum tot miseriis tot angustiis tot laqueoribus tot curiositatibus est subiecta natura humana quod nec omnia libris medicorum ut arbitror comprehensa sunt. Tercio in miseriis fortune quia diuicias et alia bona temporalia quorum fortuna est domina nunc homo subito acquirit nunc subito perdit et nunc balatur filiis amicis seruis et ciuili potencia nunc omnibus predictis nudatur et priuatur. Dicamus ergo quod solus christus potuit et potest uel ab ista triplici miseria nos releuare et dico vel quia potest homo hominem releuare ab hac miseria vel ab illa sed vniuersaliter ab omnibus non nisi humani generis saluator. Nam habuit christus vniuersalem mundiciam quod solus sine sorde peccati et culpe. Secundum enim ysidorum in libro de summo bono nullus malis miseriis esse potest qui prius viuendo in se ipso miser cors non est quia qui sibi nequam est nulli bonus potest esse. Secundo habet vniuersalem potenciam quia subest sibi cui voluit posse solus enim ipse vite et

Cap[m]

z mortis habet ptatem ideo solus potest
relevare a miseria nature ipse enim per-
cutit z sanat deducit ad inferos z redu-
cit. Tertio ht ulem clementiam quia
pius z clemens est dominus deus z mia
eius sup omnia opera ei ideo qz novit
esse optimu relevat a miseria fortu-
ne q pauperem facit z ditat humiliat et
sublimat ut sedeat cu principib z soliu
regni teneat ideo xpc turbas ad se ve-
nientes a pctis purgabat Quantum
ad revelacom prime miserie nunc ab
infirmitatib curabat Quantu ad
relevacom secunde nunc panib z piscib
saturabat Quantum ad relevacionem
tertie z ideo pprm est sibi nos ab omi
miseria relevare. Ad terciam e dicendu
q semp sunt extrema vituperanda qa
actus virtuosus z meritorius gsistit in
medio mia ergo ut est virtus tenet
mediu inter crudelitate z mollitiem qz
nulli miseret est crudelis qui no oib
est mollis z muliebris sed qui misetur
indigne pacientib z non miseret digne
pacientib tenet mediu z dicitur vere
miacors ut mia est virtus laudabilis
z meritoria potest homo aut quantum ad
pns digne pati tripl primo ex sue na
condicoe. Nam infirmari mori senesce
z esurire sitire sunt condicones nate
humane post pctm alias passiones
meruerunt nobis pmi pntes in pma
oim nrm peccantes quia peccantibus
omes nos peccamus. Un gregori dicit q
quicqd patimur pcta nra meruerunt
cu natura sic condicionata equalr repp
in omnibus defectibus naturalib supra
compati dictis z misereri virtuosum
est et meritorium et qz sic natura in
venit iniust z pctorib. Ideo rone n
omnibus compatiendu est. Secundo ex
sua electone qu quidem homo talia

eligat bona quib de se no sunt co-
iuncta vl annexa mala excelentib
cum fortunis z casualib pveniunt
homi aliqua mala sic patientibus
compati z misereri est virtutis et
meritorium. Si vero eligat aliqua bo
quia nullus p se eligit mala quib
homo de se sunt annexa mala sicut
eligere delectare cui est annexa formica-
tio sic patientibus compati vl mise-
reri z nolle eos puniri z pati pp ea
pcta commissa no est virtutis nec meriti
Sed tercio hoc contingit ex sua opa-
cone quia si homo sp agit bonu ex quo
merito bonu z non malu sibi deberet pro-
venire si mala sic agenti pveniunt q
deo pmittente frequenter contingit iuxta
illud Ecc ix sunt iusti quib mala p-
veniunt ac si facta egerint impiorum
sic pacientibus compati z misereri est
maxime virtutis eque semp prava
opantib si mala pveniunt ei no est
compatiendu z sibi bona est dolendum
Ad quartam est dicendu q mia est ita
meritoria non pt esse sine caritate que
est radix merendi nec caritas ut in-
cludit dilecom dei z pximi potest ee
sine mia. Sed queratur quid istor est me-
lius homi hic dato q utrumq sit bonu
z unu sine altero esse no possit dicendu
est q si queratur quid sit melius homi
pter se melius est homi caritate hre
q miam quia p caritatem homo deo
suo supiori coniungitur z unitur in quo
est totu bonu homis quia efficitur
p amorem idem cu eo iuxta illud apli
Qui adheret deo p caritatem unus
spus efficitur cum ipo p miam vero
defectibus inferior subvenitur z planu
est q melius est homi pter se coniun-
gendo suo supiori q subvenire defectib
sui inferioris vl equalis Sed si q-
ratur si sit homi melius vl maius

mitum propter alterum et propter bonum quod
sibi ex altero provenit melius est sibi habere
miam quam si de suis bonis pauperibus subveniret
tale mitum ex opere minime sibi non proveniret
¶ Secundo quantum est dicendum quod philosophus ii° rethor
ponit principaliter iiij or que prohibitiva sunt
misericordie primo namque felices qui numquam a
liqua mala experti sunt nec putant se posse
experiri nisi misereantur et quia talibus cru
delitas in miserendo est annexa sine pec
cato esse non possunt ¶ Secundo invidi non mi
serentur quia invidi gaudent de malis quorum
cumque et tristantur de bonis unde cum mia
sit tristicia de malis aliorum invidi non mi
serentur et quia invidia est peccatum ideo peccatum
est quod sic excludit miam ¶ Tercio con
tumeliosi sunt sine mia qui enim contume
liam volunt et iniuriam aliis inferre
absorbentur iracundia sic plene recordari
non valent quod ipsi sint talia passi vel quod ex
istiment se talia posse pati ideo non mi
serentur et isti sine peccato non sunt ¶ Quarto
stupefacti in seipsis ex timore nimio vel
ex nimia passione quam sustinent non
miserentur quia sic sunt intenti proprio timori
vel propria passioni quod compati vel misereri
aliis obliviscuntur et nec isti sunt omnino
sine peccato saltem obmissione et sic patet
quod omnia que excludunt miam vel que sunt
prohibitiva misericordie sine peccato esse non
possunt etc. etc. Capitulum — xvij:

Et accesserunt ad eum pharisei et sadu
cei temptantes eum et rogabant eum
ut signum de celo ostenderet eis Et ille respondens
ait illis Facto vespere dicitis serenum erit
rubicundum est enim celum Et mane hodie
tempestas rutilat enim triste celum Faciem
ergo celi diiudicare nostis signa autem
temporum non potestis scire Generacio mala et
adultera signum querit et signum non da
bitur ei nisi signum Ione prophete Et re
lictis illis abiit Et cum venissent dis
cipuli eius trans fretum obliti sunt panes
accipere Qui dixit illis Intuemini et
cavete a fermento phariseorum et saduceorum At
illi cogitabant intra se dicentes Quia
panes non accepimus Sciens autem ihesus
dixit eis Quid cogitatis inter vos modice
fidei quia panes non habetis Nondum intel
ligitis neque recordamini quinque panum in
quinque milia hominum et quot cophinos sump
sistis neque septem panum in quatuor mi
lia hominum et quot sportas sumpsistis Quare
non intelligitis quia non de pane dixi vobis
Cavete a fermento phariseorum et saduceorum
Tunc intellexerunt quia non dixit cavendum
a fermento panum sed doctrina phariseorum et
saduceorum ¶ Ostensio qualiter potestas xpi in faci
endo miracula omnibus apostolis fuit commu
nicata ¶ In parte ista ut supra dicebatur ostenditur
qualiter potestas sacerdotalis et ecclesie dignitatis
singulariter fuit petro recommendata et
possumus dicere quod ista pars principalis dividitur
in partes quinque quia primo agit de prodicte in
stitucione potestatis ¶ Secundo de xpi ad con
firmacionem huius transfiguracione ¶ Ter
cio de firma correccione ¶ Quarto de apostolorum
remuneracione ¶ Quinto predicat xpus
suis apostolis suam passionem ¶ Secunda ibi post
dies sex in principio xvij capituli ¶ Tercia
ibi In illa hora in principio xviij capituli
Quarta ibi Et factum est in principio xix
capituli ¶ Quinta ibi Simile est regnum celorum
in principio xx capituli ¶ Secundum intellectum autem prime
partis est sciendum quod tria requirebantur ad
institucionem ecclesie dignitatis et sacerdotalis
potestatis que petro commissa est Primum
erat phariseorum sacerdocii veteris legis repro
bacio debebat enim fieri reprobacio pri
oris mandati propter eius infirmitatem
et inutilitatem ut si non statueretur sicut
dicit apostolus ad hebreos vij ¶ Secundo xpi
divinitatis fidelis et vera confessio quia
sine fide xpi numquam aliquis salvus est
¶ Tercium fuit ipsius xpi et apostolorum sanguinis
effusio quia secundum apostolum oportebat per
passionem consumari ut pontifex fieret

sine enim sanguinis effusione fiebat remissio peccatorum et ideo totum presens capitulum dividitur in has tres partes secundum ista tria que ad perfectionem sabbatalem requiruntur. Secunda ibi Venit ante Ihesus. Tertia ibi Cum venissent discipuli. Propter duo autem merito pravitas sacerdotalis phariseorum et scribarum sunt reprobanda primo propter eorum maliciam. Secundo propter eorum pravam doctrinam et falsam scienciam. Quantum ergo ad primum dicit ewangelista quod facto miraculo de septem panibus dimissa turba ascendit in naviculam eadem racione sicut supra in exemplo vitandi vanam gloriam venit in fines macedon. Marcus dicit dalmanuta et est idem locus secundum Augustinum. Ingressus ibi accesserunt ad eum pharisei signum de celo querentes ab eo et est talis racio illi merito sunt reprobandi de eorum pravitate tamen generatio prava mala et adultera qui temptatione querit signa de celo quia facto vespere dicunt rubicundum est celum ergo erit serenum mane vero dicebant tempestas erit quia rutilat triste celum efficiuntur enim celum emittendo pluvias et frigidos et nebulosos vapores tristiciam causat. Unde consueti sunt dicere quod istud tempus est triste et melancolicum faciet ergo celi diiudicare et pronosticare nostis per signa apparencia temporum autem signa adventus mei primi vel secundi propter vestram maliciam vel invidiam non potestis scire quia igitur vos pharisei estis tales ideo merito reprobandi estis. Quantum vero ad secundum dicit quod cum venissent transfretum obliti sunt discipuli panes accipere et Ihesus dixit eis Cavete a fermento phariseorum et est talis racio eorum doctrina est reprobanda et caute observanda que inficit et corrumpit verum sensum et veram doctrinam sacre scripture sicut fermentum corrumpit farinam sed talis sunt doctrina ipsorum phariseorum ergo talis doctrina merito sunt reprobanda et tamen venenum observanda et cavenda est.

Fmētm

Hic possunt esse quatuor dubitaciones. Prima utrum per signa que apparent in celo homo possit iudicare de serenitate et tempestate aeris. Secunda utrum per arcum apparentem in nubibus homo possit iudicare diluvium aquarum non esse futurum. Tertia utrum doctrina phariseorum sunt mala et a malo deo data. Quarta utrum doctrina veteris testamenti sunt a Christo reprobata. Ad primam est dicendum quod per celum rubeum indicetur serenitas et per triste celum indicetur tempestas dupliciter potest intelligi. Primo litteraliter nam causa effectiva serenitatis et tempestatis est sol sed materialis est vapor grossus et aquosus elevatus supra virtute solis a terra vel ab aqua quando ergo talis vapor sursum elevatus rubet tali rubedine que sit divinata a sole per donum vaporem desiccante et inflamante tunc est signum serenitatis sed quando rubet rubet tali rubedine que derivetur a radiis solaribus emissis ad terram ipsum respicientibus quia tunc non perfecte desiccatur non est signum serenitatis potissime quando est triste et occupatum multis vaporibus humidis et aquosis quia non est facta perfecta desiccatio materie est signum tempestatis quam serenitatis. Secundo potest intelligi secundum exposicionem Augustini spiritualem nam quod vespere celum sit rubicundum in signum serenitatis significatur Christi passio per quam facta est serenitas nature humane et purgacio peccatorum et hoc vespere quia vespere sabbati lucifer iste ad inferos rediens humano generi serenus apparuit. Per celum vero triste in signum tempestatis secundum adventus Christi ad iudicium intelligitur in contrarium dicente propheta erat tempestas valida. Ad secundam est dicendum quod per arcum in nubibus apparentem possit indicare diluvium aquarum non esse futurum autem et racione ostendi potest auctoritas est expressa Genesis ix ubi habetur quod post diluvium dixit dominus ad noe arcum meum

Capitulum xvj

ponam in nubibus celi et erit signum federis
inter me et terram et pro ea subauditur
neque erit ultra diluvium aque ad destruendum
universam terram vel carnem super quo verbo
dicit gloza Arcum dedit deus in sig-
num securitatis ne homines formidolosi ti-
merent altero diluvio pluviarum velut
inundaciones aquarum sepe torrentes et ideo
in celo propterea arcus positus est ut ab
omnibus in signum securitatis videri possit
et videtur dicere illa Gloza quod arcus non
fiat nisi a radiis solaribus et nube humida
quod ante diluvium non fuissent pluvie sed
ex rore celi et inundacione foncium terra
fuisset fecundata. Verum quia illa que
in Genesi leguntur et universaliter in veteri tes-
tamento et si vera sunt facta ut narrantur
cum erant signa ad significandum aliquid
spirituale ideo dicit predicta Glosa quod pos-
sumus per arcum illum positum in celo Christum in-
telligere ad quem in omnibus tribulacionibus
nostris debemus recurrere et ad ipsum respicere
in celo existentem racio vero est talis quod supra
dictum est quod causa effectiva pluviarum
est sol materialis vero est vapor humidus
virtute solis a terra et aquis sursum e-
levatus Ista ergo duo possunt se habere in tri-
plici disposicione quia quandoque calor solis
omnino superuicit vapores et exsiccat eos
unde in terris calidis et in estate propter
propinquitatem solis pluvie aut nulle sunt
aut rariores quam in hieme quandoque vero calor
solis adhoc valet quod vapores trahit
et multiplicat sed non superuicit eos neque
dessiccat et tunc superhabundant pluvie et
est causa diluvii aquarum sed quandoque medio
modo habet se quia virtus solis vapo-
res sursum trahit et tanta est quod non sinit
eos multum multiplicare sed non quod possit
predictos vapores exsiccare et ex hac me-
dia disposicione et comparacione solis ad
vapores causatur yris vel arcus quia
ad sensum videmus quod non apparet in nu-
bibus vaporibus omnino exsiccatis et

neque omnino eis in aere superhabundantibus
quia ut dictum est virtus solis est tanta
quod non sinit eos multiplicare in tanta
habundancia ut diluvium aquarum sequatur
sed non est tanta quod eos omnino non habeat
dessiccare et ideo arcus est signum quod aquarum
diluvium non sit futurum ymmo est signum
quod nunquam fiet toto tempore illo quo durat
talis disposicio media durat Tercia
est dictum quod manichei dicunt legem
veterem fuisse malam et ideo male quod
salvator dicit hoc cavendum esse a fermento
phariseorum et a doctrina ipsorum et planum est
quod pharisei legem moisi observabant
in tantum ut a summo opere laborarent
si in aliquo dicto vel facto Christi illi legi esset
contrarium et quia non cavetur nisi ma-
lum ergo quod ab illa doctrina dicit esse
cavendum videtur quod sunt mala dicendum
est ergo quod contrariorum dominorum contraria
sunt mandata et precepta quia salvatore
dicente Nemo potest duobus dominis
servire contraria iubentibus ut Gloza
dicit Sed mandata veteris legis et
legis naturalis et legis nove non sunt
contraria ibi precepta que sunt ibi repe-
tuntur in ista et superaddunt consilia unde
prima distinccione dicitur quod ius naturale
est quod in lege et in ewangelio continetur
quo quis iubet alteri facere quod sibi
volt fieri Iuxta illud quod supra dictum est
omnia quecumque vultis ut faciant vobis
homines et vos facite illis et subditur hec
enim lex est et prophete ergo iste due leges
non sunt male et a contrariis dominis
date sed ab uno quod vero dicitur de fermento
phariseorum ipsum dictum se exponit quod salva-
tor non dixit doctrinam phariseorum non
esse malam nisi propter fermentum et cor-
ruptam appositam per pravam eorum exposi-
tionem et superstitiosam observacionem
Ad quartam est dicendum quod hanc dubitacionem
pulchre determinat Augustinus in libro de vera
religione dicens quod vel hoc dicitur propter

sacrificia quia illa nunc offerunt quia
tunc offerebantur Et cerimonialia que
nunc non obseruantur et quedam hic
maiora iubentur quam ibi sed ut ait Au
gustinus mouere debet quia videmus quod idem
pater familias iustissimus aliud imperat
hijs quibus seruitutem duriorem utilem
iudicat et aliud eis quos in filiorum locum
adoptare dignetur Sic videmus quod bonus
medicus eadem arte medicine non mu
tata sed inmobili permanente mutat
diuersum regimen et diuersa precepta lan
guentibus infirmis ita diuina prudencia
et diuina lege inmobili existente muta
bili creature sue varie subuenit pro
diuersitate membrorum lex ergo uel doc
trina veteris testamenti a christo non fuit
reprobata tamquam mala sed fuit mu
tata ubi fuit mutanda impleta ubi
fuit implenda euacuata ubi fuit eua
cuanda suppleta ubi fuit supplenda de
clarata ubi fuit obscura et exposita
ubi fuit praue intellecta Leccio ij

Venit autem ihesus in partes cesaree
philippi et interrogabat discipulos
suos dicens Quem dicunt homines esse
filium hominis At illi dixerunt Alij Johannem
baptistam alij autem heliam alij vero
ieremiam aut unum ex prophetis Dicit
illis ihesus Vos autem quem me esse dicitis
Respondens autem simon petrus dixit Tu
es christus filius dei viui Respondens autem
ihesus dixit ei Beatus es simon bariona
quia caro et sanguis non reuelauit tibi
sed pater meus qui in celis est Et ego
dico tibi quia tu es petrus et super hanc
petram edificabo ecclesiam meam Et
porte inferi non preualebunt aduersus eam
Et tibi dabo claues regni celorum Et
quodcumque ligaueris super terram erit
ligatum et in celis Et quodcumque solueris
super terram erit solutum et in celis Post
ta phariseorum doctrine reprobacionem In pre
sentia vero super dicebatur euangelista ponit
beati petri veram et fidelem confessionem

Et primo ponitur christi interrogacio Se
cundo ponitur apostolorum varias opinio
nes referencium christo Tercio ponitur petri
in persona omnium confessio Et quarto po
nitur christi predicte confessionis approbacio Quan
tum ergo ad primum dicit quod veniens ihesus
in partes cesaree philippi interrogabat
discipulos suos dicens Quem dicunt
homines esse filium hominis filium ergo
virginis ipse dicebat se esse quantum ad
humanitatem Sed querendo quem homines
eum esse dicunt significauit preter illud
quod in eo videbatur pauca propter huma
nitatem est in eo aliud senciendum Ut
hilarius dicit Quantum ergo ad secundum
ait quod respondentes discipuli dixerunt Alij
iohannem baptistam propter vite sanctitatem
Alij heliam propter miraculorum potestatem
alij ieremiam propter sue pietatem pietate
enim planxit aut unum ex prophetis propter
vaticiniorum varietatem Quantum ad tercium
ait quod requisitis discipulis quem christum
sentirent petrus pro omnibus respondit dicens
Tu es ihesus filius dei viui distinxit ad differenciam
deorum qui putabantur esse dij sed mortui
erant Mira dei prudencia sicut est ut
glosa dicit ut christus ipse confiteretur de se vera
humanitatem cum ait Quem dicunt ho
mines esse filium hominis et discipuli confi
terentur eius veram diuinitatem cum ait Tu
es christus filius dei viui et quia talis con
fessio est digna premio Quantum ad
quartum subdit Beatus es simon baryo
na quia caro et sanguis non reuela
uit tibi sed pater meus qui est in celis
Ecce una premiacio patris reuelacio nam
pater reuelat filium sicut hic dicitur quod pater
beato petro reuelauit filium et filius
reuelat patrem quia ipse dicit in Jo
hanne Nemo nouit patrem nisi filius
et cui voluit filius reuelare Pater
igitur reuelat filium et filius patrem Sic dicit
Crisostomus in libro de pastoralis dignitate

fuit. Secunda primacio ideo addit. Ame
dico tibi / q / tu es petrus & super hanc pe
tram edificabo ecclam meam / & porte in
feri diuisa gna viciorum vel diuersa dog
mata hereticorum vel diuisa tormenta
tirannorum no preualebunt adu̾sus eam
no dixit no appropinquabunt / sed no pre
ualebunt. Scdm enim exposicom Crisost
in hoc u̾bo xpus pastorem ecclie petru
fecit. Ita q est sensus / super hanc fidem
& confessionem quam fecisti edificabo ec
clam meam & fideles meos / quia multi
credituri sunt illud / quod tu es confessus
quorum pastorem & rectorem te facio / et
quia pastor non est ptate / ideo ponit
alia primacio que est ptatis tradicio
qn concludit. Et tibi dabo claues regni
celorum / claues nominat potenciam / qua
liget & soluat / & discrecom qua dignos
discernat ut Glosa dicit. Et quodcumque
ligaueris super terram. i. quemcumque dign in
remissione iudicaueris dum viuit indig
nus iudicabitur apud deum & quecumque
solueris sup terram. i. quemcumque soluendum
iudicaueris dum viuit remissione pecca
torum consequitur a deo scdm exposicom
glose. Sed hic possunt esse sex dubita
tones. Prima utrum petrus vel alij apl
cognouerunt xpm filium dei an hanc co
fessionem. Secunda utrum petrus fuit
constitutus a xpo caput tocius eccle
in spiritualibus & temporalibus. Tercia utrum
soli petro ptas regendi ecclam singu
lariter sit concessa. Quarta utrum alij
apli immediate a xpo eorum ptatem rece
perunt vel mediante petro. Quinta utrum
pp possit aliquem absoluere & ligare post
mortem vel solum dum est sup terram.
Sexta utrum dampnatus vel iudicatus p
aplicam sedem possit ad aliquem appel
lare. Ad primam est dicendum q ad hanc
dubitacionem Origenes sup hunc passum

dat duplicem solucionem & Crisostom
aliam duplicem. Prima est q aliud fuit
cognoscere ihm esse xpm / et aliud cog
noscere esse dei filium. Petrus ergo et
alij discipuli qui scilicet missi sunt ad
pdicandum fuerunt cognouerunt ihm esse xpm
i. iustum / sed non esse dei filium antequam
petro esset a patre celesti reuelatum. Se
cunda est q quando apli missi sunt ad
pdicandum minime quidem cognicionem
habuerunt q ihus esset filius dei. Sed
tunc pfectam cognicom fidei habuerunt de hoc qn
fuerunt capaces recipere doctrinam reuela
tam a patre manifestante eis hanc reue
lacom filiacom & hoc fuit tempore illo
qn petrus dixit / tu es xpus filius dei vi
ui. Crisostomi vero vnsio prima est
talis q apli & multi alij ante istam con
fessionem cognouerunt xpm esse filium
dei adoptiuum. Nam quando xpus exiens
in nauem & imperauit ventis & mari dixe
runt illi homines. Vere filius dei est
iste. Et Natanael dixit. Rabi tu es
filius dei / tu es rex isrl. Sed quia iste
non est dictum. Beati estis / sicut dictum est
petro. Beatus es Simon Bariona vel
filius columbe ideo credendum est il
los fuisse confessos ihm esse filium dei
adoptiuum confessio igitur illa que erat
digna beatitudine / & patris reuelacoe
erat talis q confitetur ihm esse filium
ex patre natum. Alia vnsio est que cadit
cum ista / quia ante apli cognouerunt vi
ihm esse filium dei pcipuum adoptiuum
sed non natum de substancia patris / quia
hoc nisi patre reuelante cognoscere potuerunt
& quia tunc petro & alijs aplis a patre
reuelatum est ideo dicendum est q tunc
pdicta confessio fuit beatitudine digna.
Ad secundam est dicendum q dicere summum
pontificem vicarium beati petri no pre
esse omnibus membris eccle in spiritualibus

et temporalibus est dicere in xpo a quo petri
auctas est derivata non fuisse ptatem sa
cerdotalem et regalem et hoc est expresse
contra auctem doctorum grecorum et latinorum
Dicit enim Cirillus patriarcha allexa
drinus in libro thesauro sicut xpus
accepit a patre ducatum et sceptrum ecclie gen
tium ex israel egrediens sup omnem
principatum et ptatem et sup omne quodcumque
est ut ei genua cuncta curvent plenissima
ptate sic et petro et eius succes
soribus plenissime commisit est similiter
hoc contra unitatem ecclie Nam si po
nimus duo capita regimini ponere duo cor
pora uno enim capite videmus quod regit
caro et spiritus que integrant hominem sic uno
capite debet regi homo in spirituali et tem
porali regimine dicit enim glossa super
hunc passum Quod petro singulariter
ptas commissa est a xpo ut nos ad uni
tatem provocaret ideo unum principalem
vicarium in tota ecclia esse voluit ad
quem diversa membra ecclie recurrerent
si forte adinvicem dissentirent illi enim
qui in temporali regimine excludunt se
a dnio beati petri excludunt se quod non
sint de ecclia nec eius membra quia
ut dicit Crisostomus super hunc passum Tu
es petrus et super hanc petram edifi
cabo ecclesiam meam sup confessionem
quam petrus fecit edificata est ecclia
et omnes fideles qui illud credunt quod
petrus confessus fuit quorum omnium pastorem
et rectorem petrum instituit ut quicumque
ab eius regimine se subtrahunt credant
se de ecclie corpore non esse omnia etiam
decreta ephesini concilii que clamant pe
tro et eius successoribus universalem po
testatem a xpo esse concessam ¶ Ad
tertium est dicendum quod potestas regendi
totam ecclesiam singulariter fuit a xpo
petro concessa quod patet primo ex aliorum
apostolorum et eorum emulacione dicit enim Cri
sostomus super illo libo Accesserunt disci
puli ad ihesum dicentes quis maior est
in regno celorum quoddam humani scan
dalum conceperunt apli quod etiam in se
iam occultare non poterant et tumo
rem cordis non sustinebant eo quod vide
rant petrum eis preferri et prehonorari quod
non fuisset si omnibus vel petro in per
sona omnium xpus hanc ptatem contes
sisset Cirillus etiam dicit in libro sup
dicto loquens aliis episcopis Itaque fratres mei
si xpm imitamur ut oves eius vocem eius
audiamus manentes in ecclia beati petri
et non inflemur vento superbie ne forte tor
tuosus serpens propter nostram contencionem
nos de ecclia eiciat sicut evam eiecit
de paradiso patet etiam hoc ex xpi lo
cucione quia singulariter dixit tibi dabo
claves regni celorum Unde in decretis e
phesini concilii scribitur nulli dubium
est quod ecclia romana fundamentum
et forma sit omnium ecclesiarum a qua omnes
ecclas principium sumpsisse nemo recte cre
dendum ignorat qui cephas vocatus
est quia primus et caput omnium aplorum Id
Crisostomus ad consultum bulgarorum loquens
in persona xpi sic ait Ter te petre in
terrogo quia ter me tepide et timide ne
gasti nunc autem ad me reductus ne
credant te fratres gratiam et ptatem clavium
amisisse quia amas me coram ipsis
tibi confirmo totum quod meum est plenum
¶ Ad quartum est dicendum quod nomine ptatis
clavium petro a xpo concesse potest in
telligi ptas peccata dimittendi que est
ptas ordinis vel potest intelligi iuris
dicio exequendi igitur ptas ordinis vel
ptas peccata dimittendi omnibus aplis in
mediate est aplis concessa non mediante
petro sed iurisdicio exequendi vel ptas

xvj

iurisdictionis immediate est a christo data soli petro et aliis non nisi mediante petri auctoritate. Hoc autem probatur primo auctoritate Crisostomi. Auctoritate enim super hunc passum Tibi dabo claves regni celorum. Vide qualiter christus reducit petrum ad exclusam de ipso intelligenciam. Illa enim se ei daturum promittit que sunt propria solius dei, scilicet peccata solvere et ecclesiam immutabilem facere inter tot persecuciones et procellas temptacionum. Et subdit: Hec autem potestas ligandi atque solvendi quamvis soli petro data videatur a domino, tamen ceteris apostolis datur et non omnibus episcopis et presbiteris tocius ecclesie. Sed ideo petrus specialiter claves regni celorum et principatum iudiciarie potestatis accepit ut omnes per orbem credentes intelligant quod quicunque ad unitatem fidei vel societatis vel sinus quolibet modo se membra segregant, tales nec vinculis peccatorum absolvi nec ianuam possunt regni celestis ingredi. Secundo hoc probatur ex decretis ephesini consilii ubi sic dicitur: Locutus est dominus ad petrum Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam, et quamvis omnibus apostolis post resurrectionem suam parem potestatem dederit et ait Accipite spiritum sanctum, sicut misit me pater et ego mitto vos, tamen ut unitatem manifestaret eiusdem unitatis originem ab uno incipiente sua auctoritate disposuit. Ex quibus patet quod potestas ordinis et peccata solvere hoc utique erat petrus quod et ceteri apostoli et episcopi quod propria pari consorcio preditti honoris et potestatis, sit potestas exequendi vel iurisdictionis mediante petro est aliis concessa. Sed quantum est dictum quod homines post mortem possunt absolvi vel ligari potest dupliciter intelligi. Primo absolucione et ligacione personali directe in se, et sic non possunt ligari nec solvi, sicut in se directe personali actu non possunt mereri nec demereri. Unde glosa super verba dicit: Quodcunque ligaveris super terram, exponit quicunque absolucione dignum iudicaveris dum vivit erit absolutus quia absolucionem consequitur a deo. Et subdit glosa quod non est data hominibus potestas ligandi vel solvendi mortuos sed vivos, nam qui mortuos solveret vel ligaret non super terram hoc faceret. Absolucione ergo personali per propriam operacionem meritoriam vel demeritoriam dum homines vivunt possunt ligari vel absolvi, non autem post mortem. Secundo autem potest intelligi eos absolvi vel ligari indirecte absolucione vel ligacione condicionali per operacionem vel subtractionem aliorum. Et potest ecclesia propter facere quod indulgencie valeant illis qui sunt in purgatorio dummodo vivi faciant illa propter que indulgencie ordinate sunt, per quas indulgencias absolvuntur a pena. Possunt eciam ministri ecclesie applicare defunctis sacrificium altaris, elemosinas et alia bonorum suffragia per quorum applicacionem absolucionem a pena consequuntur. Unde dicit Augustinus in enchiridion quod illis prosunt suffragia ecclesie qui hoc sibi meruerunt dum viverent ut possent eis prodesse si per eis fierent post mortem. Et sic intelligendum est de ligacione, quia potestas ecclesie excommunicare aliquos potest post mortem. Sicut legitur de Augustino quod multos post mortem excommunicavit, et quia excommunicacio est separacio a communione fidelium et percepcione suffragiorum et sacramentorum ecclesie, spirando bona viventium a mortuis est eos quodammodo indirecte ligare per subtractionem illorum per quorum participacionem absolverentur. Sed secunda est dicendum quod in decretis ephesini consilii ista questio terminatur. Habet enim triplica

sedes primatem z dignitatem z utilitate
respectu aliarum ecclesiarum propter que iudica
tus per eam ad aliam personam uel ecclesiam
appellare non potest nam de primitate dicitur
in capitulo dicti consilii cuncta per mundum nouit
ecclesia quod sacrosancta ecclesia romana de omni
alia ecclesia ius habet iudicare neque cui
quam de eius iudicio liceat dubitare siquidem
ad illam de qualibet mundi parte appellan
dum est ab illa nemo est permissus appel
lare. De eius vero dignitate subditur in
capitulo eiusdem consilii omnium hominum causas
deus voluit per hominem terminare. Iste
vero sedis romane presulum suo sine questio
ne seruauit arbitrio iudicat sine questione
z ideo via appellacionis ad deum non potest
appellari super iudiciis datis per summum
pontificem. Unde subditur ibi quod beati
petri successores zelo tantum uoluit de
bere innocentiam z subtilissimum discus
sionem industrie inuiolatam exhibere
consciam sed de huiusmodi ultate ipsius addit
in capitulo predicti consilii. Ipsa namque roma
na ecclesia ita reliquis vices suas tra
didit largiendas. Ut in parte sint solli
citudinis vocare non in plenitudine
potestatis. Ideo omnium appellancium apostolicam
sedem episcoporum iudicia z cunctarum causarum
z maiorum negocia eidem sancte sedi serua
ta esse liquet. Via ergo appellacionis
per modum iudiciarium discussionis cause
uel negocii occurrentis a iudicio z sententia
data per apostolicam sedem nec ad deum nec
ad hominem potest appellari. Lectio iij

Tunc precepit discipulis suis ut nemini
dicerent quia ipse esset ihesus xpistus. Et
inde cepit ihesus ondere discipulis suis quia
oporteret eum ire iherosolimam z multa pati
a senioribus z scribis z principibus sacerdotum
z occidi z tercia die resurgere. Et assumens
eum petrus cepit increpare eum dicens
Absit a te domine non erit tibi hoc. Qui
conuersus dixit petro. Vade retro me

sathana scandalum es michi. Quia non
sapis ea que dei sunt sed ea que hominum.
Tunc dixit ihesus discipulis suis. Si quis
vult venire post me abneget semet
ipsum et tollat crucem suam z sequatur me.
Qui enim voluit animam suam saluam
facere perdet eam. Qui autem perdiderit
animam suam propter eam ~~perdet~~ inueniet
eam. Quid enim prodest homini si vni
uersum mundum lucretur anime non sue de
trimentum paciatur. Aut quam dabit
homo commutacionem pro anima sua. Filius
enim hominis venturus est in gloria patris
sui cum angelis suis. Et tunc reddet
vnicuique secundum opera eius. Amen dico
vobis Sunt quidam de hic stantibus
qui non gustabunt mortem donec vide
ant filium hominis venientem in regno
suo. Posita petri vera z fideli confessione
de xpisto In parte ista ut supra dicebatur continentur
ponit ipsius xpisti z apostolorum sanguinis effu
sionem. Oportebat enim xpistum pati z re
surgere a mortuis z sic intrare in gloriam
suam ut dicitur luce ultimo. Et primo ponitur
passionis xpisti premunciacio. Secundo ponitur
petri increpatio z increpacionis reprehensio
Tercio ponitur predicte reprehensionis cause
assignatio. Quantum vero ad primum dicit
euangelista Et tunc audita confessione
petri quod esset filius dei precepit discipulis
suis quod nemini dicerent quod ipse esset ihesus xpistus
z racio est quia ihesus z saluator mundi ipse
fuit per mortem z passionem quia nondum
passus erat sed erat eam passurus
eo quod iherusalem oportebat eum ire z ibi
pati a iudeis z occidi z tercia die resur
gere (quo ante quam) xpistus crucifigeretur mi
sterium crucis predicandum non erat.
Quantum vero ad secundum est talis
racio Illius increpatio z reprehensio
est digna reprobari z non audiri qui
illa dicit que sunt contraria voluntati di
uine. Sed petrus assumens xpistum z

reprehendens eum seorsum de eo quod dixe
rat se in ierlm passurum et moriturum
contrarium dicebat voluntati divine quia
pater disposuerat eum pati pro salute
generis humani ergo merito reprehensio petri
fuit digna reprobari et non exaudiri
ymo sathan appellari quia xpi volunti
contrarius seorsum tamen accepit petrus etc
qui eum increpavit ne presentibus aliis di
scipulis magistrum videatur arguere ut
dicit Iohannes Sed quantum ad tertium triplex
racio assignatur quare dictum petri erat
dignum reprobari et contrarium voluntati
xpi Prima est illa qui debet sequi xpm
ad recipiendum mortem crucis non debet
xpm increpare si mortem crucis volt
pati Sed tamen petrus et quicunque alius
volens xpm sequi debet se ipsum abnegare
et crucem in mortem tollere aliter animam
suam non potest salvare ergo reprobandum
dum erat dictum petri volentem xpm
pati reprehendentis Secunda racio est
talis homini non prodest totum mundum
lucrari et vitam corporalem presentem atque
vere si animam suam perdat quam perdita
per nullius rei temporalis vel corporalis commu
tacionem potest redimere Sed perdendo
vitam pro xpo corporalem presentem homo
salvat animam perpetualem et lucrando
omnia corporalia et temporalia et conservando
vitam presentem ipsam animam eternaliter
perdit. Igitur reprobari debebat dictum
petri volenti xpi passionem impedire
Tercia racio est talis illis non est ti
menda mors quibus redditur eternum premium
in die iudicii quando xpus veniet in gloria
patris sui redditurus unicuique iuxta opera
sua et in presenti vita aliqui sunt qui
antequam moriantur aliquid videbunt
de illa futura gloria ad confirma
cionem future expectande et ad constan
ciam presentis passionis fortiter tollerandum sed

sed vos discipuli et omnes fideles estis
tales quibus vobis reddetur premium si in xpo
perseveratis et aliqui vestrum pauca petrus Ia
cobus et Iohannes aliquid vidistis de ista
gloria promissa ergo vobis mors timenda
non est sed letanter recipienda et sic in
crepatio petri contrarium persuadentis re
probanda est Sed hic possunt esse quatuor
dubitaciones Prima utrum antequam xpus
pateretur apostoli predicarent eum esse xpm
ihm Secunda utrum petrus peccavit
increpando xpm Tercia utrum xpus
de verbo petri fuit scandalizatus Quarta
utrum ad eundum post xpm tria sint ne
cessaria Quinta utrum quis volendo animam
salvare perdit illam Ad primam ergo
dubitacionem aliter respondet Iohannes aliter Crisostomus
et alii Primo Iohannes dicit quod aliud
est predicare xpm et aliud ihm quia
cum xpus est nomen dignitatis commune
regalis et sacerdotalis. Ungebantur namque
reges et sacerdotes poterant discipuli
ante mortem eius eum predicare esse
xpm non tamen ihm quia hoc erat proprium
vocabulum salvatoris quod licet fuit
xpo impositum in eius circumcisione
virtute tamen ostendit salvandi in pas
sione. Vult ergo Iohannes dicere quod bene pre
dicavit eum quantum ad omnes articulos
et circumstantias preter quod esset passurus
et sub poncio pilato iudicandus et sepeli
endus et tercia die resuscitandus per que
omnia nostram salutem operatus est sic enim
eum predicare salvator prohibuit apostolis
Crisostomus vero dicit quod hec prohibicio referen
da est quod totum tempus quod fuit ante
eius passionem in quo noluit xpus
quod predicaretur ihus vel filius dei propter
scandalum passionis quia ut ait sicut in
cordibus hominum firmiter radicata fides de
eius divinitate quod esset filius dei propter

dictorum apostolorum cum postmodum vidissent
eum pati et mori fuissent scandalizati
et perdidissent fidem de divinitate eius et
difficilius postmodum talis fides fuisset
in cordibus eorum plantata sicut patet
de apostolis qui scientes et confitentes eum
esse dei filium videntes eum captum
statim scandalizati fidem divinitatis eius
perdentes. Sed crisostomus dicit quod ideo pre-
cepit discipulis ut nemini dicerent quod
ipse esset ihesus christus vel dei filius ad
decipiendum et fallendum diabolum qui
summopere hoc appetebat scire ex toto cona-
tu. Unde si apostoli predicassent christum esse
filium dei ante passionem eius impedivisset
eius passionem sicut per uxorem pilati
conatus est impedire visis signis san-
ctitatis patrum sanctorum qui erant in limbo.
Ut igitur principem tenebrarum nomen
eius lateret noluit quod per apostolos predica-
retur antequam pateretur. Et dato quod aliquando
legatur ipsum appellatum est filium dei per
eum met aut per apostolos seu per alios
qui videbant eius miracula noluit
tamen hoc publice et frequenter per apostolos
predicari vel propter scandalum passionis
vitandum vel propter diabolum fallendum
ut dictum est. Quid sciendum est dicendum
quod ex tribus videtur petrus peccasse.
Primo quia christum increpavit contra pre-
ceptum apostoli. Seniorem ne increpaveris
sed obsecra ut patrem. Secundo quia scan-
dalum fecisse perhibetur unde dictum est ei
scandalum michi es et planum est quod
scandalum actu vel factum minus iuste
semper est peccatum. Tercio quia sathanas
est appellatus quod sonat adversarius
vel contrarius voluntati divine peccatum est.
Dicit ergo hylarius quod increpatio pe-
tri processit ex diaboli suggestione.
Suasit enim dyabolus petro ut christum

dicentem se velle mori reprehenderet. Ut
si forte christus petri reprehensione recu-
peret et recusaret mori cognosceret ex hoc
eum esse purum hominem quia naturaliter
pure hominis est fugere mortem et per
hoc voluit petrum excusare a peccato
aliquo vero dicentes christum affectum petri
recepisse et ignorantiam a diabolo in-
stigatam repulisse. Unde dominus sibi le-
gatur istud dictum. Vade post me satha-
na scandalum michi es ita quod prima
pars intelligatur dicta petro. Vade post
me ac si diceret exemplo mee passionis
sequaris me mortem sustinendo quam
ego experior. Et secunda subauditur esse
dicta dyabolo. Sathanas scandalum
michi es quia tua suggestione stu-
duit meum discipulum contrarium vo-
luntati mee. Sed beda dicit quod petri
increpatio processit ex quadam erga
christum privata affectione quia enim pe-
trus confessus fuerat christum esse filium dei
pro qua confessione audierat. Beatus es
simon bariona quia caro et sanguis
non revelavit tibi quam beatitudinem non
fuerat consecutus volens privari tali
beatitudine et volens defendere suam con-
fessionem qua christum dixerat esse filium
dei pati et mori dixit christo. Absit a te
domine quod hoc sit ac si diceret indignum
est te pati et mori quia sic non esset
verum quod tu es filius dei sicut confessus
sum nec ego reciperem beatitudinem
quam promisisti et talis affectio erat
privata et humana. Ideo audivit sta-
tim non sapis que dei sunt sed que
hominum. Unde cum talis amor privatus
sit peccatum quia secundum augustinum privatus
amor dicitur quod omni bono privatur
potius peccavit saltem venialiter in omnibus
enim in quibus locutus est petrus

Dictu

sedm Crisostom̄ ex se et non ut revelata
sibi a patre celesti turbacio et scandalum
passus est. ¶ Ad tercium est dicendum quod
dubitacionem determinat origenes super hunc
passum dicens quod cum secundum prophetam pax
multa sit diligentibus legem dei et sit
illis scandalum, non solum xpistus scan
dalizatus est. verumeciam omnes perfecti
viri exentes in carne scandalizari
verbum ergo xpisti dicentes petro scandalum
michi es dupliciter exponitur. Primo quod
sit dictum petro et tunc est sensus. scan
dalum michi es, ac si diceret contrarium est
in re tu dicis michi illud quod prebet
michi scandalum. Est enim scandalum
dictum vel factum minus rectum occasionem
prebens ruine ad ambulandum in via
dei. petro ergo persuadens ut non reci
peret mortem quam ex divino consilio
acceptaverat dicebat dictum minus rectum
et contrarium ex se occasionem prebebat ruine
ipsi xpisto in via dei non quod ipse standa
lizatus fuit in aliquo sed petrus ex
se occasionem scandali prebuit. Secundo
quod sit dictum dyabolo et tunc est sensus
scandalum michi es sathanas, quia
tua suggestione scandalizas meum
discipulum petrum occasionem sibi pre
bens ruine quando a te instigatus persua
det michi ut mori pro salute humane na
cionis non debeam in quo scandalizato
ego scandalizabor et ego patior et scan
dalizor iuxta illud apostoli Quis infirmatur
et ego non infirmor, quis scandalizatur
et ego non uror. ¶ Ad quartam est dicen
dum quod xpistus istam dubitacionem determinat
per hunc modum ait quod ad eundem tria re
quirentur. Primum est omnium voluptatum
carnalium et temporalium abnegatio Se
cundum est crucis mortis recepcio
Tercium est xpisti secucio et imitacio

Primum notatur in verbis salvatoris quibus
ait qui vult venire post me abneget
semetipsum. Secundum cum ait et tollat
crucem suam. Sed tercium est cum postponitur
et sequatur me. Et subdit quod unum istorum
non sufficit sine altero. Nam multi phi
losophi pagani ut socrates et plato omnia tempora
lia et universas carnalium voluptates
abnegaverunt propter speculacionem sciencie et
et acquisicionem virtutum moralium que ac
quiri non possunt nisi sedatis et morti
ficatis passionibus, et tamen isti post xpistum
non venerunt, quia crucem et mortem pro
xpisto non receperunt. alii autem vero bene et
crucem et mortem sustinent, sicut latrones
et heretici qui suspenduntur et comburuntur
et tamen post xpistum non vadunt, quia non
sequuntur nec ex caritate ipsum imitantur
Omne qua dicente apostolo Cuncta tormen
torum illis machinamenta nichil non suffici
unt nec prosunt ad salutem, abnegacio
ergo crucis est recepcio et xpisti secucio re
quiruntur ad eundum post xpistum secundum Au
gustinum in encheridion. Primum istorum fit
per fidei confessionem Secundum vero per eterne
vite expectacionem Sed tercium per caritatis
dilectionem. Unde idem in libro de vera re
ligione dicit quod xpistus fide est fidendus
spe spectandus et caritate querendus
et imitandus. ¶ Ad quintam dubitacionem
secundum Origenem sic primo respondetur qui vult
salvare animam suam per presentis vite pre
ciam perdet eam per eterne vite carenciam
ut si quis amator vite presentis parcit anime
sue timens mori et putans animam suam
per hanc mortem perire. Hic ut ait homo
modo volens salvare animam suam perdet
illam alienam faciens a vita eterna
Sed si quis contempnit presentem vitam
et usque ad mortem certat pro veritate et
iusticia perdet quidem animam suam

Caplm

qntum ad p̄ntem vitam. Alio modo vnde
per Crisostom̄ sic. Qui volt animam sua
saluare p mundi lucrum ꝛ tpalium ac
quisicionem pdent eam p nullius rei
comutacōm. Aut enim q si homo pdit
equos domos diuicias pt omia hec
p alias diuicias ꝛ p aliaꝝ rerum co
mutacōm redime. Sed si homo pdit
animam esto q sit domin⁹ tocius orb
terraꝝ nunq potest animam redime
vl p comutacōm alicui⁹ rei amplius
acquire. Qui volt ergo animam suam
saluafacere p mundi lucru ꝛ carnaliu̅
ꝛ tempalium acqsicionem pdet eam p
nullius rei comutacōm. Et scdm hunc
modū exponit vbum saluatoris dicet
Quid prodest homi si vniusum mūdi
lucretur ꝛ anime sue detrimentum
paciatur. Cum nullam comutacōm
possit homo dare pro aīa sua acq̄
renda scilicet vl redimenda. Ca̅m xvij m

xvij Et post dies sex assumpsit ihūs
petrum et Jacobum ꝛ Johanne
frēm eius. Et ducit illos in montem
excelsum seorsum. Et trāsfiguratus e
ante eos. Et resplenduit facies eius si
cut sol vestimēta autem eius alba fca
sunt sicut nix. Et ecce apparuerunt illis
moises ꝛ helias cum eo loquentes. Respo
dens aut petrus dixit ad illum. Dñe
bonū est nos hic esse. Si vis faciam
hic tria thabnacula. tibi vnu moisi
vnū helye vnū. Adhuc eo loquēte. ecce
nubes lucida obumbrauit eos. Et
ecce vox de celo dicens. hic est filius
meus dilcus in quo michi bn̄ compla
cui ipm̄ audite. Et audientes discipu
li ceciderunt in faciem suam ꝛ timu
erunt valde. Et accessit ad eos ihs
ꝛ tetigit eos dixitq illis. Surgite
et nolite time. Leuantes aut oclos
suos neminem viderunt nisi solum

ihm. Et descendētib; illis de monte
pcepit eis dicens. Nemi dixitis vi
sionem donec filius homis a mortu
is resurgat. Determinato de ptatis ecclia
stice petro tradite institucōe. In parte
ista vt sup dicebatur ewāgelista determinat
ad confirmacōm istius de xpi trāsfigura
cione. Et primo ponitur glorie trāsfigu
racōnis ostensio. Secundo ponitur aplo
rum dubitacō. Et tercio pon̄ de xpi
passione eoꝝ dubitacō pturbacio. Se
cunda ibi. Interogauint eum. Tercia ibi.
Conusantib; ante eis in ostione glorie
istius transfiguracōnis. Primo pon̄
eius narracio. Secundo pon̄ patne
vocis testificacō. Circa primū ergo ad p̄m
narrat̄ trāsfiguracō pdicta qntum
ad quatuor. Primo qntum ad tpis det
minacōm. quia post dies sex dicit lu
cas vō dicit post dies octo. quam dū
sitatem soluit Jom⁹ dicens. ꝛ sex
dies sunt nō computato die quo xpc
pdixit hanc gloriam ostensens. nc vltio
quo talis trāsfiguracō est facta. Sed
octo sunt illis duob; dieb; cū medijs
coputat ꝛ mito post sex dies facta
sunt. vt dicit Math ꝛ post octo vt dīt
lucas. quia in sex dieb; mundus iste
visibilis creatus est. ꝛ qui volt gloꝛ
dei videre omes res mundiales trāsce
dere deb; ꝛ montem ascendere post oc
to dies quia octaua etate futura e
gloria resurreccōnis. Secundo qntm
ad sanctoꝝ assumpcōm quia assup
sit petrum Jacobum ꝛ Johannem
frēm eius in montem excelsum seorsu.
Tres namq̄ socios assumpsit. vl ppt
fidem trinitatis. quia qui fidem tri
nitatis mente incorrupta tenet di
uine visione glorie letant̄. vl quia
in tribus assumpt de terra oritur trin
Sem. cham. et Japhet. futura elcō

propter hoc ostenditur ut Gloza dicit. Tercio
quantum ad claritatis ostensionem qua transfi-
guratus est ante eos. Nam qualis futu-
rus est in tempore iudicandi talis apostolis ap-
paruit. Unde dicit Ieronimus. Et resplenduit
facies eius sicut sol. et vestimenta eius fa-
cta sunt alba sicut nix. Unde Gloza. Splen-
dor faciei ostenditur et candor vestium descri-
bitur non substancia tollitur. Quarto quantum
ad testium locucionem qua apparuerunt Moi-
ses et Helias cum eo loquentes. Quid autem
loquerentur isti Lucas nono exprimit dicens
quod dicebant excessum quem completurus
erat in Iherusalem de passione. Quinto quan-
tum ad Petri locucionem. petiit enim
visa claritate tria thabernacula Christo
unum Moisi unum Helie unum. Cogitavit
enim Petrus ut Crisostomus dicit quod si sic fieret hoc
Christus Iherusalem non ascenderet ad recipiendum
mortem sicut predixerat. cogitabat eciam
ut ait quod Helias ibi erat qui ignem
in monte descendere fecerat ad devorandum
duos principes quinquagenarios et Moises
qui intravit nebulam et ideo locutus est.
unde fieri poterat ut sic occultarentur
quod eius nullus persecutorum sciret ubi essent.
Sexto quantum ad scandum elevata dicit quod
adhuc loquente Petro lucida nubes obum-
bravit eos que nubes ut Gloza dicit
fuit Spiritus Sanctus. et vox patria de nube dixit. Hic
est filius meus dilectus in quo michi com-
placuit ipsum audite tanquam doctorem
evangelii in quo lex et prophete implentur.
et audientes discipuli in faciem suam
et timuerunt valde. Unde enim Ieronimus
timuerunt quia cognoverunt se mala pe-
tiisse. vel quia nubes lucida apparuerat
eos aut quia vocem patris loquentis audie-
rant. quibus tactis per Christum effugavit
ab eis timorem. et descendentibus illis de
monte precepit eis ut nemini dicerent donec
filius hominis resurgeret a mortuis. et hoc
ideo ut dicit Gloza. Quia si gloria talis
in populo fuisset divulgata forsitan pas-
sionem eius impedivissent. Vel quia tan-
ta gloria visa primus et postmodum passione
eius ostensa scandalum generasset. Sed hic
possunt esse sex dubitaciones. Prima
utrum ante suam passionem Christus debuit
transfiguracionem gloriam claritatis ostendere.
Secunda utrum illius claritatis fuit vera
et eadem cum claritate corporum celestium.
Tercia utrum maior sit claritas corporis
quam corporum aliorum sanctorum. Quarta utrum
in tali claritate debuerit apparere Moises et
Helias. Quinta utrum solum tribus
discipulis debuit ostendi. Sexta utrum tota
trinitas ibi fuit manifestata sicut in
baptismo. Ad primam est dicendum quod
Crisostomus triplici racione ostendit congruum
fuisse Christum ante suam passionem claritatem
sue glorie manifestasse. Primo propter
apostolorum confortacionem. Secundo propter eorum
dubitacionis remocionem. Tercio propter future
glorie acquisicionem. Dixerat enim Christus
in mente discipulis qui vult venire post
me abneget semetipsum et tollat crucem
suam et sequatur me. Istud autem iter
ad sequendum Christum videbatur esse multum
asperum et difficile crucem tollere mor-
tem sustinere seipsum negare visibilia
per invisibilia committere negare quod scias tamen
velle esse quod non scias saltem sine itineris
non viso non ostenso nec aliquo cognito mul-
tum est difficile per viam ambulare. et
terminum vie ex toto ignorare sicut est difficile
sagittantem sagittare si signum omnino
ignoraret. Unde cum Christus diceret Iohannis xiiii
Quo vado scitis et viam scitis. Respondit Tho-
mas dicens. Domine nescimus quo vadis et
quomodo possumus viam scire. Proponens ergo
discipulis et aliis fidelibus tam asperum iter
et viam sit difficilem voluit ad eorum percogni-
cionem et pregustacionem eis ostendere de termino
istius vie et qualiter per gustata dulcedine
primum et viso fine et termino vie facilius et
delectabilius per huius viam ambularet. Unde
Paulus post raptum ad tercium celum

arripiebat dissolui et esse cum xpo Secundo
ppt dubitacionis remocionem predixerat enim
aplis xpus passionem et futuram postmodum
gloriam et ideo poterant ergo apli de ista
promissione scandalum sustinere et tali
cogitacione dicere passionem et mortem dicit
esse venturam sed quod promittis te resur
recturum in gloria tempus differt quantum
ad nos quia nec tempus nec diem nec horam vis
nobis revelare ideo multo scandalum pati
mur de ista promissione Volens ergo
cognitor occultorum eos ab ista dubitacione
removere dicit sunt quidam de hic stanti
bus qui non gustabunt mortem donec vi
deant filium hominis venientem in regno
suo i. in eam claritate fulgente in qua p
acto iudicio videbitur ab omnibus et sicut
promisit sic observavit post dies sex
non tamen expressit nomina illorum discipu
lorum qui hic visuri erant quia reliqui
valde concupiscerent sequi exemplum illius
glorie visuri et gravius tulissent vel nimis
despecti si non fuissent vocati ut dicit
Cris. Tercio propter illius glorie possibile
acquisicionem modus enim acquirendi fu
turam gloriam est passio et mors tam
in xpo quam in aliis Nam de se dicit Luc
ultimo Oportebat xpm pati et ita intrare
in gloriam suam De aliis vero dicit apls
quod per multas tribulaciones oportuit regnum
celeste intrare quia non coronabitur nisi
qui le. ce. sicut ergo aliquid possibiliter
ostenderet xpus de modo acquirendi illam
gloriam premissa de morte dicens quod sicut
non odiret animam non posset salvare ip
sam et nisi granum frumenti cadens in terram
mortuum fuerit non faceret si voluit
aliquid possibiliter ostendere de claritate
illius glorie ante suam passionem
Ad secundum est dicendum quod eandem cla
ritatem xpus in hac transfiguracione mo
stravit in qua venturus est vivos et mor
tuos est iudicaturus quantum ad tria ostensionem

quia non aliud corpus nec aliam faciem
ostendit quam prius habuit et quem in fine mundi
ostensurus est sed unum alterum corpus et
alteram faciem Unde Ieronimus dicit Ne
mo putet xpm pristinam formam et
faciem perdidisse vel amisisse corporis veri
tatem et assumpsisse corpus spirituale vel
aereum sed splendore faciei ostendit et
candore vestium describitur substancia tamen corporis
non immutatur ita quod transfiguracio predicta
splendorem addidit et faciem non subtraxit
Secundo eandem claritatem ostendit quantum
ad ipsius glorie manifestam derivacionem
quia sicut post resurreccionem claritas corporis xpi
derivata est a divinitate et ab anima eius
in corpus sicut tunc factum est talis cla
ritas virtute divinitatis ab anima xpi
semper gloria existente derivata est in corpus
et vestimenta ipsius Tercio mostravit ea
dem claritatem quantum ad videncium
delectacionem Nam claritas solis vel alterius
corporis extrinseci excedentis videntes
oculos videncium contristat oculos non
delectat nec confortat sed corrumpit quia
excellens sensibile corrumpit sensum Sed
claritas hic in corpore xpi et vestimentis
ostensa oculos apostolorum demulcebat in
tantum ut petrus diceret faciamus hic tria
tabernacula tanta enim erat delectacione
inebriatus ut sicut lucas narrat nesci
eret quid diceret propter quod eadem erat claritate
corporis resurgencium de qua scribitur
quod nec saciabatur oculus visu nec auris
implebitur auditu Sed verum est quod non
fuit eadem quantum ad corporis duracionem quia
sicut communiter ponitur non fuit illa cla
ritas inducta in xpi corpore per modum qua
litatis immanentis sed transeuntis Ut
Augustinus ponit xii super Gen. de visione
pauli quia vere dicit ut illa beatitudo
quam ostensa paulo in illo raptu
mostrata est non permanenti sed solum

transcendit. Ad tertium est dicendum quod hanc dubitacionem facit Remigius super hunc passum dicens: Et si facies Christi resplenduit sicut sol, et sancti sicut sol fulgebunt, nunquid erit equalis claritas deo et servorum? Ad quod respondendum quod non, dictum est enim supra quod gloria corporis derivabitur a claritate et gloria anime Christi. Cum igitur gloria anime Christi maior esse non possit, ut pote anime personaliter divinitati coniuncte, non potest sibi claritas alicuius corporis equari claritati corporis Christi. Verumquia in corporalibus nichil invenitur lucidius sole, ideo ad manifestandum exemplum fuit communis et facies dei resplendere et iusti fulgere dicitur sicut sol. Erunt ergo corpora sanctorum corpori Christi in claritate configurata sed non coequata. Ad quartum est dicendum quod de apparicione Moisi et Helie in transfiguracione salvatoris vel queritur de veritate vel de congruitate. Si ergo queritur de veritate dicendum est quod vere non fantastice anima Moisi de inferno veniens et corpus aliquod vel de aere seu de aliena materia formans ibi apparuit, et Heliam proprio corpore se ibi demonstravit. Unde dicit Jeronimus super hunc locum quod scribis et phariseis signa de celo petentibus Christus dare noluit, sed in sua transfiguracione ut fidem augeat suorum apostolorum signum de celo dedit, quia Eliam fecit descendere de excelso loco ad quem condescenderat, et Moisem fecit ab inferis resurgere, quatenus impletum sit quod preceptum est Achaz per Ysaiam: Pete tibi signum a domino deo tuo in profundum inferni sive in excelsum supra. Et si queratur de congruitate, Crisostomus multas congruitates assignat. Primo propter populi opinionis remocionem; dicebant enim aliqui Christum esse Heliam, aliqui vero Jeremiam. Indicavit ergo Christus in testimonium sue glorie capita prophetarum maiorum, ut ex istis cognoscatur quanta est differencia inter deum et suos. Secundo propter scribarum et phariseorum confutacionem; dicebant enim Christum esse transgressorem legis, et Heliam emuli

prophetarum in testimonium suum adduxit. Tertio propter sue glorie universalem participacionem. Moises enim et Helias representabant statum precedencium passionem Christi, et sui apostoli statum sequencium; et ideo ut ostenderet omnes sue glorie participes et precedentes et sequentes habere voluit in eius signum turbe que precedebant et que sequebantur clamabant: Benedictus qui venit in nomine domini. Quarto propter vite et mortis dominacionem. Nam Helias nondum erat mortuus, ideo significabat statum vivorum. Istos ergo testes habere voluit ut ostenderetur quod ipse erat iudex vivorum et mortuorum. Quinto propter sue passionis assimilacionem. Sicut enim salvator pro salute humani generis morte sua tirannum dyabolum superavit, sic Moises pro salute sui populi Pharaonem, et Helias Acha regi se presentavit et mortis periculo se exponens. Ad quintum est dicendum quod Crisostomus dicit quod ideo istos tres assumpsit propter prerogativam dignitatis. Isti namque tres, ut dicit Sepulus ad Galatas primo, columpne erant et maiores inter apostolos, et celestia dona ordo merito requirit ut per maiores ad inferiores descendant. Secundo propter prerogativam sanctitatis. In Petro namque fuit fidei cognicio, qua illustratus Christum esse dei filium confessus est. In Johanne vero caritatis dileccio, quia pre ceteris est a Christo dilectus. In Jacobo vero spei tencio; tenuit enim Jacobus fratrem qui vocabatur cum eo nec dimisit ipsum donec ab eo fuit benedictus, ut scribitur in Genesi. Et prestat tres virtutes ascenditur ad claritatem dei videndam. Tertio propter testimonium veritatis. In ore enim duorum vel trium stat omne verbum. In cuius signum Petrus tria tabernacula fieri pecijt, ut Christo perhibent testimonium lex, prophetia et evangelium. Erravit enim Petrus hic petens, sicut dicit Jeronimus, quia ecclesia unum tabernaculum habet in quo lex et prophete complentur. Erravit secundo

Vt aut quia si xpus fecisset ibi claues regni
celestis sibi promissas non recepisset · errauit 3º quia volebat vt regnum electorum
constitueret in terra non in celo sicut
dominus promiserat · errauit 4to quia
oblitus est se et socios suos esse mortales
et sine gustu mortis voluit habere eternam
felicitatem · Damascenus vero assignat alias
rones quare istos tres assumpsit · Primo
propter auferendam inde prodicionis occasionem
Nam solus Iudas indignus erat videre
claritatem dei si tamen hos alios tamquam
dignos assumpsisset et ipsum tamquam indignum
dimisisset ad maiorem maliciam fuisset
prouocatus · Reliquit ergo eum aliis apostolis
occasionem inuidie eius tollendo et istos tres
accepit tamquam predictam rem potentes
tenere magis celatam vsque ad tempus
reuelacionis · Secundo propter petri confessionis
confirmacionem confessus enim fuerat
quod erat dei filius et sibi xpc dixerat quod posse
deberet toti ecclesie voluit ergo vterque
dum patris testimonio sibi confirmare quod
auditum est · Hic est filius meus dilectus
in quo michi complacui ipsum audite ·
Jacobum vero assumpsit tamquam primo moriturum
pro xpo ante omnes discipulos · Johannem
vero sicut purissimum theologie
organum vt visa xpi gloria que non
subiacet tempori resonet illud in principio erat verbum
vel propter specialem eius recomendacionem quia petro
singulariter claues ecclesie fuerant commisse
Johanni singulariter mater recomendata
· Jacobus vero primus sedem sacerdotalem ascendit
· Ad septimum est dicendum quod sicut
apostolus ad romanos viijº dicit · Tota perfectio
predestinatorum et adopcionis filiorum dei consistit
in hoc vt sint conformes ymagini
filii eius qui est primogenitus in multis
fratribus · Ista autem conformitas in duobus
ostendit · Primo in gracie recepcione
et peccatorum remissione · Secundo in glorie
consecucione et cum trinitate fruicione · Primam
conformitatem xpus nobis ostendit in baptismo
quia baptismum consecrando et tactu
sue mundissime carnis vim regeneratiuam
aquis conferendo et tunc omnes qui baptizantur
incorporantur xpo et conformantur
sibi per peccatorum et gracie receptionem · Secundam
vero conformitatem ostendit nobis xpus
in transfiguracione quia tunc illam claritatem
apostolis ostendit quam conferre
daturus est omnibus electis eius et quia
ista gracie collacio que pertinet ad primam conformitatem
et glorie adepcio que pertinet
ad secundam est opus tocius trinitatis
ideo tam in baptismo quam in transfiguracione
tota trinitas est manifestata nam in
baptismo filius in carne · pater in voce
spiritus sanctus in columba que innocentiam
regeneratorum ostendebat · In transfiguracione
vero filius similiter in humanitate pater
in voce et spiritus sanctus in nube lucida que
claritatem manifestabat · Vnde Damascenus
dicit · Ter dyas videns xpm fulgere
recordatus est moisi cuius glorificata est
facies ita vt filii israel non possent respicere
in eum · Sed ut ait deceptus fuit quia
moises glorificatus est extrinsecus adueniente
gloria xpus autem ex innata gloria diuine
fulgore nam yppostasis vnio vna
et eadem est gloria verbi et carnis ergo
transfiguratur xpc non quod accipiens quod
non erat sed manifestans discipulis quod
erat propter quod signanter ait Math ·
Et transfiguratus est ante eos attestatur
etiam magnitudinem glorie xpi stupor et
timor discipulorum · Nam in baptismo turbe
que ibi fuerunt vocem patris audientes
claritatem tamen xpi corporis nondum videntes
non dicuntur timuisse vel in facies suas
cecidisse · Sed discipuli in transfiguracione
dicuntur timuisse nube clara
eos obumbrante quia humana fragilitas
conspectum maioris glorie ferre
non sustinet vt dicit Crisostomus
Require.   · Leccio · secunda   lco ij

dobij

Et meto gaudet eum discipuli eius dicentes / Quid ergo scribe dicunt q̄ helyam oporteat primū venire / At ille videns aut eis helias quidem ventturus est & restituet omnia / Dico autē vobis q̄ helyas iam venit & non cognouerunt eum sed fecerunt in eum quecunq; voluerunt / Sic & filius hominis passurus est ab eis / Tunc intellexerunt discipuli quia de Johanne baptista dixisset eis / Et cum venisset ihūs ad turbam accessit ad eum homo genibus prolapsus & dixit ad eum / Domine miserere filio meo quia lunaticus est & male torquet / Nam sepe cadit in ignem & crebro in aquam / Et obtuli eum discipulis tuis & non potuerunt curare eum / Respondens ihūs ait / O generatio incredibilis & prava quo usq; ero vobiscum / usq; patiar vos / Afferte huc illum ad me / Et increpauit illum ihūs & exiit ab eo demonium / & curatus est puer ex illa hora / Tunc accesserunt discipuli ad ihūm secreto & dixerunt ei / Quare nos non potuimus eicere illum / Dixit illis ihūs / Propter incredulitatem vestram / Amen quippe dico vobis si habueritis fidem sicut granum sinapis dicetis monti huic / Transi hinc illuc / & transibit / Et nichil impossibile erit vobis / Hoc autem genus non eicitur nisi per orationem & ieiunium / Dum essent igitur in galilea conuersantibus eis / Ihūs dixit illis / Futurum est ut filius hominis tradatur in manus hominum / Et occident eum / Et die tertia resurget / Et contristati sunt vehementer / Et cum venissent capharnaum accesserunt qui didragma accipiebant ad petrum & dixerunt / Magister vester non solvit didragma / Ait illi / Utique / Et cum intrasset domum prevenit eum ihūs dicens / Quid tibi videtur simon / Reges terre a quibus accipiunt tributa vel census / A filiis suis an ab alienis / Et ille dixit / Ab alienis / Ait illi ihūs / Ergo liberi sunt filii / Ut autem non scandalizemus eos / Vade ad mare & mitte hamum & eum piscem qui primus ascenderit tolle & aperto ore illius invenies staterem / Illum sumens da eis pro me & te / Eadem hora accesserunt discipuli ad ihūm dicentes / Quis putas maior est in regno celorum / Et advocans ihūs puerum statuit eum in medio eorum & dixit / Amen dico vobis nisi conversi fueritis & efficiamini sicut parvuli non intrabitis in regnum celorum / Quicunq; ergo humiliaverit se sicut parvulus iste hic est maior in regno celorum / Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo me suscipit / Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis qui credunt in me expedit ei ut suspendatur mola asinaria collo eius & demergatur in profundum maris / Vae mundo a scandalis / Necesse est enim ut veniant scandala / Verumtamen vae homini illi per quem scandalum venit / Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te abscide eum & proice abs te / Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum / Quam duas manus habentem vel duos pedes mitti in ignem eternum / Et si oculus tuus scandalizat te eruc eum & proice abs te / Bonum tibi est cum uno oculo in vitam intrare / Quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis / Videte ne contemnatis unum ex pusillis istis / Dico enim vobis quia angeli eorum in celis semper vident faciem patris mei qui in celis est / Quid vobis videtur / Si fuerint alicui homini centum oves & erraverit una ex eis nonne dimittit nonaginta novem in montibus & vadit ad querendam illam que errauit / Et si contigerit ut inveniat eam amen dico vobis quia gaudet super eam magis quam super nonaginta novem que non erraverunt / Sic non est voluntas ante patrem vestrum qui in celis est ut pereat unus de pusillis istis / Si autem peccaverit in te frater tuus vade & corripe eum inter te & ipsum solum / Si te audierit lucrifecisti fratrem tuum / Si autem non audierit adhibe tecum adhuc unum vel duos ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum / Quod si non audierit eos dic ecclesie / Si autem ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus / Amen dico vobis quecunq; alligaveritis super terram erunt ligata & in celo / Et quecunq; solveritis super terram erunt soluta & in celo / Iterum dico vobis quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcunq; petierint fiet eis a patre meo qui in celis est / Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum / Tunc accedens petrus ad eum dixit / Domine quotiens peccabit in me frater meus & dimittam ei / Numquid usq; septies / Dicit illi ihūs / Non dico tibi usq; septies / Sed usq; septuagies septies / Propterea assimilatum est regnum celorum homini regi qui voluit rationem ponere cum servis suis / Et cum cepisset rationem offerri ei unus debitor decem milium talentorum / Cum autem non haberet unde redderet dominus eius iussit eum venundari & uxorem eius & filios & omnia que habebat & reddi / Prostratus autem servus ille rogabat eum dicens / Domine patientiam habe in me & omnia reddam tibi / Misertus autem dominus servi illius dimisit eum & debitum dimisit ei / Egressus autem servus ille invenit unum de conservis suis qui debebat ei centum denarios / Et tenens suffocabat eum dicens / Redde quod debes / Et procidens conservus eius rogabat eum dicens / Habe in me patientiam & omnia reddam tibi / Ille autem noluit sed abiit & misit eum in carcerem donec reddat debitum / Videntes autem conservi eius quod factum fuerat contristati sunt valde & venerunt & narraverunt domino suo omnia que factum fuerant / Tunc vocavit illum dominus suus & ait illi / Serve nequam omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me / Nonne ergo oportuit & te misereri conservo tuo sicut & ego tui misertus sum / Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quoadusq; reddat universum debitum / Sic & pater meus celestis faciet vobis nisi remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus vestris / Et factum est cum consummasset ihūs sermones hos transtulit se a galilea & venit in fines iudee trans iordanem / Et secuti sunt eum turbe multe & curauit eos ibi / Et accesserunt ad eum pharisei tentantes eum & dicentes / Si licet homini dimittere uxorem suam quacunq; ex causa / At ille respondens ait eis / Non legistis quia qui fecit hominem ab initio masculum & feminam fecit eos / Et dixit / Propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adherebit uxori sue & erunt duo in carne una / Itaque iam non sunt duo sed una caro / Quod ergo deus coniunxit homo non separet / Dicunt illi / Quid ergo moyses mandavit dare libellum repudii & dimittere / Ait illis / Quoniam moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras / Ab initio autem non fuit sic / Dico autem vobis quia quicunq; dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem & aliam duxerit mechatur / Et qui dimissam duxerit mechatur / Dicunt ei discipuli eius / Si sic est causa hominis cum uxore non expedit nubere / Qui dixit eis / Non omnes capiunt verbum istud sed quibus datum est / Sunt enim eunuchi qui de utero matris sue sic nati sunt / Et sunt eunuchi qui castrati sunt ab hominibus / Et sunt eunuchi qui castraverunt semetipsos propter regnum celorum / Qui potest capere capiat / Tunc oblati sunt ei parvuli ut manus eis imponeret & oraret / Discipuli autem increpabant eos / Ihūs autem dixit / Sinite parvulos & nolite eos prohibere ad me venire

constringitur et caro per ieiunium maceratur.
¶ Sed hic possunt esse iiii dubitaciones. Prima
dubium cum dyabolus vexet hominem si
talis vexatio sit expectata. ¶ Secunda dubium
sit aliquod genus demoniorum quod non
nisi ieiunio et oracione expellatur. ¶ Tercia
dubium fides propter suam paruitatem grano
sinapis comparatur. ¶ Quarta dubium quare
quorum montes fecerunt transferri. ¶ Ad primam
est dicendum quod ut dicit Crisostomus in vexa-
tis a demone quosdam lunaticos impe-
tum aspicimus quia quorum aliquorum motus
bonorum operum appetunt quorum ut qui abrepti
a demonio quibusdam passionibus con-
prehendunt. Ut a bono proposito recedant
quibus fit per mocionem lune patiatur et
creaturam per creaturam culpabilem fa-
ciunt. Contingit autem talis vexacio pri-
mordialiter ex peccato originali quia si
dono iusticie originalis homo spiritibus
malis subiectus non fuisset penas vel
lesiones aliquas ab eis vel per se vel
creaturas recipiendo culpa non precede-
te. Sed cum primus homo a demonio fuit
superatus in persona omnium se omnes penali-
tates meruit ab eo recipere quia a quo
quis superatus est eius servus est. Un-
de dicit Crisostomus quod iste puer vexatus a dy-
abolo non peccato suo personali tamen ab infan-
cia sua dyabolus cepit eum vexare
sed solum peccato originali diabolus in
eum potestatem accepit. Secundum vero dicit
quod istam vexacionem promeruit ex suo
peccato actuali. Unde cum dominus Christum illu-
d increpasse refert. Hanc increpacionem
factam esse ad puerum eo quod propter peccata sua
non que primitiva commiserat sed que vi-
uendo addiderat fuerat a demonio
oppressus. Et hic satis concordat dictis sal-
vatoris dicentis: tale genus demoniorum
eici non posse nisi oracione humilitatis

et ieiunio castitatis per quod datur intelli-
gi quod demon vexabat istum propter su-
perbie ascensionem et propter luxurie sub-
mersionem. Ideo dicitur quod frequenter eum
in ignem vel in aquam perdere voluit.
Theophilus vero ait hunc puerum
vexatum fuisse a demone propter infi-
delitatem patris dicens ideo deum per-
misisse filium sic vexari ut petendo
pater qui erat incredulus filii sanitatem
et videndo medici potestatem reduceretur ad
fidem. Unde cum Christus sibi diceret pete-
ti. Ut quid potes adiuva nos. Si cre-
dere potes potest fieri quia omnia possibilia
sunt credenti. Audivit credo domine ad-
iuva tamen incredulitatem meam de mo-
dica ergo et imperfecta fide quam habebat
pater istius pueri de Christo quia dice-
bat si quid potes quasi dubitando
reductus est ad perfectam et integram fidem.
Provenit igitur vexacio demonii quandoque
ex peccato originali quandoque ex peccato actu-
ali et personali quandoque ex peccato paternali.
Nam omnibus istis modis demon ve-
xabat puerum predictum ut dictum est.
¶ Ad secundam dubitacionem respondet Cri-
sostomus dicens demoniorum genus posse
accipi particulariter et universaliter. Etiam
licet homines demones temptent
homines de omnibus viciis singulariter
tamen aliqui deputati sunt ad temp-
tandum magis de superbia aliqui vero
magis de luxuria ut dicatur spiritus
superbie secundum quem modum dicitur esse
placio in demonibus quia igitur talis
lunaticus secundum revolucionem lune
quandoque de superbia quandoque de luxuria ve-
xabatur a demone. ¶ Ideo hoc genus
demoniorum lunaticorum non nisi oracione
et ieiunio salvator dixit esse eiciendum.

xvij

ac si diceret carnalium voluptatum mu
tabilitas non limitatur nisi spiritus oratione
confirmet et caro per ieiunium maceretur
Hoc vero genus demoniorum sanctus tale
tunc triplici possit eici a nobis oratione
et ieiunio Primo per divine offense satis
factionem Secundo per temptationis separationem
Tercio per maximam meritoriam operationem
Dupliciter enim deum offendimus ratione cuius
permittit nos a demonio vexari Primo
ab ipso tamquam incommutabili bono nos
avertendo Secundo nos ad bona commu
tabilia convertendo et sic dupliciter deum
placamus Primo nos ad ipsum convertendo
Et secundo nos ab omnibus bonis com
mutabilibus separando Primum facit oratio
secundum ieiunium omne genus demoniorum
eicitur a nobis oratione nos ad deum con
vertente et ieiunio nos a creaturis separan
te Secundo modo per temptationis separationem
nam universaliter genus demoniorum nos
dupliciter temptat Primo per inordinatum
amorem male nos inflamantem Secundo
per timorem male nos humiliantem Recedimus
quoque a bono iusticie et virtutis quia non
plus timemus offendere deum quam hominem
Hunc duplicem modum peccandi tangit
Augustinus super hunc locum psalmi Incensa igni
et suffossa per fossa volens intelligere
timorem male humiliantem et per incensa
amorem male inflamantem timor ergo
male humilians expellitur per orationem
que nullum facit hominem supra se habere
nisi deum amor vero scilicet male infla
mans a nobis expellitur per ieiunium
ergo omne genus demoniorum expellitur
a nobis oratione removente et superante
timorem humiliantem male et ieiunio
superantem amorem male inflamantem
Tercio modo per maximam meritoriam operationem
Nam omne verum bonum meritorium con
sistit in duobus Primo in declinando
a malo Secundo in faciendo bonum Iuxta
illud Declina a malo et fac bonum igitur
declinatio malorum fit per ieiunium operatio vero
omnium bonorum per orationem omne ergo genus
demoniorum eicitur oratione cuncta bona
operante et ieiunio ab omnibus malis declina
te ¶ Sed etiam dubitationem tollit Iohannes
dicens fidem comparari grano sinapis propter
virtutem non propter quantitatem Habet
enim granum sinapis virtutem purgativam
purgat enim humorem malum de capite
virtutem calefactivam et probativam quanto
enim plus teritur tanto plus in eo vir
tutis in eo reperitur dicemus ergo quod fi
des potest ad tria comparari Primo
ad errorem cui contrariatur et sic habet
virtutem purgativam fide namque cor
da fidelium ab erroribus purgantur Iuxta
illud Act xv fide purificans corda eorum
et sicut argentum non infirmatur si misce
atur auro sed quando mixtum fuit plumbo
vel stagno sic homo non infirmatur
nec polluitur in fide quando contemplatur
celestia et spiritualia sed cum terrenis et
temporalibus conversatur Unde Christo cum
tribus discipulis ascendente in montem
et ibi moram faciente alii discipuli qui
cum turbis et populis remanserant in fide
sunt infirmati intantum quod cum quereretur a
Christo quare demonium non potuit eicere
audierunt a Christo propter incredulitatem
eorum hoc fuisse cuius exemplum habemus
Exod xxxii° Quando moise faciente mo
ram in monte cum deo statim filii Israel
fidem perdiderant dicentes Aaron fac
nobis deos qui precedant nos Huic enim
viro moisi nescimus quid acciderit mul
tum enim debilitatur in fide per conversationem
mundanorum et carnalium hominum Unde cum
ysaias quereretur quia labia polluta
haberet statim causam assignavit dicens
quia in medio populi polluta labia habentis

ergo dicto. Si vero fides comparatur ad cari
tatem qua informatur sic huius virtute
caelestinam, quia dicente Apostolo Si homo
habet fidem ita magnam ut montes trans
ferret sine caritate nichil est. Sed si
comparatur ad presentorem qua probat
habet virtutem probativam. Nam pro
batur fides persecucione sicut aurum igne
non ergo fides assimilatur grano sinapis
propter quantitatem, quia cum grano sinapis
non sit aliquid minus quantitate qui tanta
haberet parum vel nichil haberet. Sed com
paratur propter virtutem sicut dictum est.
Ad quartam dubitacionem videtur quod
dicens hoc posse exponi secundum sensum spiritu
alem vel litteralem. Spiritualis enim talis est sensus
dicentis monti huic id est cuilibet demoni et cunc
tis spiritibus immundis et superbo dyabolo. Quibus
talibus scribitur in psalmo Transferentur mon
tes in cor maris. transi hinc id est recedas
ab hoc corpore obsesso et confestim transibit
in profundum inferorum, et montes per apostolos
translatos et a corporibus obsessis demo
nes esse fugatos non solum semel sed
pluries legimus esse factum. Sed secundum litteralem
sensum verificat istud dictum quatuor modis.
Primo ut hoc miraculum intelligatur per
apostolos esse factum, sed non scriptum nam
multa miracula ut ait per apostolos facta sunt
que scripta non sunt. Secundo ut intelligatur
tale miraculum facere potuisse sed non fecerunt
quia utile et proficuum non viderunt, si namque utile
et optimum fuisset fecissent. Tercio ut in
telligatur hoc fecisse in persona aliorum sanctorum
non ipsi in personis eorum nam in vitis
patrum legitur et Gregorius recitat in dialo
go quod aliqui sancti minores apostolis et
montes fecerunt transferri et saxa magna
per rupes cadencia eorum precibus sic ligaue
runt ut deorsum non cadent. Quarto
ut istud intelligatur factum per apostolos cum
maiora istis fecerunt quia mortuos sus
citare cecos illuminare maius est quam facere
montes transferri

Lectio iij

Conversantibus autem eis in galilea
dixit illis ihesus Filius hominis tra
dendus est in manus hominum et occident eum
et tercia die resurget. Et contristati sunt
vehementer. Et cum venissent capharnaum
accesserunt qui didragma accipiebant ad
petrum et dixerunt ei Magister vester non solvit
didragma. Ait. Etiam. Et cum intrasset
in domum prevenit eum ihesus dicens. Quid
tibi videtur simon. Reges terre a quibus
accipiunt tributum a filiis suis an ab
alienis. At ille dixit ab alienis. Dixit
illi tunc ergo liberi sunt filii. Ut autem
non scandalizemus eos vade ad mare
et mitte hamum, et eum piscem qui primus
ascenderit tolle. Et aperto ore eius in
venies staterem. Illum autem sumens
da eis pro me et te. Posita apostolorum dubi
tacione. In parte ista ut supra dicebatur
evangelista ponit eorum de christi passione pertur
bacionem. Et primo ponitur eorum contristacio
Secundo ipsorum consolacio. Et tercio scandali
vitacio. Quantum ad primum dicit quod conver
santibus christo et discipulis in galilea dixit
eius discipulis se esse tradendum et occiden
dum et tercia die resurrecturum. Nam secundum
Jeronimum semper salvator prosperis miscet tri
sticia et cum tristicia miscet leticia ap
tum ut Crisostomus dicit, non obstante quod hoc
prius audierat et transfiguratum eum vide
bant et tercia eum die resurrecturum cog
noverant, ex nimio tamen amore quem
ad magistrum habebant contristati sunt vehe
menter non quod talis tristicia proveniret
ex infidelitate sed magis ex dilecta caritate
credentes christum dei filium nichil indignum
poterant de christo audire. Quantum vero
ad secundum est talis racio. Ille passurus est
voluntarie non coacte qui nullius potestatis
est subditus, sed talis fuit ipse christus qui
tamquam filius regis eterni liberatus ab omni
tributo et subiectione terrene potestatis cuius
probacionem inducit testimonium petri qui
cum vellet querere a christo quis tributum capi
tale non solveret quesiunt ab eo precones
eius interrogatorum, an reges terre reci
piunt tributum a filiis eorum vel extraneis

z alienigenis. Quo videnete q no a filijs
sed pocius ab alienis Concludit xps ergo
liberi sunt filij. p quod innuit se esse libe
rum ab omni servitute. cum esset filius
regis eterni z per hoc consolabatur disci
pulos de sua passione quam no necessitate
cogente sed sola caritate acceptante vo
lebat pro salute hom sustinere. Sed
quantum ad tercium est talis ro. Sicut multa
potest homo repete que tamen repetere
non licet pter scandalum vitandum
ita multa homo tenet non dare neqz sol
uere que pter scandalum vitandu solue
da sunt. Sed xpus quia liber erat ab
omi tributo non tenebatur dragmam
solue quia tn aliqui videntes eu no sol
uere scandalizabat si no soluebat tn ad
eum ptinebat scandalum firmoru z inf
moru in fide vitare. Ideo soluit tributu
de mari tn non de terra. Ut no solum
terre sed eciam maris dominu se esse os
deret. Sed hic pnt esse quatuor dubita
cones. Prima utru soluere tributu co
ueniat hom ex pto. Secunda utrum
eccia teneat solue tributu. Tercia utz
xpus inquantu homo eet obligatus ad
soluendum tributu. Quarta utru pt
scandalu vitandum homo teneat solue
quod non tenet. Ad pmam est sdm
q tributu soluit aliqs alicui in domi
recognicoe. Dicit em ysidorus decimoqnto
libro ethimologiaru q tributa dca st
eo q pro singulis tribubus exhibebant
sicut nuc p singula hiatoria. ait em
romanu pplm in tres ptes fuisse dmi
sum. et extunc illi qui in singulis ptib
pfuerant tribuni appellati st z sumpt
quos ei ppli dabant tributa nominarunt.
Sunt ergo primo tributa soluta in do
mini recognicoem. Secundo tributum
soluit alicui tanqz p parte ministranda
z p reipublice conseruacoe vel defensioe
sdm quem modu scribr Ancesima tria
qone octaua q imperatori p eccia sol
uendu est tributum p pace z quiete

quia ipe ecciam z ecclasticos viros tue
ri z defensare tenetur. Unde si imperator
ecciam non defendet sed magis impugna
ret sibi eccia nec tributum nec censu
dare teneturo. qz ut dr lxxxvi di ca
esto cur te here in principem si tu non
vis me here in senatorem. Si go tributum
soluitur vl pter subiectonem vl pt pacis
z quietis conseruacionem. In primo statu
an potm ubi nulla fuisset subiectio nec alicu
impugnacois defensio non fuisset p qns
tributi psoluccio. Ad secundam est dicend
q ecciam esse tributariam tripliciter pt
intelligi. primo quantum ad fundum vel
territorium ubi fundata est. Secundo
quantum ad bona exteriora quibus e dota
ta. Tercio quantum ad decimas z primicias
quibus vita ministrorum sustentatur.
Quantum ergo ad primu si eccia est funda
ta in territorio tributario de toto quod
est extra parietes vl muros vl circuitum
eccie tributum est soluendu. Sed de ipo
fundo eccie tributum solui non debet
acquirit tamen p talem fundu ille cui
est ius pronatus in eccia non ius pso
lucionis tributi dumodo sit bone fidei
quia si fundator eccie esset fidei puerse
compellendus esset ad iustam extimma
cionem z p soluendum sibi congruum prem
quia quod semel consecratum est no
potest ultra restitui illi cuius e vl fuit.
Unde Gregori dicit z ponitur xviij q ij
Comperimus nullam extitisse causam prop
res eorum potuissent ronabiliter occupari
z quia quod semel consecratum e resti
tui laicis non pt ppetuum ut epus prin
eis det. Quantum vo ad secundum si bona
exteriora quibus eccia est dotata prius
erat libera z non tributaria pmaneat
semp libera z non tributaria prius st
possunt. Legimus em Gen xlvij c q tpe

Ioseph tota terra egipti facta fuit tributaria pharaoni preter terram sacerdotum que libera ab illa condicione remansit. Sed si talia bona prius fuerunt tributaria transeunt ad ecclesiam cum honore suo. Unde de talibus pro pace servanda ecclesia tributum solvit secundum quem modum dicit Ambrosius et ponitur xj. q. j. Si tributum imperator de agris ecclesie vult habere non negamus ei. Sed quantum ad tertium de decimis et primitiis que laicis clericis exhibent in eorum sustentationem ecclesia tributum non solvit sicut notatur xxiij q. 8. tua secundum canonistam. Ad tertiam dubitationem respondet secundum supra hunc passum dicens Christum posse considerari secundum naturam divinam et secundum naturam humanam. Secundum enim naturam divinam erat filius regis eterni cui a principio omnia subdita. Secundum vero naturam humanam fuit filius regis quia de davidica stirpe descendit. Unde dictum est virgini eius conceptione dabit ei dominus sedem David patris eius et regnabit in domo Iacob in eternum et regni eius non erit finis. Si ergo secundum sententiam hanc potestates reges terre ab alienis non a filiis recipiunt tributa et secundum conclusionem Christi confirmantis responsionem Petri liberi sunt filii regum Christus tamen heres et filius regis eterni et temporalis tributum solvere non tenebatur propter scandalum tamen vitandum solvit. Sed non ista hic concludit quod Christus non obligabatur ad solvendum tributum secundum quod deus et secundum quod erat filius regis eterni sed non concludit eum esse liberum a tributo secundum quod homo et secundum quod erat filius David propter humanitatem assumptam. Planum est enim quod multi erant tempore nativitatis Christi qui ex davidica stirpe descenderant et tamen omnes obligati erant ad tributa solvenda quia eo tempore tota Iudea romanis tributaria erat. Per descendere ergo ex davidica stirpe vel per esse dei filium regis non absolvebatur ab isto tributo primo in civitate David puta in Bethleem propter quod tributum solvebatur quia ibi scribebantur singula per capita. Tale tributum singuli solvere tenentur. Dicendum est ergo quod Christus non descendit a davidica stirpe modo pro pacis humane per commixtionem maris et femine sicut alii descenderunt. Unde sicut secundum apostolum ad Hebreos vij. Christus non tenebatur solvere decimas nec fuit decimatus in lumbis Abrahe quod Abraham dante decimas Melchisedech omnes decimati sunt qui modo humano descenderunt ab ipso. Christus vero a tali debito fuit liber quia modo humano non descendit ab ipso. Ita possumus dicere quod descendentes a David modo humano non absolvebantur a tributo solvendo quia libertatem regalem non servaverunt. Sed Christus qui modo humano non descendit ab ipso et libertatem regalem per peccatum non perdidit ideo a tributo omnino absolutus erat. Ad quartam est dicendum quod duplex distinctio est hic notanda. Una est de bonis temporalibus que homo solvere vel dare tenetur. Nam bona temporalia vel sunt nostra vel sunt nobis recommendata et sumus eorum conservatores et depositarii de quorum numero sunt omnia bona ecclesie. Alia distinctio facienda est de scandalo quia aliquod est scandalum pusillorum et infirmorum qui ex quadam ignorantia et debilitate scandalizantur. Aliquando vero scandalum est phariseorum qui ex invidia et nequicia quorum scandalizantur de factis et dictis bonorum et sanctorum virorum. Cum ergo queritur utrum homo propter scandalum vitandum debet illius solvere bona temporalia que non tenetur dare si est scandalum pusillorum et infirmorum et bona temporalia sunt nostra non ecclesie pastorum est dare temporalia predicta que nostra sunt ad vitandum scandalum infirmorum in fide

date quod ipa dare non teneamur si
ne ut amplius tales sive ut solvent.
Sicut dicit Orig. Cum g(enerali)ter omnium p(re)
dedit qui tributum solvit ad vitand(um)
scandalum q(uod) prius ostendit se non teneri
solvere / sed si bona talia esset ecclie
nobis recomendata / ad vitand(um) scanda
lum quantumcumque infirmorum et pusillorum
dare non tenemur sicut nec aliena de
posita nobis recomendata. Unde Ioh(ann)es
dicit sup(er) hunc passu(m) q(uod) Iudas loculos
habebat et conservator erat pecunie xpi q(ue)
igitur non precepit tributum solui de illa
pecunia / sed voluit petrum piscari et
staterem inventum in ore piscis precepit
dare p(ro) tributo et reddit q(uod) res pauperum
in usus proprios convertere nephas putavit
nobis quidem tribuit ex(em)pl(u)m de talib(us) bonum
est quod dicit Greg(orius) sup(er) Ezech(ielem) q(uod) si de
veritate scandalum sumitur utilius per
mittitur nasci scandalum q(uam) veritas
relinquatur / de hoc etiam intelligitur totum
illud decretum Ambrosii quod ponit(ur)
xx iii q. i. non convenientes. Sed propter
scandalum phariseorum vitandum nec bo
na nec ecclie ulterius tenemur
iniuste petentib(us) quia nec xpus scanda
lum talium vitavit. Sed dixit sini
te eos quia ceci sunt et duces cecorum.

xviii In illa hora accesserunt. Cap(itulu)m xviii
ad ihm discipuli dicentes. Quis putas
maior est in regno celorum. Et advocans
ihus parvulum statuit eum in medio eorum
et dixit. Amen dico vobis nisi conversi
fueritis et efficiamini sicut parvuli non intra
bitis in regnum celorum. Quicumque ergo
humiliaverit se sicut parvulus iste hic
maior in regno celorum. Et qui susceperit
unum parvulum talem in nomine meo me
suscipit. Qui aut(em) scandalizaverit unum
de pusillis istis qui in me credunt

expedit ei ut suspendatur mola asi
naria in collo eius et demergatur in p(ro)
fundum maris. Ve mundo a scandalis
Necesse est enim ut veniant scandala
verumtamen ve homini illi per quem scandalum
venit. Si aut(em) manus tua vel pes tuus
scandalizat te / abscide eum et proice
abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi
debilem vel claudum q(uam) duas
manus vel duos pedes habentem mitti in
ignem eternum. Et si oculus tuus scanda
lizat te erue eum et proice abs te. Bonum
est tibi cum uno oculo in vitam intrare
q(uam) duos oculos habentem mitti in gehen
nam ignis. Postq(uam) ewangelista determinavit
de xpi tributi solucione. In parte ista ut
supra dicebatur determinat de fraterna correc
cione / ad quam quatuor requiruntur
Primo scandali p(ro)ximorum vitacio. Se
cundo angelorum custodia et administracio
Tercio peccancium in nos caritativa
monicio vel rephensio. Quarto penitentie
reiteracio. Secundum ista in(ten)cio(n)es p(rese)ns capitulum
dividitur in partes iiii(o)r. Secunda ibi
videte ne contempnatis. Tercia ibi Si
peccaverit in te. Quarta ibi Tunc
accedens. Ad intellectum aut(em) prime
partis est sciendum q(uod) ewangelista primo
ponit scandalum paciendum neq(ue) ino
tificatorem. Secundo scandalum faciendi
pene taxationem. Tercio concludit eorum
vitacionem. Circa primum ad p(ri)mum premittit(ur)
q(uo)d talis q(uod) in illa hora qua discipuli
viderunt petrum dare tributum p(ro)
xpo ecce accesserunt ad ihm queren
tes ab eo quis esset maior in regno
celorum. Que questio ortum habuit ex
hoc q(uod) viderunt petrum tributum
dare p(ro) xpo et p(ro) se intelligentes et
arbitrantes petrum eorum prelatum

fieri de regno aliquam mundi(al)e passionem
sustinebat non tamen audebat expresse
dicere cum petrum p(re)honorasti nobis
sed indeterminate interrogant quis maior
est in regno celorum quod enim viderunt
illos tres honoratos in transfiguracione
nichil dixerunt sed quod viderunt quod
xp(ist)us uni soli contulit honorem tunc
doluerunt · ut Crisostomus dicit hanc dubi-
tacionem saluator solues statuit paruulum
in medio discipulorum secundum Crisostomum
ad literam paruulum ut in eo etatem
quereret et similitudine(m) innocentie de-
monstraret vel secundum (alios) (qui) misteria(m)
non veniat sed misterium vel spiritum sanctum
quem in cordibus eorum posuit · ut superbia(m)
humilitate mutarent statuto ergo p(ar)-
uulo in medio facit hanc racionem il-
li in regno celorum sunt maiores qui
illud regnum intrant et sunt illius regni
possessores sed tales sunt humiles
et quia humiliant se sicut paruuli ergo
in regno celorum quanto aliqui sunt hum-
liores tanto sunt maiores et tales
propter eorum innocentiam scandalum
patiuntur et factis scandalizantur de
factis et dictis im(pi)orum · Circa tertium
ad secundum est racio melius est p(re)sen-
tem vitam per grauissimam penam
finire puta quod suspendatur mola
asinaria id est tale pondus quod asinus
ferre non potest vel ad literam mola
qua molendinum fecit quod tarenus (?) con-
ciuibus vitam exponit sed quicumque
scandalizant tales paruulos supradictos
credentes in xp(istu)m eterne pene sunt
reseruati quia ve mundo a scandal(is)
id est propter scandala que faciunt et ve
est inp(re)cacio eterne pene ergo expedit
talibus presentem vitam per grauissimam
penam terminare quam (ad) aliquos poss(e)

dicere scandala ut igitur non fiant ideo
subdit necesse est id est utile est ut veni-
ant scandala · ut qui probati sunt mani-
festi fiant in ecclesia · ut apostolus dicit
Non tamen est utile eis qui faciunt
scandala quia ve homini illi per quem
scandalum venit · Sed quantum ad tantum
est talis racio · Illa sunt a nobis remoue(n)-
da que nos scandalizant et ad ambu-
landum in via dei obstaculum et ruinam
vel impedimentum preberet sed tales
quicumque sunt amici qui intelliguntur nomine
oculi vel prelati vel operaciones sensuum
nostrorum ergo omnia ista non membra
corpalia sed illa que per ista intelliguntur
si nos scandalizant et prebet impedim(en)-
tum in via xp(ist)i a nobis debemus remo-
uere · Sed hic possunt esse sex dubi-
taciones · Prima utrum scandalum sit
dictum vel factum minus rectum occasionem ruine
alteri prebens · Secunda utrum scandalum
semper sit maius peccatum · Tercia utrum
scandalum semper sit pusillorum vel posset
esse perfectorum · Quarta utrum necessarium
sit scandala esse · Quinta utrum per intrare
religionem et dare elemosinas sit di-
mittendum propter scandalum · Sexta utrum
soli sint certa que propter scandalum di-
mittenda non sunt · Ad primam est dicendum
quod scandalum multipliciter accipitur · Primo
per contristacione · Iuxta illud Ad Ro-
manos · Videte ne scandalum id est contristacionem
ponatis fratribus vestris · Secundo propter p(ro)-
scandalizancium punicione · Iuxta illud Col-
ligent de regno eius omnia scandala
id est omnes impios scandalum facientes
Tercio pro voluntatis contradiccione · Iuxta
illud Vade post me sathanas quia
scandalum michi es id est contrarius mee
voluntati · Quarta pro ruine sumpta
vel data occasione · Iuxta illud · Vis (?)

audito hoc verbo pharisei scandalizati
sunt. Quanto pro crimine in facto minus
ratio posicione isto modo accipitur. hic qui
dicitur quod qui scandalizat unum creden-
tem in Christo expedit ut ligetur saxa
in collo et demergatur in profundum maris
isto igitur modo diffinitur scandalum quod
dicit glossa quod est dictum vel factum minus
rectum occasionem ruine prebens alteri. Ita
scandalum vocabulum grecum est
quod latine impactio pedum dicitur. quando
enim aliquis aliquid ponit offendi-
culum ante pedes alicuius ex quo im-
peditur eius iter vel ambulacio scan-
dalum dicitur ponere. secundum quem modum
omnis qui dicit vel facit minus recte unde
proximus eius offendiculum recipit ut
recte ambulet in via dei scandalum
dicitur ponere. ¶ Quid secundum est dicendum
quod tam scandalum activum quam passivum
potest esse peccatum mortale et veniale. mor-
tale quidem est quando aliquis dicit vel
facit coram illo proximo quod de se est
peccatum mortale et de se est actum natum
in peccatum ponere in via dei ut forni-
cari furari et alia huiusmodi. et talis impac-
cio vel scandalum activum mortale peccatum est
et imitacio in tali peccato opere est scandalum
passivum mortale similiter. dato tamen quod
operacio de se non esset mortale peccatum esset tamen
in dicto vel facto aliqua impactio vel or-
dinacio. si aliquis preparet aliquem ex
hoc scandalizari et contempnet vel ne-
gligeret salutem eius puto quod esset mortale
quia contempnere proximi salutem est contra
caritatem. ¶ Sed quando aliquis non dicit
vel facit aliquid quod de se non sit peccatum
mortale puta iocose mentiri minus
tamen est rectum tale dictum vel factum eo ipso
quod mendacium non est si ex hoc non con-
tempnatur salus proximi. puto quod tale

scandalum activum sit veniale et imitacio
in tali opere est scandalum passivum similiter
veniale. ¶ Ad tercium est dicendum quod Jo-
hannes dicit super hunc passum maiores
scandalizari non posse sed solum pueros
et infirmos in fide ad tercium tendenciam est
sciendum quod passive perfecti non scandalizantur
propter firmam adhesitatem. ita enim firmiter
et immobiliter adherent per amorem Christo quod ex nullo
dicto vel facto minus recto alicuius commoventur
vel commoventur a deo. Nam qui confidunt
in domino sunt sicut mons Syon non commo-
vebitur in eternum qui habitat in Iherusalem et propheta
dicit quod pax multa est diligentibus legem
dei et non est scandalum. Active vero per-
fecti scandalum passivi non faciunt quod sit
mortale propter duas raciones. quia si sunt
regulati in racione deo precedente quod nec
dictum nec factum minus rectum agunt unde aliis
prebeant occasionem ruine et dico quod sit mor-
tale quia si quandoque in dictis vel factis perfectorum
est aliqua inordinacio non est tamen tanta
ut inducere debeat impedimentum aliis
ad ambulandum in via dei. igitur perfecti
non scandalizantur passive propter eorum fir-
mam adhesionem active vero propter duas
raciones. ¶ Ad quartum est dicendum quod Christus
triplex ostendit scandala venire esse necessaria
et necessarius modus ut ait tollit libertatem
arbitrii. primo quantum ad dei eternam
previsionem. Nam illa que de sui natura
sunt contingencia ut cum sint previsa
a deo necessaria sunt scandala. ergo evenire
necesse est non simpliciter sed ut previsum
est a deo et tale necesse in nulla repugnat
libertati arbitrii quia non ideo eveniet
quia previsum est a deo sed ideo quia
venturum est previsum et previsum est a
deo evenire tibi futura sicut presencia sunt
nota. Secundo quantum ad finis consecuci-
onem. Nam supposito quod talis finis et talis

Utilitas debeat consequi ex supprenoe
scandalorum puta quod pfci manifestentur
in ecclia p probacione eorum nccce i. utile
e quod scandala veniant quia ex hoc ma
li scandalizant bonos eos factis persequen-
do et verbis iniuriando si in talibus bom no
recedunt nec commouentur manifestatur
eorum constancia que prius erat ignota
secundum quem modum loquitur apls prima ad
Corr dicens quod ncce est hereses in ecclia i.
utile. Ut qui pbati sunt manifesti fiant
in nobis. est ergo ncce venire scandala
quantum ad finis consecucionem que no tollit
libertatem arbitrii. Tercio quantum ad
hominum condicionem ex hoc enim scandala fi-
unt quia condicio prauorum talis est ut sp
dicant aut faciant illa per que aliis datur
impedimentum et spiritualis obstaculum ad recte
ambulandum in via dei stante igitur tali con
dicione quod praui homines eorum vitam no cor
rigant sed magis per eorum malam vitam
vel doctrinam alios inficiant ncce est ut
scandala veniant sicut si medicus vi
deat aliquos homines mala dieta et ma
lo regimine semper uti bene potest dicere
ncce est tales homines infirmari quod
intelligendum tali condicione stante quod
eorum dietam no mutent talis tamen nccitas
no tollit libertatem arbitrii ¶ Ad quinta
e dicendum quod quo est dubia propter verbum
Iohannis dicit super hunc passum ve homi
illi per quem scandalum venit quod quantum
homo potest sine peccato proximorum scan
dalum vitare debet planum est autem quod
intrare religionem et facere opera super
erogacionis sine peccato homo potest di
mittere tum igitur parentes scandalizent
de introitu filiorum in religione videtur
quod propter eorum scandalum vitandum hoc
dimittere debet ex quo sine peccato talem
introitum dimittere potest Idem tamen
Iohannes dicit quod expediret ei ut mola asinaria
suspendatur circa collum eius et in epistola ad Eliodorum dicit
Licet paruulus ex collo pendeat licet

sparso crine et scissis vestibus ubera quibus
te nutrierat mater ostendat licet in limine pater
iaceat per calcatum perge per calcatum patrem siccis oculis
quod ad vexillum crucis euola. sciendum
est igitur quod ubi opera supererogacionis possunt
fieri sine transgressione preceptorum diuinorum
puto quod dimittenda non sunt propter scan
dalum parentum vel aliorum quia et si talia
non sunt de necessitate vite per modum precepti
cogentis sunt tamen de necessitate vite per
modum cuiusdam cuiusdam disposicionis
promouentis tunc ergo subueniendo parentum
sit preceptum diuinum si pater et mater possent
viuere sine filio vel per aliquos posset
eorum indigencie subueniri in tali casu
propter eorum scandalum filius introitum
religionis dimittere non debet sed sine
eius presencia parentes viuere et sustentari
non possent puto quod ad vitandum tale
scandalum filium introitum religionis
et alia opera supererogacionis deberet
dimittere et secundum hunc triplicem modum
verba Iohannis intelliganda sunt ¶ Ad sextam est dicendum
quod precepta dei propter scandalum proximorum
dimittenda non sunt. omnia autem pre
cepta vel nos ordinant in deum vel in
proximum vel in nosipsos quamuis de dileccione
nostra nobis precepta data non sunt quia
nemo dicente apostolo carnem suam odio
habuit sed nutrit et fouet
eam. si ergo dimitteretur doctrina veritatis
transgressores essemus preceptorum que
nos ordinant in deum eo quod per doctrina
fidei ordinamur in deum. si non dimit
teretur iusticie equitas transgressores essemus
preceptorum que nos ordinant in proximum
quia per iusticiam in proximum ordinamur.
Sed si dimitteretur vite bonitas vel sanctitas
essemus transgressores preceptorum per que de
beremus ordinari in nobisipsis igitur doctrine
veritas iusticie equitas et vite bonitas propter scan
dalum proximorum vitandum dimittenda non sunt. secundum Iohannem

Videte ne contempnatis *Luce xv*
vnum ex hiis pusillis. Dico enim vobis
quia angeli eorum in celis semper vident faciem
patris mei qui in celis est. Venit enim filius hominis
saluare quod perierat. Quid vobis videtur
si fuerint alicui centum oues et errauerit vna
ex eis nonne relinquet nonaginta nouem in
montibus et vadet querere eam que errauit
Et si contigerit vt inueniat eam. Amen dico
vobis quia gaudebit super eam magis quam super
nonaginta nouem que non errauerunt. Sic non
est voluntas ante patrem vestrum qui in celis est
vt pereat vnus de pusillis istis. Ostenso
quod ad fraternam correctionem requiritur scanda
li proximorum vitatio in parte ista vt superius
dicebatur ostenditur quod ad eandem requiritur
angelorum custodia et administratio et potest
triplex ratio. Nam secundum Crisostomum persona
que dilectione fraterna non est contempnenda
neque scandalizanda. quarum prima est
talis illi non sunt contempnendi neque scan
dalizandi qui ita sunt deo cari. vt ad eorum
custodiam angeli qui sunt in celis et
semper vident faciem patris sunt deputati
sed tales non sunt pusilli qui nuper in fide
sunt nati et quasi adhuc infirmi in fide
vel pusilli sunt perfecti viri de ecclesia qui
dicuntur pusilli propter humilitatem iuxta
illud. qui maior vobis sit minister vester
et si dicatur quod tales scandalizari non possunt
verum finaliter et generaliter. sed quique scandali
zantur vel pusilli sunt pauperes et despecti
in mundo ergo tales scandalizandi non
sunt. Secunda ratio est talis illi non sunt
scandalizandi et contempnendi quos perdi
tos filius hominis venit saluare. sed tales
sunt genus humanum quod perditum et
dampnatum peccato primorum parentum Christus sal
uare venit non solum magnos sed et
pusillos et paruos quia omnibus dixit pusil
lis et magnis vel cum maioribus ergo ta
les non sunt scandalizandi neque contemp
nendi. Tercia ratio est talis pastor celestis

centum oues habuit ac si diceret
huiusmodi personam numerum creaturarum que
pertinent non errauerunt quia nouem or
dines angelorum in gracia permanse
runt genus vero humanum vna
ouis fuit que deest ad complecionem
numeri centenarii tales ergo ouis
errauit quia adam peccante omnes
peccauerunt. sed plus gaudet celestis
pastor de inuencione vnius ouis perdite
quam de 99 que perdite non erant. ergo
talis ouis perdita et inuenta scandalizanda
et perturbanda non est. Sed hic possunt esse viii
dubitaciones. Prima vtrum angeli sint
ad custodiam hominum deputati. Secunda vtrum
angeli custodientes homines semper videant
faciem patris qui in celis est. Tercia vtrum
angeli custodientes quandoque dimittant ho
mines quos custodiunt. Quarta vtrum
quot sunt homines custoditi tot sint an
geli custodientes. Quinta vtrum angeli
custodientes gaudeant de saluacione eorum
quos custodiunt. Sexta vtrum in baptismo
vel in natiuitate homo recipit angelum
custodem. Septima vtrum homo in statu
innocencie habuisset custodem. Octaua
vtrum antichristus debeat habere bonum angelum
custodem. Ad primam est dicendum quod congruum
fuit angelos ad custodiam hominis deputari
et ex parte dei et ex parte nostra. Nam ex
parte dei sumitur talis ratio. Illud conuenit
deo per quod ostenditur sue bonitatis commu
nicatio sue sapiencie manifestatio sue caritatis
dilectio et tocius vniuersi conexio. sed depu
tando angelos ad custodiam hominum ostenditur
eius bonitatis communicatio. Cum enim ipse
per se ipsum omnia possit facere que facit me
diantibus creaturis. vt cum suam bonita
tem creaturis communicaret ita quod non puta
rentur creature operacionibus eis debitis
gubernat inferiora mediantibus superioribus
et vnam creaturam mediante alia
vt dicit Sapiencie 8. Ostenditur eius sapiencia

quod cum sapientis sit ordinare maxime ex-
do divine sapientie in hoc manifestatur
quod ad custodiam debilium sunt fortes depu-
tati. Ostenditur eius caritas et dilectio quia si deus
propter caritatem quam habuit erga homines
suum filium misit ad eorum redempcionem con-
gruum fuit quod daret hominibus multo magis
suos ministros puta angelos ad eorum defe-
sionem. Ostenditur similiter universi conexio. Sicut
sit quantitate corporali inferiora corpora
coniunguntur superioribus corporibus sic quantitate
virtuali spiritus inferiores qui sunt homines
coniunguntur superioribus spiritibus puta ange-
lis. ergo ex divine bonitatis comitacione
ex eius sapientie ostensione ex eius caritatis
dilectione et ipsius universi conexione conve-
nit deo angelos deputare ad custodiam hominum.
Ex parte vero nostra sumitur talis racio. Illi
indigent custodia ab angelis boni qui
per angelos malos possunt decipi in cognicionibus
depravari in affectionibus molestari in sen-
sibus ledi vel corrumpi in corporibus. Sed
homines per angelos malos possunt decipi
in intellectu depravari in affectu molestari
in sensu et corrumpi in corpore ergo indi-
gent custodia per bonos angelos. Ad se-
cundum est dicendum quod triplex impedimen-
tum posset esse ut angeli custodientes
homines faciem patris non viderent. Primo
propter loci remocionem ut quia dicente Da-
masceno angeli cum ad terram mittun-
tur non sunt in celo eo ipso quod angeli ad
custodiam hominum deputati sunt in terra
impediuntur videre faciem patris in celo ex-
istentis. Secundo propter custodie occu-
pacionem. Nam occupacio nimia impedit
circa ista sensibilia operacionem et speculacionem
intellectus cum igitur facies patris celestis
solum oculo intellectus videatur angeli
occupati circa hominum custodiam in opera-
cionibus sensibilibus videtur quod retrahantur
a contemplacione. Tercio propter hominum

quos custodiunt dampnacionem cum
enim custoditorum multi dampnentur hominum
quos custodiunt angeli sic tristicia non
potest stare cum gaudio sic non poterit
fieri ut angeli qui faciem patris non
desistant videre qui nunquam cum tristicia
viderent. Ista nunc tria non impediunt.
Non quidem loci remocio propter divine
essencie principalitatem quia deus ipse
est ubique presens in celo et in terra in mari
et in omnibus abissis celum enim et terram
ipse implet. Non secundum custodie occupa-
cionem propter talitatem quia visio fa-
ciei patris et visio divinitatis non impedit
custodiam hominum nec impedit cogno-
scere creaturas in seipsis quantum ad
omnes condiciones et operaciones ipsarum
immo visio dei est causa quod omnia vide-
antur et sciantur. Unde dicit Augustinus
in iiiio super Genesim. Quod angeli simul cognicione
matutina habent vident omnia creata
in proprio genere propter cognicionem vesperti-
nam. Et Gregorius in iio moralium. Quod faciem patris
vident angeli et tamen ad nos veniunt
quia et ad nos spirituali presencia foras ex-
eunt et ibi tamen recesserunt per internam
contemplacionem sciant quia non sic a
divina visione foras exeunt ne in-
terne contemplacionis priventur. Nec tercio
impedit contristacio dampnatorum
propter divine voluntatis conformacionem.
Sunt enim angeli et beati sic conformem
voluntati divino beneplacito ut illud
velint quod sciunt deum velle. Unde
si non contristatur hic in presenti iustum
quidquid ei acciderit multo forcius non
contristatur aliquis apostolus vel beatus. Ad
tercium est dicendum quod aliqui nobis videtur
angelos custodientes dimittere custo-
ditos homines quia eos vident in eorum
receptos et eorum inmocionibus et inspi-
racionibus nullomodo acquiescere sicut

xlvii

medicus dimittit infirmum quando iam de-
sperat de eo videns morbum eius incura-
bilem. et dyabolus vel angelus malus
impugnans hominem devictus cum fuerit
victus ab ipso amplius non impugnat
eum sed recedit ab ipso. sic angelus bonus
provocans hominem ad bonum cum videns
eum nolle se corrigi quasi de ipso desperando
recedit ab eo. Et si hic intelligatur ubi
quod angelus custodiens aliquem hominem
particularem universaliter dimittat eum propter
eius incorrectionem puto non esse verum
quia nec convenit divine misericordie que vincit
omnem iniquitatem nostram nec tempori presenti quia per
totum presens tempus concessum est homini ad peni-
tendum. Unde sicut de nullo desperandum
est quamdiu vivit ita nullus debet privari
angelorum custodia potissime quia si
homo dimitteretur ab angelo bono statim
angelus malus invaderet et occideret
eum. exemplum inductum non est conveniens quia
medicus est instrumentum nature. ideo cum
videt naturam se non posse iuvare dimittit
eum iuvare partem que non nisi virtu-
te nature operatur. sed in vita presenti de
nullo est sic desperandum quod sanari non possit
spiritualiter. quod vero dicebatur de malo ange-
lo verum est quod dimittit hominem si vin-
catur ab ipso quia hoc facit deus in premium
et favorem hominis viriliter pugnantis ut ab
ipso victus amplius eum non molestet. Hic
autem custos angelus non dimittit hominem
quem in sua custodia accepit. Sed iusto
dei iudicio quandoque dimittit eum ut tribula-
tiones et mala que possent impedire ne
possent supervenirent homini custodito non
impedit. quandoque vero dimittit eum cor-
porali presentia. quia qui non est in celo
non est in terra nunquam tamen universali-
ter quandoque dimittendo ipsum de uno peccato labi
in aliud vel ut amplius puniatur vel
ut cautius restringens corrigat. Ad
quantum est dicendum quod oportet dicere plures esse
custoditos quam bonos angelos custodientes
quia solum homines electi et salvandi tot
erunt quot angeli in celo remanserunt
Sicut per glosam patet hoc super illo deutero.
xxxii posuit terminos populorum iuxta numerum fili-
orum israel vel iuxta numerum angelorum dei
ut dicit alia translacio. ait enim super illo verbo
predicto quod civitas dei constat ex angelis et
hominibus. ad quam tanti conscendunt homines
quanti illic remanserunt angelorum. quia
textus dicit statuit terminos gentium secundum
numerum angelorum dei. cum igitur plures ho-
mines debeant dampnari quam salvari. ergo
plures sunt quam electi si omnes homines
tam boni quam mali et tam salvandi quam damp-
nandi habeant bonum angelum custodem. sequitur
quod plures sunt homines custoditi quam angeli
custodientes. quid ergo dicemus. Nam si verum
est quod quilibet homo tam bonus quam malus ha-
beat suum angelum ad suam custodiam delegatum
ut dicit Iohannes cogimur tot esse angelos
custodientes quot sunt homines custoditi et si
hoc ponimus cogimur reducere numerum omnium sal-
vandorum hominum et dampnandorum ad numerum
bonorum angelorum. contra quod dictum est Gregorii dicentis
quod solum salvandi homines sunt tot quot
boni angeli in celo remanserunt. hanc quoque
controversiam solvit magister Wilhelmus parisiensis de sacramentis
dicens quod si accipiantur omnes homines qui
fuerunt sunt et erunt a principio mundi usque ad fi-
nem planum est quod plures sunt homines custo-
diti quam boni angeli custodientes. sed bene
potest esse quod omnes homines qui sunt in uno
tempore habeant suos angelos delegatos quia
nunquam uno et eodem tempore tot homines vivunt
quot sunt boni angeli. sed mortuis
illis hominibus quos prius custodiebant illi
idem angeli delegantur ad custodiam ali-
orum qui nascuntur. ita quod successive unus
angelus plures homines custodit vel eodem
tempore unus angelus potest plures homines
custodire. et tamen verum est ut dicit Iohannes
quod quilibet homo habet suum angelum cus-
todem sicut habet unus abbas plures

monachos in custodia et tamen verum est dicere quod quilibet monachus suum abbatem habet. Ad quintam est dicendum quod si ponimus angelos gaudere de salvatione hominum quos custodiunt, videtur quod debeant dolere de eorum dampnatione. Sed hic videtur satis mirum glossa Origenis super illo verbo Numeri xxv "initiatus est Beelphegor", ubi ait quod deo est tanta cura de hominibus ut etiam angelos suos culpari et confutari pro eis patiatur, quia sicut pedagogo traditur puer, si aliquid minus bene agit, magis a patre reprehenditur pedagogus quam puer, sic cum homines custoditi per angelos in contrarium agunt culpantur ipsi et ideo quia angelorum custodia ad salutem hominum non sufficiat et contra demonum insidias unigenitus patris per carnis assumptionem hominum custos factus est. Sed cum custodes hominum sint angeli boni dei fruitione semper gaudentes in cuius visione neque luctus neque dolor esse potest, non videtur quod debeant dolere de hominum perditione et per consequens neque gaudere de eorum salvatione. Sciendum est igitur quod angelus gaudet dupliciter potest intelligi. Primo de divine essencie visione et fruitione, et tale gaudium nec per hominum salvationem augetur eis nec per hominum dampnationem diminuitur quia incommutabile est. Secundo de eorum circa homines cura et administratione per quam si salvantur et eorum monitis obtemperent gaudent; si vero non, ex quo faciunt totum quod in eis est non dolent, quia dolor est tristicia cum beatitudine eorum stare non potest. Glossa illa Origenis est de prelatione ecclesie qui in Apocalypsi angeli nominantur quos culpari et confutari deus patitur pro subditorum negligentia. Ad sextam est dicendum quod dictum illud Jeronimi: Una queque anima ab ortu nativitatis in custodiam habet angelum delegatum, aliqui referunt ad nativitatem per baptismi receptionem dicentes ut Origenes ait: Non esse credibile credentibus et incredulis preesse angelum sanctum, sed tempore infidelitatis et peccatorum est homo sub angelo sathane. Quia tamen ut Origenes dicit magis est deus paratus ad custodiendum homines quam dyabolus ad impugnandum, sicut dyabolus omnes fideles et infideles et bonos et malos nititur offendere, ita multo magis deus omnes homines fideles et infideles vult custodire et cuilibet homini bono et malo custodem tribuit, ut ex hoc gratia eius manifestetur qua omnes vult salvare, et eius iusticia declaretur quia homines si male agunt non possunt excusare se. Aliqui vero referunt ad liberi arbitrii condicionem ut sicut quando homo potest uti libero arbitrio potest mereri et peccare, ita ut dicatur recipere angelum bonum ad sui custodiam quia tunc quodammodo nascitur quantum ad liberi arbitrii condicionem. Sed quia puer non solum indiget defendi a demone quantum ad animam ut non peccet, verum etiam quantum ad corpus ne ledatur in membris quibus lesis etiam anima impediretur in sua operatione, ideo puto illud referendum esse ad anime infusionem ut tunc dicatur homo nasci saltem nativitate in utero quando anima rationalis corpori infunditur, et tunc puto quod homini datur angelica custodia eo quod ex tunc indiget boni angeli defensione in corpore et in anima. Ad septimam est dicendum quod in quocumque statu homo potest impugnari in eo statu indiget custode et defensore. Verum est autem quod homo in primo statu non poterat impugnari a carne nec a sensualitate que stante homine sub precepto divino in nullo repugnabat rationi vel anime. Tribus tamen modis poterat impugnari. Primo suimet cogitatione quia nondum erat in bono confirmatus. Unde sicut primus angelus peccavit impugnatus cogitatione et alienatione sua quia superbia tumidus et proprie excellencie dilatione corruptus in veritate non stetit ut dicit Augustinus xi super Genesim, sicut primus homo habens in statu illo liberum arbitrium vertibile poterat suimet cogitatione impugnari, ad quam pugnam vincendam indigebat custodia angelorum. Secundo poterat impugnari sue societatis affectione. Est enim talis

affectio inter virum et mulierem uxorem et nichilominus
etiam homo in primo statu ad suam uxorem
habuisset affectum et dilectionem ut siquid petit uxor
a viro nolendo ipsam contristare aliquando
hoc facit contra deum et sic adam in primo
statu impugnatus fuit per uxorem suam
Unde dicit augustinus super genesim ad literam Ego puto quod
adam ex quadam amicabili societate ex quo
interdum fit ut offenditur deus ne offen-
datur homo nolendo contristare suam uxore
ad comedendum inquit hanc pugnam habuit
angelum suum custodem. Tertio poterat
impugnari et fuit impugnatus dyaboli
suggestione. Unde sicut homo in primo sta-
tu per malum angelum potuit impugnari
ita per bonum angelum debebat custodiri et
defendi. Ad octavam est dicendum quod an-
techristus bonum angelum habebit custodem propter
tria. Primo propter legis communitatem namque
communis legislatoris propter unam particularem per-
sonam destrui non debet. Est autem ista
lex communis toti humano generi et toti humane
nature ut quelibet rationalis anima habeat
bonum angelum ad sui custodiam delegatum
quia igitur antichristus verus homo erit. veram
rationalem animam habebit. Ideo propter eius nequitiam
et malitiam tale auxilium datum omni
creature rationabili sibi dabitur. Secundo
propter divine iustitiae equitatem ex hoc enim
divina iusticia apparebit rectissima quod auxilia
concessa toti humane nature nec amplius sibi et
membris eius subtrahuntur. Ut pena ipsorum
iuste appareat eis esse illata. Tertio propter
bonorum securitatem quamvis enim ipse non indiget
habere angelicam custodiam ut eum ad bonum
inducat quia tanta erit subiectio eius ad
dyabolum qui eum quasi suum possidebit ut
per bonum angelum custodem eius ad bonum in-
clinari non possit. meretur tamen securitas
bonorum virorum ut per bonum angelum eius
custodem compescatur ne sanctis viris no-
ceat quantum ipse per auxilium demonum nocere pos-
set. Sequitur alia distinctio. hec. Si autem
peccaverit etc.

Lectio iij

Si autem peccaverit in te frater tuus vade et
corrige ipsum inter te et ipsum solum. Si
te audierit lucratus eris fratrem tuum. Si autem
te non audierit adhibe tecum unum vel duos
ut in ore duorum vel trium stet omne verbum
Quod si non audierit eos dic ecclesie. Si autem
ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethni-
cus et publicanus. Amen dico vobis quecun-
que alligaveritis super terram erunt ligata
et in celo. Et quecunque solveritis super
terram erunt soluta et in celo. Iterum dico
vobis quia si duo ex vobis consenserint
super terram de omni re quamcunque petierint
fiet illis a patre meo qui in celis est. Ubi enim
sunt duo vel tres congregati in nomine
meo ibi sum in medio eorum. Constructo su-
perius quod ad formam correctorum requiritur custodia
et administratio. In parte ista ut supra dicebatur
ostenditur quod ad ipsum requiritur caritativa mo-
nitio. Ista autem caritativa monitio requirit
tria. Primo ordinationem. Secundo divinam
confirmationem. Et tertio precum unionem et
amoris copulationem. In prima parte est talis ratio
Illa monitio facienda est secundum debitum or-
dinem per quem homo lucratur suum fratrem
et hoc est maximum lucrum invenire et recu-
perare rem illam pro qua filius dei mor-
tuus est. scilicet faciendo correctionem et amoni-
tionem fraternam modo ordinato ut primo fiat
secreta peccati rememoratio si peccatum est com-
missum solum inter te et ipsum et solum te sci-
ente. Secundo si ex tali recordatione non
emendatur fiat unius vel duorum testium
productio. Tertio ut si per talem productionem
testium non corrigatur fiat ecclesie notifi-
catio quia debet prelato pandi ut excom-
municatur vel multis revelari ut confundatur.
Quarto ut si sic non emendatur fiat eius
vitatio et excommunicatio quia debet haberi sicut
ethnicus id est gentilis et publicanus qui
per fraudem cuncta aliena accipit. ergo tali
ordine monitio fraterna est facienda.
Secunda ratio est talis Illa cum non

iij

est contempnenda que confirmat' et robo
ratur auctē diuina. s; snīa platoꝝ qua
aliquos ligant vel soluunt p excoīcacoīs
vinculum diuina auctē confirmatur. dicit
enim Johannes. Potestatem enim tribuit deus
aplīs et platis vt sciant homines q qui a
talibus condempnatur humana sciam di
uina scīa roborari. eo q quecunq; ligant
ab eis ligata habetur in celo. Et quecunq;
soluunt ab eis soluta habetur in celo. ergo
talis snīa contempnēda non est. Tercia
racio est talis snīa non est contempnēda
Illa vnitas et concordia est necessaria p qua
impetrat' adeo quidquid petitur. sed q
cunq; vel vbicunq; duo vel tres et multo
magis plures congregant' et vniuntur
in nomine xpi impetrant adeo quidquid
petunt ptinēs ad salutem et ideo signant'
ponit in nomine xpi quia scdm Augustinum
nō petitur in nomine xpi quidquid contra
salutem petitur ergo talis vnitas et con
cordia est necīa. Sed hic pnt esse octo
dubitacoēs. Prima vtrū quilibet teneat'
corripe frēm suum. Secunda vtrū quilibet
teneatur corripe de quolibet pctō. Tercia
si correccō non audiatur vtrū homo te
neatur dicē eccīe vel plato. Quarta
vtrum teneatur vnū vel duos testes se
cum hrē. Quinta vtrum si homo credat cor
reccōm secretam non pdesse teneat' eam
obseruare vt p testem coīcatur. Sexta
vtrum si p monicōm secretam se corrigit sit
dicere iudici vel plato. Septima vtrum
si iudex vel prelatus pcipiat subito sibi
dici occultum qd solus ipe scit teneat'
obedire. Octaua vtrū ad pceptū iudicis
vel plati subditus teneatur dicere secretum
quod sibi sic commissum est. Ad pmā est
dicendum q quilibet teneā ad fraternam cor
reccōm intelligi pt dupl'r. Primo qd quilibet
tenetur frēm suum equalem vel minorem
corripe ex diuino pcepto quia cuilibet deus
mandauit de proximo vt corripiat eum de
omni malo. scdm enim Augustinum sicut quilibet tenet'
peccati fratri indulgere sic quilibet tene'
peccantem frēm tacendo non corripe cunq;
dumtaxat condicōnibus exceptis. Primo si nō
sperat de correccōne. Secundo si crimen est
accusacōne dignum et timet' de pbacōne
quam faciens accusans ad penam talionis
se obligat. Tercio si meliori operi vacat
sicut religiosi et claustrales. Quarto si scit q
tale pctm iudici vel plato sit notum vel
pbatum. Quinto si tota multitudo est in cul
pa vel ptās tunc non pdesset eccīe talis cor
reccō in omnibus predictis casibus homo non
tenetur ad correccōm. Secundo spalr q
ex commisso officio tenentur plati. Ipi enim
virga et flagello tenentur corripe. Vnde
eis spalr dr p aplm. Argue obsecra in
crepa. Iz in eo sicut Statum cū saluator
Si peccauit in te frater tuus addidit quecu
q; ligaueris sup terram. Planū est aute
q ligare et soluere est officium platorum
Et Johannes dicit in glo q studeant sacerdotes
pcipue illud diuini preceptum soluere si
peccauerit in te frater tuus corripe ipm
inter te et ipm solū. Sed tercio ex casu
alr ex facto expsso vel eminenti pculo
subditi tenentur corripe platum puta
si immineret pclm fidei et crimen heresis esset
in causa tunc ei inferior esset supior in ca
fidei vel si subditus hrēt consciam q p
latus p suam monicōm corrigeret se tenē
tur facere non quidem ex precepto euan
gelico q intelligit' de correccōne fris infi
oris vel equalis sed magis ex ligamine co
sciencie scdm quā tenem̄ agere vel ip
sam deponere aliter nō tenet subditus
platum corrigere quia eo ipo q supior de cor
reccōne inferioris possit indignari debet
namq; sr correccō esse debita discreta vt fi
at si est spes correccōnis aliter nō debet
esse benigna vt nō fiat causa detraccōis
et emulacōnis et debet esse reuerenda vt
nō fiat causa derisionis et paruipensiois
Ad secundum est dicendum q cum frater hanc du
bitacōm monet hic in glo dices. Ego
non de omni pctō intelligendum est hic

corripe fratrem suum inter se et ipsum solum quia si peccatum est grave et enorme omnibus publicum et manifestum non indiget secreta monicione sed manifesta. Iuxta illud apostoli ad Thimotheum v°. Peccantem coram omnibus argue ut ceteri timeant. Unde petrus quia publice peccaverat publice a paulo reprehensus est. Sed si est peccatum occultum de tali peccato intelligitur talis correccio esse fienda. Dicamus ergo quod aliqua peccata sunt nota soli deo aliqua vero uni homini aliqua vero pluribus aliqua ante omnibus et sic possimus istud dictum. Si peccaverit in te id est solo te sciente et aliquibus tecum si te non audiat coram illis potest eum corripere. Si ante soli sit nota non est nostri arbitrium iudicare de hiis. Sed si omnibus talia publice arguenda sunt et intelligendum puto in eo casu in quo frater non vult se corrigere. Nam dato quod frater peccet non te solo sciente immo pluribus adhuc inter te et ipsum solum debes corripere ne publice correptus verecundiam perdat quasi perdita in peccato remaneat. Ut Glosa dicit. Sed si talem reprehensionem non audiat tunc coram pluribus est facienda. Ut qui ad unius monicionem corripi noluit multorum obiurgacionem recipiscat ut dicit Glosa. ¶ Ad terciam est dicendum quod aliter est loquendum de fraterna correctione secundum quod pertinet ad omnes et aliter secundum quod pertinet ad prelatos specialiter. Nam secundum quod pertinet communiter ad omnes si frater peccavit in te id est te solo sciente inter te et ipsum debes corripere si te audiat. Ultra procedere non debes quia solus scis peccatum tamen tunc homo alicui dicere quod possit prodesse et non obesse puta amico vel consanguineo. Si ante te sciente et aliquibus aliis tunc si te non audiat adhibe tecum unum vel duos de illis qui sciunt quod si nec sic corrigere vult dic ecclesie id est prelato vel per modum denunciacionis et cetera sufficiat unus testis vel per modum accusacionis et cetera ad minus requiruntur duo testes. Unde quia duplex modus erat dicendi ecclesie salvator posuit unum vel duos. Secundum vero quod correctio fraterna pertinet ad prelatos tunc si sic peccavit in te id est te prelato solo sciente procedendum est sicut supradictum est si vero per auditum et per famam aut fama est prava et tunc inter te et ipsum debes corripere quod si te audiat lucratus eris ipsum si vero non adhibe unum vel duos ut supradictum est. Si ante fama crescit tunc prelatus debet ex suo officio inquirere secundum illud Genesis xviii°. Descendam et videbo si sic invenerit sicut fama laborat. Debet enim compellere ad emendacionem vel ei indicere suam purgacionem et si pertinax fuerit neutrum volens facere tunc debet dicere ecclesie id est congregacioni fidelium ut ab omnibus vitetur donec satisfaciendo ad ecclesiam redeat. ¶ Ad quartam est dicendum quod si homo credat et speret emendacionem fratris per suam secretam monicionem non debet dicere prelato. Sed si monitus neglexerit corrigi tunc ut dicit Augustinus prius proposito debet ostendi. Verum tamen sufficiat solum secreto monere absque eo quod dicatur prelato dicunt aliqui quod si promittit emendare et suo prelato cognitum non est tunc dicendum prelato non obstante quod possit hec dici illi qui posset prodesse non obesse. Si non non promittit prelato est dicendum non obstante quod se corrigat per monicionem secretam puto tamen esse distinguendum quia si tale est peccatum quod timeatur

de reatu suo vel de periculo suo et scandalo aliorum
prelato est dicendum ut occasionem recidi-
uandi auferat et scandalum et periculum suis
possit euitare si autem talia pericula non
timentur et monicione se corrigat non ne-
cesse est ut prelato dicatur ¶ Ad quintum
est dicendum quod obseruare aliquem a sue-
tis aliquibus peccatis grauibus et enormibus
puta quia consuetus est aliquos incorpo-
rare et loca aliqua suspecta frequentare
de quibus scandalum timetur si spes non est
de correccione eius per secretam monicionem
duplex talis potest obseruari quarum per testes
posset conuinci Primo obseruacione cor-
rectoria ut ex quo spes non est quod se corri-
gat per correccionem secretam ut tantum ma-
lum vitetur licite potest cum aliquibus obser-
uari quarum si conuictus corrigatur nec ob-
seruandus est ordo fraterne correccionis
ubi spes correccionis non est Secundo obser-
uacione proditoria puta quod dicatur homini
viro vel mulieri dicens quod die tali et in tali lo-
co veniat et ubi testes sint parati ad conuin-
cendum eum vel eam nullomodo sit obserua-
cio est facienda quia mala fienda non sunt
ut bona eueniant Unde talis obseruacio
debet prohiberi quod sine peccato fieri non potest
¶ Ad sextam est dicendum quod peccatum alicuius
triplex aliquis potest scire Primo ut deus
per confessionem Secundo ut homo solus
tamen ita quod nullus alius scit Tercio si
pauci sciunt non multi si ergo quis scit peccatum
alterius ut deus nullomodo debet corripere
nec aliquid dicere sed tacere Si vero
scit ut homo solus ipse debet ipsum corri-
pere inter se et ipsum et si eum non audierit
non debet ultra procedere quia ex quo
solus scit dicendo vel reuelando esset pro-
ditor criminis non corrector potest tamen
alicui amico vel consanguineo dicere de
quo presumendum sit prodesse non obesse Ita
secundum Augustinum dicere occultum ei qui potest
prodesse non obesse non tenetur prodere sed
corrigere Sed si sciunt pauci et non multi

tunc debet dicere ecclesie non multitudini ecclesie
ut dicat fidelium multitudinem quia ex quo
pauci sciunt multitudini dicendum non est
sed ecclesie id est prelato vel denunciando ad
hibendo unum testem vel incusando adhi-
bendo duos si per secretam monicionem
non vult se corrigere ¶ Ad septimam est
dicendum quod iudex vel prelatus tripliciter
potest precipere vel per iuramentum cogere
in accusatum ut veritatem sibi dicat Una
de eo de quo iudex exigit iuramentum
prelatus potest facere per preceptum Primo
ut dicat et confiteatur coram accusante
Secundo quod dicat sibi seorsum secrete Ter-
cio quod dicat coram pluribus in capitulo Primo
si incusatur ex quo peccatum de quo est incu-
satus est occultum et sibi probari non potest
nec tenetur dicere et prelatus vel iudex
grauiter peccat si precipit quia si confiteretur
seipsum infamaret et proderet et afferet
contra ordinem caritatis et posset per prelati
et accusantem conuinci ac per hoc occultum
publicaretur Secundomodo omnino occulta
inquirenda et iudicanda relinquantur
soli deo non potest prelatus precipere et si pre-
cipit grauiter peccat quod sibi vel alteri
reueletur occultum Sed terciomodo adhuc
prelatus plus peccat precipiendo quod coram
pluribus dicat subditus non tenetur per
hoc obedire quia non debet se prodere
vel diffamare debet namque quilibet ex
caritate suam et fratris sui famam preseruare
quantum potest si tamen aliqua peccata puta fur-
tum vel aliquid aliud commissa sunt in do-
mo vel in congregacione aliqua potest pre-
latus precipere in communi ut sibi dicatur
si aliquis fecit vel scit facientem et ille
qui fecit vel scit tenetur dicere aliter
reuelari sibi occultum quod probari non
potest non debet precipere nec subditus
tenetur pandere sed si incusans offerat
se probaturum et obligat se ad talionem

nunquam prelatus potest vel iudex debet in-
iungere et iuramentum exigere ut
veritatem dicat se probaturum non tenetur
homo se prodere nec est periurus se non proden-
do quia non constringitur precepto vel iu-
ramento aliquo ad dicendam veritatem
de occultis et de hiis que licite probari
non possunt prelatus tamen vel iudex
non peccat precipiendo vel inquirendo
ex quo probaturum accusans offerat se
aliis / aliter probabilius videtur quod ex quo
iudex iudicialiter agit sub forma iudicis
et quia accusans obligat se ad talionem
ideo preceptum facit et iuramentum cogit
accusantem dicere veritatem videtur iudi-
cialiter parere in tali casu quia semper prelato
precipienti iuste et iudici iudicialiter proce-
denti subditus debet obedire et parere
in hiis que precipit / sed talis prelatus
iuste precipit et talis iudex agit iudicia-
liter quia plus non dicat ius nisi quod
accusans offerat se ad talionem ergo
tenetur iudicialiter veritatem dicere / in omni-
bus ergo tribus triplicem modum procedendi
iura invenerunt Primus est per denunciacionem
et per hunc debet procedere fraterna cor-
reccio delinquentis ideo observandus est
corrigendi modus supra notatus Secundus
est per inquisicionem et hunc debet precedere
infamia non quecunque sed magna et pu-
blica tunc sicut dictum est supra ex of-
ficio potest inquirere prelatus vel iu-
dex Tercius est per accusacionem et hunc
debet precedere inscripcio quia accusans
se offert ad talionem In omnibus igitur
istis tribus modis procedendi pendendum est
iudicium a prelato si recte et iudicialiter modo
incedit De primo modo procedendi per denun-
ciacionem habetur hic Si peccaverit in te
frater tuus De secundo ubi per inquisicionem
dicitur Genesis xviii Clamor Sodomorum et Gomor-
reorum venit ad me descendam et vide-
bo De tercio per accusacionem tota lex
moysi est plena Ubi stabit unus testis
contra alium sed in ore duorum vel trium
stabit omne verbum Dentem pro dente
oculum pro oculo ¶ Quod octavam est
dicendum quod secretum commissum fidei
alicuius potest tripliciter variari quia
vel potest esse tale quod vergit in grave
periculum alterius et eciam in grave dam-
num communitatis et scandalum plurimorum
vel potest esse tale quod vergat periculum
vel dampnum alterius persone vel communitati
vel tercio potest esse tale quod infamia eius
iam processit Primo modo secretum nullus
tenetur tenere celatum eciam si homo pro-
misit tenere secretum quia in talibus
secundum ysidorum rescindenda est fides et
mutandum est decretum quia maius
malum sequitur ex retencione talis
secreti quam ex revelacione eius et prelatus
potest precipere et iudex cogere per iura-
mentum fidelitatis quod subditi prestant pre-
lato vel obediencia revelacio predicti secreti
in talibus Secundo modo subditus non tenetur
revelare ymo est proditor fidelitatis
si revelaret nec prelatus vel iudex
potest mandare sibi revelari quia
talium secretorum revelacio non inclu-
ditur in obediencia quam subditus tenetur
prelato in fidelitate quam servus tenetur
servare domino etc. Leccio quarta

Tunc accedens ad eum petrus dixit
Domine quociens peccabit in me fra-
ter meus et dimittam ei usque septies Dicit
ei ihesus Non dico tibi usque septies sed usque
septuagesies septies Ideo assimilatum
est regnum celorum homini regi qui voluit
racionem ponere cum servis suis Et cum ce-
pisset racionem ponere oblatus est ei unus
qui debebat x milia talentorum Cum
autem non haberet unde redderet iussit eum

domin⁹ venundari ⁊ vxorem eius ⁊ fili
os ⁊ omnia que hebat ⁊ reddi. Procidens
autem seruus ille rogabat eum dicens
Patienciam habe in me ⁊ omnia reddam
tibi. Misertus autem dominus serui illius
dimisit eum ⁊ debitum dimisit illi. Et
gressus autem seruus ille inuenit vnum
de conseruis suis qui debebat ei centum
denarios. Et tenens suffocabat eum
dicens. Redde quod debes. Et procidens con
seruus eius rogabat eum dicens. Pa
cienciam habe in me ⁊ omnia reddam tibi.
Ille autem noluit sed abijt ⁊ misit eum
in carcerem donec redderet debitum. Vi
dentes autem conserui eius que fiebant
contristati sunt valde. Et venerunt
et narrauerunt domino suo omnia que
facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus
suus ⁊ ait illi. Serue nequam omne debitum
dimisi tibi quoniam rogasti me. Nonne
ergo oportuit ⁊ te misereri conserui tui
sicut ⁊ ego tui misertus sum. Et iratus
dominus eius tradidit eum tortoribus
quoadusque redderet vniuersum debitum.
Sic ⁊ pater meus celestis faciet vobis
si non remiseritis vnusquisque fratri
suo de cordibus vestris. Sicut supra
dicebatur in parte ista ostenditur quod ad diuinam
correctionem requiruntur principaliter tria. Et primo
ponitur ad peccatorum remissionem magna
dei mansuetudo. Secundo adducitur ad
hoc congrua similitudo. Et tercio subiun
gitur magna peccatorum ingratitudo. Quan
tum ergo ad primum dicit ewangelista. Tunc ac
cedens petrus. pietate sibi ab alijs apostolis
data super absoluendis ⁊ ligandis pecca
toribus accessit ad ihesum dicens. Domine si pec
cauerit in me frater meus dimittam
ei usque septies. putauit petrus vt dicit
Crisostomus se aliquid magnum dicere. Et quid
amator hominum responderit sibi statim
subditur. Non dico tibi usque septies
sed usque septuagesies septies secundum vulgarem

intellectum septuagesies septies ⁊ quadrin
gentis nonaginta vicibus. ac si diceret
totiens fratri peccanti dimittas quotiens ille
peccare non possit vt Iohannes dicit. Vel secundum
Crisostomum per septuagesies septies non debemus
intelligere numerum determinatum sit quod in modo
aliquo remissio peccatorum concludi intelli
gatur. sed quod continue ⁊ semper talis remis
sio peccatorum fienda sit significat. Quantum
vero ad secundum dicit. Ideo regnum celorum
est simile regi scilicet christo qui est rex regum
talis racionem ponere voluit cum seruis
suis quia cuncta que facit homo adducuntur
in iudicio quando stabimus coram ante tribunal
christi ut pro omni excessu homo reddit racionem
⁊ cum cepisset racionem ponere oblatus est ei vnus qui debebat
decem milia talenta quia omnia peccata
commiserat que contra decem precepta
sunt vt dicit Augustinus. Et quia non habebat
vnde redderet. eo quod homo per se potest
cadere in peccatum sed resurgere ⁊ satisfacere
non potest sine gracia dei. Ideo dominus eius
iussit eum venundari ⁊ vxorem ⁊ filios
et omnia que habebat ⁊ reddi quod tunc
fit secundum Augustinum. Quando peccator pro transgressio
ne mandatorum ⁊ pro cupiditate ⁊ malis
operacionibus tamquam pro vxore ⁊ filijs penam
eternam debuisse persoluere ostenditur ⁊ tamen
talem sentenciam christus non profert in peccatores
in presenti ex liuore. sed ex terrore vt peccator
currat ad penitenciam ⁊ petat indulgenciam
sui debiti. subditur statim quod seruus pro
cidens rogabat dominum dicens. Paciencia
habe in me ⁊ omnia reddam tibi. Solu
cionem peciit temporis dilacionem. Sed
pius dominus plus concessit quam ipse rogabat
⁊ eius ⁊ concessit sibi debiti remissi
onem quod tunc fit quando peccator dignus
eterna pena consecutus est absolucionem
suorum debitorum ⁊ restitutus ad graciam

dei per sacramentale absolucionem. Et quantum ad
litteram adiungitur quod egressus seruus ille
inuenit unum de conseruis suis qui debebat
sibi solum centum denarios quod multum
minus peccauerat in eum quam ipse in deum et
rogabat eum dicens: Paciencíam ha-
be in me et omnia reddam tibi qui noluit
audire sed tenens suffocabat eum dicens
ac insistens coram iudice ut vindictam
sumeret et finaliter eum posuit in carcere
conscientie sue liuorem et rancorem contra eum
seruans donec redderet debitum id est donec
vindictam de eo haberet ut dicit Crisostomus.
Ideo sic crudeliter homo agit contra proximum
quia egreditur a Christo et recedit a deo per
peccatum. Nam si non egrederetur iniustus non
efficeretur. Videntes ergo conserui eius
scilicet angeli custodientes seu confessores
vel predicatores talem peccatorem consecutum
veniam a deo et sic crudelem contra pro-
ximum narrant domino quod fit quando dolores
et contriciones cordis de tanta ingratitudine
peccatorum deplorant et tunc dominus vocat
eum per sentenciam mortis appellando eum
seruum nequam quia noluit misereri con-
seruo suo sicut ipse misericordiam erat consecutus
ad quam vocacionem et obiurgacionem non
legitur dedisse aliquod responsum quia
tempore iudicii omne argumentum excusacionis
cessabit ut dicit Remigius. Postea
obmutescente tradidit eum dominus torto-
ribus id est demonibus ad cruciandum donec
redderet uniuersum debitum. non quod in loco
dampnacionis quis possit inuenire spacium
soluendi vel satisfaciendi debitum pro peccatis sed
ly donec ponitur pro infinito. Et sensus sit
semper soluet et nunquam reddet nec unquam per-
soluet et quod sic intelligatur parabola ista veri-
tas ipsa concludendo subdit dicens: Sic
pater meus faciet vobis nisi dimiseritis
unusquisque fratri suo de cordibus vestris

Sed hic possunt esse quinque dubitaciones
Prima utrum omni tempore penitencia sit conce-
denda peccatoribus. Secunda utrum penitenti so-
lum extremis penitencia valeat ad remis-
sionem peccatorum. Tercia utrum per ingratitu-
dinem peccata prius confessa redeant.
Quarta utrum dampnatis valeat pena
quam portant ad debitorum satisfaccionem.
Quinta utrum peccata commissa in deum grauiora
sint quam peccata commissa in proximum. Ad primam
est dicendum quod Augustinus in libro de penitencia et Gra-
cianus ponit in tractatu de penitencia 2a dis-
dicit aliquos fuisse istius opinionis solis
semel et non plus valet peccatoribus quod dupliciter
probant. Primo ex vera caritate quod caritas
vera ut dicebant semel habita nunquam postmodum
perditur nec tollitur per quodcumque peccatum sequens
quia si perdi posset vera penitencia non esset sed
ficta. Secundo probant hoc ex peccati grauitate
dicebant enim commissum post penitenciam ve-
ram sic esse graue racione ingratitudinis
quam homo meruerit quod per nullam penitenciam
remitti potest. sed utrumque istorum est falsum
et hereticum proponere quia primum tollit ar-
bitrii libertatem. Si enim caritatem homo
posset perdere liberum arbitrium non esset ver-
tibile ad bonum et ad malum quod est contra illud
quod scribitur Apocalipsis 2o habeo aduersus te pauca
quia caritatem tuam primam reliquisti
et subauditur de iteracione penitencie. Attende igitur
penitenciam et prima opera fac. Secundum vero
tollit diuine misericordie pietatem. Nam misericordia di-
uincat omnia mala et omnem iniquitatem
meam. Unde Ezech. xxxiii°. Si dixero im-
pio morte morieris et ipse egerit penitenciam
a peccato suo vita viuet et non morietur.
Planum est enim quod dauid grauissime peccauit
homicidium et adulterium simul committendo
et tamen postmodum consecutus est veniam
dicens deo: Secundum multitudinem miseracionum tuarum
dele iniquitatem meam. Dicamus ergo

quod quanto tempore vivit tanto tempore penitentia est sibi concedenda quod patet ex parte penitentie et ex parte penitentis et ex parte Christi indulgentis. Et ex parte quidem penitentie quia sicut homo quamdiu currit vere currit et tamen postmodum potest cessare sic homo quamdiu penitet divino in ipso actu et operatione penitendi non peccat proposito intentione et operatione et tamen postmodum peccare potest. Unde igitur penitentia tollit vere peccatum sicut verus cursus tollitur per cessare. Ex parte penitentis quia quamdiu homo est in vita penitens est in via non in termino. Et quamdiu homo secundum Augustinum est in vita tamdiu sibi conceditur tempus penitendi. Ex parte Christi remittentis patet quia querenti Petro si dimitteret usque septies. Respondit: non dico usque septies sed usque septuagies septies. Nunquam igitur est penitentia peccatoribus neganda. Ad secundum est dicendum quod Augustinus sub dubio videtur ponere sicut Gratianus allegat in tractatu de penitentia distinctione vii. An penitentia data homini in extremis valeat sibi ad remissionem peccatorum. Ait enim: Si quis in ultima necessitate sue egritudinis positus voluerit penitentiam accipere et accipit et statim recepta transit ad aliam vitam non negamus quod petit, sed quod securus vadat nescio. Nunquam dico damnabitur, sed nec dico liberabitur. Due res sunt: aut ignoscit tibi aut non ignoscitur. Quid horum futurum tibi sit ignoro. Tene certum et dimitte incertum. Videtur autem Augustinus sic loqui sub dubio propter tria, scilicet quia tria ad penitentiam requiruntur. Primo cordis contritio. Secundo oris confessio. Tertio operis satisfactio. Talis enim qui in extremis penitet non videtur habere cordis contritionem quia ut Augustinus dicit: Non ipse dimittit peccata, sed peccata dimittunt eum. Nec videtur habere oris confessionem quia non voluit penitentiam, sed admonitio mortis urgentis videtur ipsum inducere ad penitentiam recipiendam et aliorum forte instantia. Non videtur tertio habere operis satisfactionem quia eo tempore satisfacit quo uti non potest temporalibus rebus. Unde Lucia dicit matri: Audi me consilium meum: non decorum est quod illud das quod tecum ferre non potes, sed si vis Deo esse grata hoc illi des quod tu ipsa vivens potes uti. Dicitur quia latro in extremis penituit et non solum veniam est consecutus sed etiam primus omnium paradisum introivit. Ideo dicendum quod penitere in extremis vel potest esse timor ne puniatur vel amor ne Deus offendatur quia displicet sibi Deum offendisse. Quam displicentiam Deus subito potest inspirare. Unde super illo verbo: In quacumque hora conversus fuerit peccator et ingemuerit omnium iniquitatum eius non recordabor, dicit Glossa: quod conversum dicit propheta non solum versum quia vertitur homo per dolorem timoris sed convertitur per dilectionem divine dulcedinis. Tamen quod quidem est miraculosum quod sic homo subito conteratur de peccato et inflammetur divino amore. Ideo Augustinus sub dubio loquitur et sine scrupulo aliquo tutius et securius est penitere dum homo sanus est et adhuc peccare potest. Ut ipse dimittat peccata potius quam peccata dimittant eum. Propter quod in laudem iusti hominis dicitur: Potuit transgredi et non est transgressus, facere mala et non fecit. Ad tertium est dicendum quod peccata redire per ingratitudinem dupliciter potest intelligi. Primo quantum ad pene eterne consecutionem. Secundo quantum ad pene generationem. Primo modo non puto esse verum quod peccata prius dimissa per penitentiam redeant. Planum est enim quod si quis vere penitens et sic transit ab eterna pena liberatus est; ergo peccata erant sibi dimissa et pro illis amplius eterna pena non debetur. Sed si iterum labitur in peccatum mortale et absque

penitencia cum illo peccato mortali transeat et-
ernalis dampnacionis non quidem pro peccatis mor-
talibus prius confessis sed pro peccato mortali post
penitenciam factam commisit ergo nunquam peccata
confessa et prius sibi indulta redeunt per
ingratitudinem peccati sequentis quantum ad eterne
pene consecucionem sed bene redeunt quantum
ad dictam pene aggravacionem. Planum est enim
quod ingratitudo est maximum peccatum cum pec-
cator beneficium magnum recipiat adeo
quod in baptismo consequitur renovacionem veteris
vite et originalis peccati virtute passionis
Christi et postmodum per penitenciam tamquam per
secundam tabulam post naufragium iterum
consequitur indulgenciam peccatorum suorum
que propria operacione et malicia perpetrata
sunt. Si ergo talia beneficia non considerat
iterum recidivans in peccatum mortale pro quo de-
betur sibi eterna pena aggravetur sibi
ex tali ingratitudine secundum quem modum dicit
beatus Petrus quod melius erat viam veri-
tatis non cognoscere quam post agnicionem re-
trorsum converti ab ea quod traditum erat
illis sancto mandato secundum igitur aggravacionem
eterne pene qua quis conficitur ex peccato
mortali quod post penitenciam committit peccata omnia
indulta et originale et actuale redire
dicuntur non quantum ad ipsius pene consecu-
cionem et puto quod per hoc intelligi omnes auc-
toritates que inducuntur per Gracianum in
tractatu de penitencia quod nunquam in hac questione pro et
a contra. ¶ Ad ~~septimam~~ quintam est dicendum quod
licet hanc dubitacionem determinat d. quod
tanta est differencia peccatorum que committuntur
in deum et proximum quanta est differencia decem milium
talentorum et centum denariorum et hoc probat
ex tribus. Primo ex personarum dignitate
quia deus est creator homo vero est
creatura sicut igitur plus peccatur cum
offenditur princeps quam cum offenditur simplex
persona sic magis incomparabiliter peccatur

cum offenditur deus quam cum offenditur
homo. Secundo ex peccatorum paucitate
etiam quia ab homine corporaliter videmur
cum peccamus ideo desistimus quia putamus
peccare in homine sed quia a deo putamus
non videri non desistimus nec cessamus omni
die deo vel sancto peccare in eum pluribus
igitur vicibus in deum peccamus quam in
hominem sicut plura sunt decem milia quam
centum. Tercio ex beneficiorum multitudine quia ma-
gis excedunt beneficia nobis data a deo be-
neficia data ab homine quam excedit
decem milia centum in tantum ut si omni die
moreremur pro ipso non possemus sibi retribuere
cum ipso quod pro ipso moreremur ad maiorem u-
tilitatem proveniret. ¶ Ad ~~septimam~~ quartam est dicendum d.
quod similiter istam dubitacionem licet determinat
super hunc passum tradidit eum tortoribus
donec redderet universum debitum dicens
quod tortores dicuntur demones qui ad hoc
parati sunt ut perditas animas suscipiant
et in pena dampnacionis eterne eas tor-
queant. Et subdit Augustinus aliquis preceps
demersus sunt in eterna dampnacione potius
pro debito satisfaccionis quia additur donec
reddat universum debitum. Addit quod hoc
donec non dicit terminum finitum sed indeter-
minatum quia semper solvent dampnati et
nunquam satisfacient vel persolvent. Si enim
aliquis totam aquam maris poneret
super unam testam ollam et nunquam effunderet
intus sed semper extra nunquam impleretur
sic si aliquis deberet alicui decem de-
narios si mille libras sibi daret et
non intraret bursam eius nunquam esset
sibi solutum sic dampnati semper
solvent deo quia carent caritate per
quam deus acceptat penam et vult
esse satisfactoriam pro peccatis un-
de in qua intrat bursam eius.

Sequitur capitulum xix. Capitulum xix^m

Et factum est cum consumasset ihesus
sermones istos migrauit a gali
lea et venit in fines iudee trans iordanem
Et secute sunt eum turbe multe Et cu
rauit eos ibi Et accesserunt ad eum
pharisei temptantes eum et dicentes
Si licet homini dimittere vxorem suam
quacumque ex causa Qui respondens ait
illis Non legistis quia qui fecit ab
initio masculum et feminam fecit eos
et dixit Propter hoc dimittet homo patrem
et matrem et adherebit vxori sue et erunt
duo in carne vna Itaque iam non sunt
duo sed vna caro Quod ergo deus
coniunxit homo non separet Dicunt illi
Quid ergo moyses mandauit dare
libellum repudii et dimittere Ait illis
Quoniam moyses ad duriciam cordis vestri
permisit vobis dimittere vxores vestras
Ab inicio autem non fuit sic Dico autem
vobis quia quicumque dimiserit vxorem
suam nisi ob fornicacionem et aliam du
xerit mechatur Et qui dimissam
duxerit mechatur Dicunt ei disci
puli eius Si ita est causa hominis cum
vxore non expedit nubere Qui dixit
illis Non omnes capiunt verbum istud
sed quibus datum est Sunt enim eu
nuchi qui de matris vtero sic nati
sunt Et sunt eunuchi qui facti sunt
ab hominibus Et sunt eunuchi qui cas
trauerunt seipsos propter regnum celorum
Qui potest capere capiat Dictum
nato de fraterna correccione In parte
ista vt supra dicebatur agitur de a
plorum remuneracione et diuiditur totum
istud capitulum in partes tres quia primo ponitur
phariseorum temptacio Secundo puerorum
benediccio Et tercio in persona petri eorum
interrogacio Secunda ibi Oblati sunt
paruuli Tercia ibi Tunc respondens petrus
In phariseorum temptacione primo ponitur
eorum a christo confutacio Secundo vero
penum sine prudenciacio Tercio quorundam a
plorum dubitacio Circa primum vero ad primum

dicit ieronimus quod completis sermonibus sup
radictis saluatore relinquente galileam et ve
niente trans iordanem in fines iudee
quia ad locum passionis appropinquabat
ubi curauit multos venientes ad ipsum
vt tamquam pater proficiscens pignora
caritatis relinquet filiis remedia sani
tatum vt dicit Crisostomus Pharisei qui ex sapienti
ms christi duriores fiebant accesserunt ad
eum temptantes eum et dicentes si licet
homini ex quacumque causa dimittere vxore
suam quibus cum respondisset christus quod non li
cet per auctoritatem sacre scripture dicentis quod
deus creauit masculum et feminam et
coniunxit eos ita vt homo dimittat pa
trem et matrem adhereat sue vxori et sint
erunt duo in carne vna Vnde ex quo
deus coniunxit homo non separet Illi sta
tim intulerunt Quid ergo mandauit
moyses dari libellum repudii et dimittere
ad hoc enim volebant eum inducere vt
diceret male dixit moyses vel male fecit
sed saluator in eos retorsit culpam dicens
propter duriciam cordis vestri permisit moys
es sed ab inicio sic non fuit sic enim erat
pronum iudei ad interfectionem vxorem ideo
moyses permisit vxoricidium ad euitandum
homicidium vnde permisit moyses ma
la ne facerent peiora non mandauit
nec precepit vt ipsi inducebant Quantum
vero ad secundum eis sic confutatis saluator
veram sententiam dedit dicens Ego autem
dico vobis quod quicumque dimiserit vxo
rem suam excepta causa fornicacionis
et aliam duxerit mechatur potest enim
vir ad tempus vxorem dimittere non
tamen mechatur nisi aliam ducat
et si postquam dimittit quis vxorem ca
fornicacionis iterum eam ducat fornica
riam existentem et fornicari volentem ad
huc fornicatur quia secundum Crisostomum sicut
crudelis est qui castam dimittit sic fatuus

et iniquus est qui retinet scilicet meretricem
et subdit quod pronus est turpitudinis qui
crimen celat uxoris. Sed quantum ad tercium
videntes discipuli grave hominis esse sic
uxorem tenere et ipsam nunquam posse di-
mittere nisi causa fornicacionis quia
forte est ebria aut turpis aut infirma
aut iracunda aut fatua dixerunt Christo
si sic est causa hominis cum uxore quod non licet
ipsam dimittere non expedit nubere ac si
diceret tantum pondus est uxor quod melius
est esse sine ipsa quam eam accipere. Cui
dominus respondit Non omnes capiunt verbum
istud et non omnes possunt istud facere
ut sint continentes et sint sine uxore sed
quibus datum est a deo. Scribitur enim
Sapiencie ix Scio quod non possum esse con-
tinens nisi deus det et deus bene dat si
homo vult recipere. Tamen qui vult habere
gloriam non debet cogitare de labore
si homo hic petit bonum accipiat et si querit
inveniet. Et quod hoc sit possibile patet
quia sunt eunuchi qui ab utero matris
sic nati sunt et istorum continencia vel casti-
tas non est meritoria quia naturalibus non
metitur nec demetitur. Et sunt eunuchi
qui ab hominibus per violenciam facti sunt
et nec talium castitas est meritoria quia secundum
Crisostomum sicut opus non facit peccatum sine vo-
luntate sic meritorium ex opere non sequitur
si voluntas non adest. Sed aliqui sunt
eunuchi qui seipsos propria voluntate
castraverunt propter regnum celorum qui cum
possent esse viri et mulieribus commisceri
servant tamen castitatem et restrin-
gunt in membris eorum omnem carnalitatem
talium ergo castitas meritoria est et istis
sunt qui capere possunt verbum istud
ita quod servare possunt et volunt castitatem
divino auxilio roborati melius est esse
sine uxore quam uxorem capere non quod illud

sit malum sed istud est longe melius.
Sed hic possunt esse quinque dubitaciones. Prima
utrum matrimonium solvatur propter forni-
cacionem carnalem. Secunda utrum solvatur
propter infidelitatem vel fornicacionem spiritualem.
Tercia utrum insidiens uxorem adulteram
et fornicariam penam homicidii debeat
puniri. Quarta utrum liceat propter reg-
num celorum acquirendum se castrare. Quin-
ta utrum castrantes seipsos sint irregu-
lares. Ad primam est dicendum quod matrimonium
solvi propter fornicacionem carnalem potest
dupliciter intelligi. Primo quantum ad habita-
cionem et carnalis copule communicacionem. Se-
cundo quantum ad sacramentum nupciarum celebra-
cionem ita quod dimissa uxore fornicacionis
causa liceat viro aliam accipere. Primo
propter fornicacionem solam uxor potest di-
mitti ut homo non habitet cum ipsa nec
commisceatur sibi carnali copula et hoc
probatur tam per textum quam per verba apostoli et
sanctorum. Nam apostolus dicit prima ad Corinthios
vii his qui matrimonio coniuncti sunt precipio non
ego sed deus uxorem a viro non discedere
quod si discesserit scilicet causa fornicacionis manere
innuptam debet. Augustinus vero ait quod dominus ad
confirmandum quod uxor non facile di-
mittatur a viro solam fornicacionis causam
accepit ceteras vero alias molestias
si que extiterint aut quod sunt beneficia
aut filiorum infecunditas quod quamvis peccata
sit quod fornicacio pro fide coniugali et pro
castitate servanda iubet fortiter susti-
nere et mechum appellat qui mulierem
causa fornicacionis dimissam accepit vel
uxorem vivente viro a quo non dimissa est.
Nam ut dicit Origenes Sola fornicacio
facit uxoris affectum et nullum aliud peccatum
propter quod quia dubium esset fornicariam
uxorem cum viro manere ne ipsam
inficeret eo quod solum ut dictum est forni-
cacio destruit affectum in viro uxoris

videns carnem suam esse divisam ideo
quantum ad habitacionem et carnalis commixcionis
salvator ire concessit quod vir uxorem
posset dimittere. Sed secundo modo quantum
ad secundarum nupciarum celebracionem
vinculum non solvitur eciam per fornicacionem.
Unde salvator mechum vocavit
illum qui uxorem dimissam causa
fornicacionis accepit. Cuius causam assignat
Crisostomus quia per quas causas necessario
res per ipsas dissolvuntur matrimonium
autem non facit carnalis copula vel habitacio
sed voluntas ideo si quis dimittat
uxorem quantum ad habitacionem et commixcionem
carnalem eciamsi aliam non accipit
adhuc est maritus quia si corpore
separatus est voluntate tamen coniunctus. Et
quamvis dicat hoc ideo dominum precepisse quia
posset crimen fornicacionis imponere
in uxorem ut aliam uxorem acciperet.
Unde ad hoc ut non fieret salvator voluit
quod dimittens vel dimissa posset ad secundas
nupcias transire eis vivientibus
graviter tamen peccant illi qui ex quacumque
alia causa preter fornicacionem uxores
a se separant dant enim utrique tales
occasionem fornicandi. Quod secunda est
dicendum quod sicut dicit Rabanus super
hunc passum due sunt solum cause quibus
uxor dimitti potest. Una est fornicacio
carnalis de qua dominus loquitur. Alia
est fornicacio spiritualis puta timor dei. Dicamus
ergo quod sicut ponitur xxviii° causa
q. i. Si vir et uxor sunt infideles si vir
convertatur uxore nolente converti vel
exquo potest ipsam dimittere nolentem
cohabitare cum ipso. Sed ipsa vivente non
potest aliam capere quia licet matrimonium
primum fuit verum non tamen fuit ratum
cum fuit in ipsa infidelitate celebratum.
Sed si ambo vir et uxor sunt fideles
et postmodum alter ipsorum fiat infidelis
et odio pane religionis derelinquat
fidem tunc vir fidelis derelictus non
tenetur sequi uxorem infidelem discedentem
alteram tamen ipsa vivente accipere
non potest quia matrimonium fuit celebratum
in ipsa fidelitate propter quod non solum
fuit verum matrimonium sed eciam fuit ratum.
Quod eciam est dicendum quod si vir interficeret
uxorem fornicariam extra actum
fornicacionis ita quod non videret nec
deprehenderet eam actualiter fornicari tunc
tam lege humana quam divina puniendus
esset pena homicidii. Non enim debet homo
proprio iudicio quemquam interficere sed debet
eam coram iudice accusare et penam
a lege impositam expetere et hoc non
livore vindicte sed amore iusticie. Et
penam et culpam homicidii subterfugere
vellet. Si tamen vir inveniret uxorem
actualiter fornicari ita quod videret et comprehenderet
ipsam in operacione fornicacionis
tunc si eam occideret propter magnitudinem
tristicie et dolorem quem habet videndo
carnem suam dividi et turpiter tractari
lex humana non apponit penam et
ex hac lege humana dicitur licere non quod
precipiat. Sed quia non prohibet nec penam
taxat. Considerandum tamen est verum
matrimonium. Unde dicendum est quod si
ipsam interficeret lege humana non puniretur
pena homicidii lege tamen divina
qualitercumque vir proprio iudicio interficeret
uxorem pena homicidii esset puniendus.
Quod eciam est dicendum quod si ...
primo de tamen ... absque speciali consilio
... non licet aliam facere. Unde sequitur
mors sua vel alterius. Unde deberet
... suum corruptorem interficere quantum
cumque dubitaret de suo consensu et complacencia
in ipsa experiencia operis
fornicarii quia licet abscisio membrorum
... absque periculo mortis fieri non

non potest ideo tamquam homicida habendus est. Et maledictione homicidii obnoxius qui membra sua abscidit ut dicit Glossa super hunc locum. Et dico absque consilio spiritus sancti quia secundum Augustinum alibi non excusaretur ab homicidio Sampson et Jepte qui filiam immolavit nisi quia singulari consilio spiritus sancti fecerunt. Et quecumque alie persone hoc fecerunt sicut dicit Augustinus quod Rome quedam virgines videntes earum corruptores seipsas in flumen rapidissimum iactaverunt. Sed quedam domina Lucrecia nomine cum esset violenter oppressa in tantum fornicationis actum est detestata vel de fraccione fidei matrimonialis copule conturbata quod statim negotio indicato viro et eandem nepoti potentibus in actu bellico vel vindictam facient seipsam interfecit. Ideo tales et consimiles excusari non debent ab homicidii crimine nisi si forte revelatione spiritus sancti talia fecerunt. Cum igitur salvator dicit quod aliqui se castraverunt propter regnum celorum intelligendum est secundum Crisostomum talem castraturam fiendam esse non per membrorum virilium abscisionem quia sexus cum sit natura a deo et factura bonus est sed intelligitur propter malarum cogitacionum et malarum concupiscenciarum incisionem. Si enim voluntas mea est sobria et pudica motus naturalium membrorum nullum est peccatum. Sed quia est dicendum quod sicut habetur dicto capitulo de eunuchis in tribus modis potest aliquis castrari. Primo per violenciam et coactionem sicut illi qui castrantur a suis dominis vel a barbaris qui capiuntur ab eis. Secundo per infirmitatem corporis vel languorem. Tercio per naturam et suam generationem sicut enim quis homo nascitur sine digito et cum diminucione aliorum membrorum ita dicente salvatore aliqui sunt eunuchi qui de ventre matris sic nati sunt. Quarto propriam operacionem ardens enim aliquis stultus carere concupiscencia carnali abscisis membris virilibus. Sed secundum Crisostomum qui dicit super hunc locum abscidere membra tentationis causa dementie diabolice temptacionis est quia per hoc non fit concupiscencia mansuecior sed molestior et ardencior aliunde venit sperma et semen vel suos fontes in nobis. Primis ergo talibus modis non incurrit irregularitas. Sed quarto modo solum ut dicitur dicto capitulo. Si quis seipsum abscidit et brachia sibi amputat non fiat clericus qui sui est homicida et dei condicionis inimicus. Et hoc intelligitur quod non fiat sine dispensacione.

Tunc oblati sunt ei **lectio secunda** parvuli ut manus eis imponeret et oraret. Discipuli autem increpabant eos. Jhesus vero ait eis. Sinite parvulos nolite prohibere eos venire ad me. Talium est enim regnum celorum. Et cum imposuisset eis manus abiit inde. Et ecce unus accedens ait illi. Magister bone quid faciam ut habeam vitam eternam. Qui dixit ei. Quid me interrogas de bono. Unus est bonus deus. Si autem vis ad vitam ingredi serva mandata. Dicit illi. Que. Jhesus autem dixit. Non homicidium facies. Non adulterabis. Non facies furtum. Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum et matrem tuam. Et diliges proximum tuum sicut teipsum. Dicit illi adolescens. Omnia hec custodivi a iuventute mea. Quid michi adhuc deest. Ait illi Jhesus. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus et habebis thezaurum in celo. Et veni sequere me. Cum autem audivit adolescens verbum abiit tristis. Erat enim habens multas possessiones. Jhesus autem dixit discipulis suis. Amen dico vobis. Quia dives

difficile intrabit in regnum celorum Et
iterum dico vobis facilius est came
lum per foramen acus transire quam diui
tem intrare in regnum celorum Auditis
autem hijs discipuli mirabantur val
de dicentes Quis ergo poterit saluus
esse Aspiciens autem ihesus dixit eis
Apud homines hoc impossibile est a
pud deum autem omnia possibilia sunt
Posita phariseorum consultacione In parte ista habetur
super dicebatur ewangelista ponit puerorum benediccionem
Et primo ponitur puerorum presentacio Secundo
ponitur cuiusdam hominis xpo proposita deter
minacio Et tercio ponitur hominum et aman
cium diuicias quedam terribilis comminacio
Quantum igitur ad primum dicit ewangelista quod tunc
loquente scilicet xpo de castitate oblati sunt ei
et presentati pueri mundi et casti vt imponeret
eis manus scilicet Tercium consuetudo
fuit antiquorum vt homines pueros suos
presentarent senioribus et sanctis viris vt
per benediccionem et manus imposicionem ipsorum
demonum insidijs liberentur Scientes igitur
xpm esse sanctum sanctorum volebant
vt eorum pueris manus imponeret creden
tes quod extunc ruina demonum eos tangere
non possent et per hoc instruuntur xpiani vt
dicit Crisostomus vt eorum pueros presentent sacer
dotibus et episcopis vt eos benedicant et per
imposicionem manus robur spiritus sancti
accipiant quod fit quando per episcopum sacramen
tum confirmacionis recipiunt Discipuli
tamen propter reuerenciam xpi prohibebant
pueros ad ipsum venire non quod displiceret eis
si voce et manu benedicerent deum sed ti
mebant eum nimis laborare ex importunitate
tunitate ipsorum Sed vt dicit Crisostomus quis
merebitur ipso appropinquare si simplex
infancia repellitur ideo subdit ipsi
benignitas dicentis Sinite paruulos
venire ad me quia talium est regnum celorum
talium scilicet innocenciam non etatem sed per imitacionem
infancium Quantum vero ad secundum quia
audierat vnus iuuenis puerorum esse regnum
celorum volens eciam scire qualiter ad regnum
possit peruenire quesiuit a xpo dicens magister
bone quid faciam etc. Hic autem dixit non ex
temptacione sed ex vera deuocione quamuis
esset pecuniarum et diuiciarum amator non
tamen erat temptator vel simulator vt
dicit Crisostomus Et quia vt dicit Augustinus xpm appel
labat bonum et de bono interrogabat ideo
saluator ad vtrumque respondit dicens Quid
me interrogas de bono supple tamen vnus
est bonus deus ad quem peruenitur per spiritualia
alia bona et per obseruacionem mandatorum
ideo subdit Si vis ad vitam ingredi serua
mandata qui cum quesiuisset que erant
illa mandata non temptando sed existi
mando quod essent alia mandata preter
legalia que vite eterne acquirendum
sibi causam fierent Hic respondit et specificauit
sibi precepta secunde tabule pertinencia
ad dileccionem proximi que omnia includuntur
in hoc verbo diliges proximum tuum sicut te
ipsum Tacuit autem precepta prime tabule
vel quia talis feruens erat in dileccione
dei vt dicit Crisostomus Et quia precepta nominata
in lege continebantur que dicebat se ser
uasse a iuuentute sua ideo viam perfeccionis
saluator sibi ostendit dicens Si vis per
fectus esse vade et vende omnia que habes
et da pauperibus et veni sequere me et habebis
thesaurum in celis Sed quantum ad tercium cum
talis iuuenis recessisset a xpo tristis
eo quod scilicet multas possessiones habebat
et firmas et tabulos que suffocant semen
domini vt dicit Iheronimus Ideo saluator ter
ribilem comminacionem conclusit de diui
tibus dicens apostolis quod diuites esse difficile quod
diuites intrare in regnum celorum quam ca
melum per foramen acus scilicet enim Iheronimus

in iherlm quedam porta dicebatur sic
esse nominata cuius accus per quam camelus
nisi deposito onere et flexis genibus transire
non poterat per quam ut ait signant ce
dentes per artam portam que ducit ad
vitam transire non posse nisi depositis
honeribus peccatorum et affeccionibus divici
arum et quia honera predicta depo
non possunt nisi auxilio divine gracie ideo
apostolis dicentibus. Quis ergo poterit
salvus fieri considerantes tantam
difficultatem. Ait salvator quod licet
apud homines hoc sit impossibile apud
deum tamen non tamen omnia sunt possibilia
¶ Sed hic possunt esse quinque dubitaciones
¶ Prima utrum per imposicionem manus primis
sacramentum confirmacionis a christo fuerit
institutum ¶ Secunda utrum per sacramentum
confirmacionis contrahatur spiritualis
cognacio ¶ Tercia utrum per vendere omnia
et dare pauperibus sit in via perfeccionis
¶ Quarta utrum homo vendens omnia
et relinquens pauperibus acquirat omnes vir
tutes ¶ Quinta utrum possessor diviciarum
absque difficultate possit intrare in re
gnum celorum ¶ Ad primam est dicendum quod insti
tucio sacramenti confirmacionis in
sex modis intelligi potest esse facta
Primo quantum ad eius significacionem
et sic per imposicionem manus satis pri
mus signata est Unde dicit Crisostomus super
primis sermo christus manus imposuit
pueris iussit omnes parentes ut fi
lios suos sacerdotibus et episcopis offerant
quia non episcopus manus imponit sed
christus manus (cum non) imponit Secundo quantum
ad promissionem et sic salvator promisit
sacramentum istud instituendum
esse post eius ascensionem (et quando

plenitudo spiritus sancti danda erat Unde dicit
Jo vii. quod nondum erat spiritus sanctus datus
quia ihesus nondum erat glorificatus
Tercio quantum ad eius effectus exhibicionem
et sic effectus istius sacramenti datus
est a christo in die penthecostes quando spiritus sanctus
missus est apostolis in linguis igneis da
tur enim spiritus sanctus in hoc sacramento
ad robur ut christianus audacter confite
atur nomen christi et fortis efficiatur
in bello spirituali. Unde quantum ad eius
affectus exhibicionem in die penthecostes institu
tum est Quarto quantum ad eius instituere et for
me specificacionem sic postmodum tempore
apostolorum et successorum ordinatum est
¶ Ad secundam est dicendum quod auctoritate et
racione probari potest quod spiritualis cog
nacio in sacramento confirmacionis con
trahatur. Auctoritas namque est expressa
Innocencii 30 q. iiii ubi dicitur. Qui
si quis ex coniugio filium aut filiam de
sacro fonte susceperit aut ad crisma
tenuerit vel christianitatis misterium
dederit ambo vir et uxor compatres
efficiuntur parentibus infantis (quod vir
et mulier una caro sunt effecti. Racio
vero talis est. Nam in sacramento
triplex confertur potestas una passiva
nascendi et recipiendi esse spirituale vi
te. Secunda est activa contrariis
resistendi et in bello spirituali fortiter pug
nandi. Tercia est operativa sibi simile
generandi et operandi illa que ad spiritua
lem vitam requiruntur. Prima potestas
datur in baptismo Secunda vero
in confirmacione Sed tercia confertur
in sacramento ordinis. In prima autem
et secunda potestate homo indiget auctore
Indiget namque homo recepto baptismo

instruem qualiter in vita spirituali debeat con
versari quia recenter natus nesciret
per se ipsum que essent necessaria ad spiritu
alem vitam absque instructore. Similiter
recepto sacramento confirmacionis indiget
doceri qualiter in bello debeat absque erube
scencia pugnare nomen christi audacter
confitendo quia absque robore spiritus sancti
presupponitur esse parvulus et debilis in bel
lo spirituali quamvis etate posset esse magnus
et fortis. Sed in sacramento ordinis iam pre
supponitur esse instructus et qualiter de
beat in vita spirituali et qualiter inimicos
fidei debeat impugnare. Ideo quia solum
in hiis duobus sacramentis homo in
diget instructore solum in eis qualiter
spiritualis cognacio ¶ Ad tertiam est
dicendum quod adolescenti posito in via
perfectionis salvator dixit. Vende omnia
que habes et da pauperibus. In quibus
verbis secundum Remigium in[…] tetigit sal
vator iiij[or] necessaria ut homo ponatur
in via perfectionis. Primum est gulositatis
et carnalitatis sobrietas et temperan
tia cum dicat vende non enim dixit
manduca. Multi namque que deberet
pauperibus erogare devorant in super
fluis cibis et potibus et luxuriis. Unde
reprehenditur et condempnatur in scrip
tura ille dives qui induebatur pur
pura et bisso et epulabatur splendide
et lazaro pauperi elemosinam negabat.
Vendenda igitur sunt temporalia bona
non comedenda si homo vult poni
in perfectionis via. Unde tempore apostolorum
volentes eorum perfectionem sequi vende
bant agros et domos et precium po
nebant ad pedes apostolorum ut scribitur

Actuum iiij[o]. Secundum est necessitatis
et adversitatis fortitudo et constancia
cum dixit omnia non partem. Multi enim
sic sunt pusillanimes et diffidentes
ne deficiant in rebus necessariis et
ne paciantur aliquas adversitates
et indigentias qui nolunt omnia que
habent vendere et pauperibus elargiri cum
ad dei servicium accedunt sed partem
vendunt et partem occultant et servant
sicut fecit Ananias et Saphira uxor
eius fraudantes de precio agri pro
qua fraude mortis sentenciam a petro re
ceperunt Actuum v[o]. ¶ Tercium est proximi rec
ta equitas et iusticia cum dixit que habes.
Multi enim vendunt et dant pauperibus
non que habent et sua sunt iusto titulo
sed que per usuram et rapinam ab aliis
acceperunt. Illa enim dicuntur habere que nostra
sunt et iusto titulo possidemus. ¶ Quartum
est intenti finis puritas et prudencia
cum dixit pauperibus da et non divitibus
vel proximis a quibus homo possit
similia accipere. Hec enim non est pru
dencia que est recta ratio agibilium
sed magis quedam fraudulencia non
pertinens ad finem debitum quem debet.
¶ Ista igitur que salvator tetigit ponunt
hominem in via perfectionis non tamen
sine voluntate que est adimplenda deo
parata obediencia. Ideo addidit statim
et veni sequere me. ¶ Ad quartam est di
cendum quod Origenes hanc dubitacionem
movet super hunc passum dicens. Ponamus
aliquem hoc fecisse quod dominus consulit
puta quod vendiderit omnia et dederit pau
peribus numquid statim erit perfectus et si di
catur quod sic tunc perfectus sit ille qui

xix^m

omnes virtutes habet oportebit talem statum esse sine ira sine invidia sine castitia et sine carnali concupiscencia quod non videtur quia multi et si omnia vendant et pauperibus erogent adhuc tamen non carent viciis supradictis vel non pollent virtutibus destruentibus predicta vicia. Ad hoc igitur respondet triplici modo. Primo quia talis intelligatur perfectus et virtutes omnes habere per virtutum et perfectionis inchoacionem non enim statim venditis omnibus et datis pauperibus homo est perfectus et virtutes omnes habet sed ponitur in via per hoc perfectionis et inchoantur in eo omnes virtutes. Unde salvator non dicit sis perfectus vel eris perfectus. Et si vis esse perfectus ac si vendicio et abdicacio rerum temporalium non faceret eum perfectum sed perfectionis viam inchoaret. Secundo quod talis intelligatur perfectus et virtutes omnes habere per alicuius diviciarum receptionem ut ille qui pauperibus tradidit bona temporalia adiuvatur ut accipiat ad suam spiritualem inopiam illorum spiritualem habundanciam et ita hoc modo aliorum auxilio sit perfectus quod aliquas humanas passiones habeat quia temporales divicias pro spiritualibus commutat credens Christi sermonibus. Tercio quod talis intelligatur perfectus per viciorum omnium vendicionem ut sicut ipse vendidit omnia temporalia sic vendat omnia vicia et expoliat se cunctis temporalibus bonis ita expoliet se cunctis viciis malis et sic erit perfectus non quidem tantum per expoliacionem diviciarum quantum per expoliacionem viciorum.

Quarto ut intelligatur perfectus per formalem et virtualem possessionem. Nam qui perfecte unam virtutem formaliter et virtualiter omnes habet quia si quis est iustus virtuose oportet quod iusticiam habeat fortiter prudenter et temperanter et sic si aliquis sua bona dat pauperibus oportet quod talis libertas formaliter et virtualiter includat omnes virtutes quia liberalitas non dantur nisi caste prudenter iuste fortiter largirentur. ¶ Ad quintum est dicendum quod multi sunt divites qui facile intrant in regnum celorum. Nam matheus et zacheus et abraham divites fuerunt quos nulli dubium est regnum celorum intrasse et potissime de abraham dubium non est quantumque dives fuit et multas possessiones filiis suis dereliquerit ut scribitur et nec dubium est quin ipse sit in regno celorum cum ecclesia semper oret ut filii sui in sinum abrahe recipiantur possimus ergo dicere ut dicit hilarius quod diviciarum amatores non diviciarum possessores cum difficultate immo cum impossibilitate regnum celorum intrant. Magis enim impossibile est inordinate amore diviciarum intrare in regnum celorum quam per foramen acus ire camelum. Illud enim repugnat vere rei istud autem repugnat divine iusticie. Secundo diviciarum retentores non diviciarum dispensatores cum difficultate intrant regnum celorum. Tercio diviciarum raptores non iusto titulo acquisitores intrant cum difficultate regnum celorum. Igitur diviciarum possessores non amatores dispensatores et largitores non retentores et diviciarum iusto titulo et proprio labore acquisitores non raptores faciliter et sine difficultate regnum celorum intrant sicut fuit

abraham et multi alii perfecti viri. non
enim solum amorem divitiarum abraham
postposuit amori divino verum etiam amo-
rem unigeniti filii postposuit divine
iusticie. Unde dictum est sibi a deo quia
fecisti rem hanc non pepercisti unigenito
filio tuo propter me benedicens benedicam
tibi quia pauci sunt divites sic animo
et puri a spinis divitiarum et plures sunt
qui suffocantur in eis inordinate e-
as amantes retinentes et augmentantes
Ideo salvator difficile esse dixit divi-
tibus regnum celorum intrare quia facta
paucorum et sanctorum atque perfectorum virorum
communiter viventibus miranda potius
sunt quam imitanda nec ad quia comi-
ter sunt trahenda Lectio iij

iij Tunc respondens petrus dixit ei Ecce
nos reliquimus omnia et secuti su-
mus te. Quid ergo erit nobis Ihesus autem
dixit illis Amen dico vobis quod vos
qui secuti estis me. In regeneratione cum
sederit filius hominis in sede maiestatis
sue sedebitis et vos super sedes duode-
cim iudicantes duodecim tribus israel
Et omnis qui reliquerit domum vel fratres
aut sorores aut patrem aut matrem
aut uxorem aut filios aut agros propter
nomen meum centuplum accipiet et
vitam eternam possidebit. Multi autem
erunt primi novissimi et novissimi
primi. Posita priori verborum. In parte ista
ut supra dicebatur evangelista ponit beati pe-
tri in persona omnium de remuneratione ipsorum
interrogationem. Et primo ponit petri in-
terrogantis magnam confidentiam Secundo
ponit christi respondentis magnam communica-
tionis gloriam. Et tertio concludit omnium re-
munerandorum universalem finem Circa primum
ad primum dicit quod cum audito scilicet verbo christi
quod fuit locutus adolescenti Si vis per-
fectus esse vende omnia que habes et da pau-
peribus et veni sequere me. petrus in persona
omnium dixit. ecce nos apostoli omnia reliquimus
et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis
magis enim secundum quod dicit Origenes consi-
derabat petrus de suo affectu quam de
qualitate rerum relictarum. Bene enim
sciebat quod parum reliquerat quia non
nisi arundinem et rethe Sed quia ex
magna plenitudine dilectionis et affectio-
nis qua habebat ad christum illa minima
reliquerat confidenter dicit Ecce re-
omnia et quia ut Iohannes dicit multi philosophi
ut socrates et multi alii divitias contemp-
serunt. ideo statim subdit et secuti sumus
hoc est enim proprium apostolorum et credentium
sequi christum Circa vero ad secundum
dicit quod christus respondens petro in persona
omnium ait. Amen dico vobis quod vos qui
secuti estis me ex modo loquendi christi
apparet quod petri affectum non rerum tem-
poralium dimissione acceptavit vos
inquit non solum corporis passibus sed
mentis secuti estis me in regeneratione
cum creatura liberabitur a servitute
corruptionis et regnabitur in libertate
filiorum dei quod erit in finali iudicio
cum sederit filius hominis in sede maies-
tatis sue vos qui secuti et secuturi
estis me non iudas qui secutus est nos
sed retro abiturus sedebitis super sedem
duodecim iudicantes duodecim tribus
israel quia vobis credentibus ipsi credere
noluerunt ideo merito eritis iudices eorum
ut in iudicio iudicancium intelligantur
omnes qui propter evangelium sua omnia
dimiserunt et secuti sunt deum ipsi sic
enim divini amoris stimulo excitati ha-
bita possessa reliquerunt Ille perfectum
bio iudiciarie potestatis culmen retinebit
vel obtinebit. Ut simul cum iudice ve-
niat ad iudicandum qui nunc conside-
ratione iudicii sese paupertate spon-

tance castigat. Sed quantum ad tercium dicit
quod universaliter omnis qui reliquerit domum
vel fratres aut sororem aut patrem aut matrem
aut agros propter nomen meum centuplum
accipiet quia hic in presenti recipiet graciam
dei et eius dona spiritualia que in centuplo
excedunt temporalia et postmodum possi-
debit vitam eternam et quia iudei fu-
erunt primo vocati et eis non credentibus vel
saltem sic non ferventer sicut gentiles
ideo subdit quod multi erunt novissimi primi
et primi novissimi et multi namque ex
gentibus erunt primo et magis communi-
cati quam multi ex iudeis qui primo vocati
sunt et dico multi non omnes propter apostolos
quos non est dubium omnes alios excedere
in gloria sicut omnes alios excesserunt
in merito cum ipsi primicias spiritus sancti acce-
perunt. Sed hic possunt esse quatuor dubita-
ciones. Prima utrum apostoli primus fuerunt
vocati a christo ad statum religionis quam
prelacionis. Secunda utrum relinquen-
tes omnia propter christum et sequentes eum debeant
consequi premium apostolorum. Tercia utrum
apostoli debeant cum christo iudicare. Quarta
utrum apostoli debeant magis spiritualiter iu-
dicare iudeos quam gentiles. Ad primam
est dicendum quod status prelacionis est
perfeccionis [illegible]. Status vero religionis
est ante statum perfeccionis vel prelacionis quia
ergo apostoli fiendi erant episcopi et prelati per
christum post eius resurrectionem quando insufflavit
et dixit eis accipite spiritum sanctum quorum
remiseritis peccata remittuntur eis. Super
quo verbo dicit Gregorius. Libet intueri
ad quantum culmen glorie producti sunt
apostoli ut non solum de se ipsis securi sint
sed etiam superni iudicii principatum sorti-
untur et qualiter vice domini quibusdam peccata
retineant et quibusdam relaxent quorum
nunc locum in ecclesia episcopi tenent quia

solvendi et ligandi auctoritatem recipiunt qui
gradum regiminis sortiuntur. Prius igitur
quam prelati fierent vocandi erant ad statum
religionis tria requirunt. Primo votum
castitatis et mundicie. Secundo votum pau-
pertatis indigencie. Tercio votum humi-
litatis et obediencie. Alia vero ut diversi-
tas habitus et diversitas aliarum observanci-
arum magis accidentaliter quam principaliter
habent se ad religionem. Ista igitur tria ut
principaliter ad religionem pertinencia
apostoli in ipsa prima vocacione pertinencia
eorum a christo se observare fatentur quod
satis petrus in persona omnium expressit
cum dixit ecce reliquimus omnia et secuti
sumus te. Nam votum castitatis et mundi-
cie expressit cum promisit ecce nos apostoli
sunt qui per te mundati et in castitate firmati
nulli namque debet esse dubium quod predicti
apostoli a christo ihesu vocati sunt semper
munde et caste vixerunt. Unde Glosa
super illo verbo ad hebreos ii. Ecce ego et
pueri mei quos dedit michi deus dicit
quod pueros apostolos nominat quia per eum
mundandi et sanctificandi erant. Votum vero
paupertatis et indigencie expressit cum
enim adiunxit reliquimus omnia quamvis
enim pauca cum fratre suo reliquerit
non tamen pauca reputata sunt a christo
ut dicit Origenes. Sed votum humilitatis
et obediencie expressit cum subiunxit Et
secuti sumus te. Super quo verbo dicit Origenes
quod secundum omnia que pater revelavit, pater
revelavit christum esse filium suum apostoli se-
cuti sunt enim in iusticia et sanctificacione
et in omnibus que ad humilitatem et
obedienciam spectat. Primus ergo apostoli
vocati sunt ad statum religionis quam pre-
lacionis quantum ad illa que principaliter

ad religionem receperunt. ut sit sensus
ecce nos apli pre iudificati relinquimus
omnia temporalibus denudati et te secuti sumus
ad obediendum pati. ¶ Ad secundam est
dicendum quod secundum Crisostomum salvator aplis
relinquentibus omnia et sequentibus eum quia
maiores et excellenciores erant nichil tem-
porale et terrenum repromisit sed solum
iudiciariam sedem eis offert. aliis vero
relinquentibus omnia et sequentibus xpm que
temporalia sunt promittuntur. cum dicitur
eis centuplum accipietis et postmodum vitam
eternam possidebitis. contingit enim ad litteram
hoc secundum Strabum ut transeuntes se ad reli-
gionem et serviendum deo quod etiam in tem-
poralibus centuplum accipiunt plusquam an-
tequam ante habuerunt. quibus si boni fuerint
recipiunt in fine vitam eternam. secundum tamen
quod dicit Origenes. facienda est quedam dis-
tinccio de illis qui reliquerunt bona tem-
poralia ut xpm sequerentur quia vel re-
linquunt omnia universaliter et tunc illa que
promissa sunt petro et aliis aplis habebunt
vel non relinquunt omnia sed quedam
et quedam sibi servant. de quibus hic sal-
vator loquitur et tunc aut hii recipient
multiplicia et postmodum vitam eternam pos-
sidebunt. tamen quia ut dicit scriptura c. xiij
auctor autem puto quod sine bella sim contu-
melia. Cyprianus episcopus petro aplo comparatur
quantum attinet ad iudicium et ad martirii
comparative coronam licet dignitate sit
minor. ideo dici potest quod licet relinquentes
omnia propter xpm debebant consequi premium
aplorum quantum ad pietatem meriti quantum
tamen ad pietatem dignitatis semper
apli erunt maiores. ¶ Ad terciam est dicendum
quod in finali iudicio sine pronunciacio fiet
propter xpm humanam naturam apparentem ipse enim
consecutus est iudex vivorum et mortuorum.
Nam ut dicit ysidorus de summo bono
c°. de iudicibus. Bonus iudex quinque condiciones
debet habere. Primo sapientiam in cognicione ne
decipiatur. Secundo constantiam in affectione
ut non putatur. Tercio eloquentiam in
allegacione ut non confundamur. Quarto
complacentiam in responsione ut non i-
rascamur. Et quinto auctoritatem vel potestatem
in operacione ut non repellatur. Ergo cum igitur
per xpm habentes has quinque condiciones erit
sine pronunciacio per aplos vero erit
sententie manifestacio. unde super illo verbo
prima ad Corinthios vi°. Nescitis quia ange-
los iudicabimus dicit Glosa. Id est reprobos
angelos dampnabiles et iudicandos ostendet
et manifestabunt. Sed sine approbacio
et confirmacio erit per omnes qui propter
xpm temporalia reliquerunt. Unde dicit
Strabus super hunc locum quod in illo iudica-
tum omnes erunt qui propter evangelium
omnia dimiserunt et secuti sunt dominum. ¶ Ad
quartam est dicendum quod secundum Strabum per xij
tribus scilicet iudicandas omnes gentes
intelligere debemus. Iudicabunt enim apli
tam demones quam homines et iudeos et
gentiles. Quare ergo salvator dixit. Iudi-
cabitis duodecim tribus scilicet specialem faciens
mencionem de iudeis. ad hoc respondet Crisostomus
quod iudeos specialiter iudicabunt apli et specialiter
modo erunt eorum iudices propter duo. Primo
propter eorum incredulitatem. Nam ut dicit
futurum erat ut in die iudicii responderent
xpo ihesu. Domine non te cognovimus filium
dei esse in corpore constitutum. Quis enim
homo videre poterat thesaurum in terra
absconditum et solem nube celatum. Sed hoc
igitur respondebunt apli qui ut iudices eorum
inducerent in medium dicentes. Et nos
homines sumus rustici et abiectissimi in ple-
be. vos autem exercitati scribe et pharisei
sed bona voluntas et fidelitas facta
est in nobis lucerna instituitatis nostre
in vobis vero malicia et infidelitas
facta est caligo sciencie vestre. Unde sal-
vator dixit iudeis dicentibus quod in Beelze-

xx^m

uis eiceret demonia. porro si in digito dei
eicio demonia in cuius virtute puta spiritus
sancti. vestri filii eiciunt ideo apostoli christi vestri
iudices erunt. Secundo propter eorum in
lege firmitatem et carnalitatem nam cum iudei
dicent in finali iudicio non potuimus
credere christum ihesum esse dei filium cum vide
remus eum hominem quia lex prohibuit
ut nullam creaturam pro deo colere de
beremus. ad hoc ergo simillimo rendebunt
apostoli et tamquam iudices inducentur in me
dium dicentes Nos in leges consuetudi
nibus et cerimoniis similiter eis conuertati et
educati sed que prius fuerunt lucra
facta sunt nobis detrimenta propter christum ihesum
propter ista specialiter apostoli iudicabunt iudeos
magis quam alios

Capitulum xx^m

Simile est regnum celorum homini patri
familias qui exiit primo mane con
ducere operarios in vineam suam. Conuenti
one autem facta cum operariis ex denario diurno
misit eos in vineam suam. Et egressus
circa horam terciam vidit alios stantes in fo
ro ociosos et illis dixit. Ite et vos in vi
neam meam et quod iustum fuerit dabo vo
bis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit
circa sextam et nonam horam et fecit simili
ter. circa vndecimam vero horam exiit et inuenit
alios stantes et dicit eis Quid hic statis
tota die ociosi. Dicunt ei Quia nemo
nos conduxit. Dicit illis Ite et vos in
vineam meam Cum sero autem factum esset
dicit dominus vinee procuratori suo Vo
ca operarios et redde illis mercedem incipi
ens a nouissimis usque ad primos. Cum
venissent ergo qui circa vndecimam horam
venerant acceperunt singulos denarios
Venientes autem et primi arbitrati sunt
quod plus essent accepturi Acceperunt autem
et ipsi singulos denarios. Et accipientes
murmurabant aduersus patremfamilias
dicentes hii nouissimi vna hora fece
runt et pares illos nobis fecisti qui por
tauimus pondus diei et estus. At ille

respondens vni eorum dixit Amice non facio
tibi iniuriam Nonne ex denario diur
no conuenisti mecum. Tolle quod tuum
est et vade. Volo autem et huic nouissimo
dare sicut et tibi. Aut non licet mihi quod
volo facere an oculus tuus nequam est quia
ego bonus sum. Sic erunt nouissimi pri
mi et primi nouissimi. Multi enim sunt
vocati pauci vero electi. Determinato de
apostolorum remuneracione hic ut dicebatur sal
uator predicit eis suam passionem et diuidit
totum presens capitulum in partes tres quia primo sal
uator ponit celorum quandam similitudinem
Secundo ponit sue passionis certitudinem
Et tercio ponit ad confirmacionem predictorum
miraculi facti magnitudinem. Secunda
ibi Et ascendens ihesus Tercia ibi Et
egredientibus illis. In hac autem similitu
dine regni celestis quinque per ordinem ponit
Primo patrisfamilias operariorum conductio Se
cundo eorum operis mercedis retribucio
Tercio quorundam eorum murmuratio Quar
to eorum iusta increpacio. Et quinto quedam
timorosa conclusio et comminacio. In prima
ergo parte dicit saluator quod regnum celorum
est simile homini patrifamilias id est ei qui est
pater tocius ecclesie qui exiit mane tercia
sexta. nona. vndecima hora conducere o
perarios in vineam suam Ut per tales
horas intelligamus secundum gregorium quinque mun
di etates quarum prima vel prima fuit
ab adam usque ad noe Tercia fuit a noe
usque ad abraham Sexta ab abraham
usque ad moisen. Nona a moise usque ad
christum ihesum Sed vndecima ab aduentu
christi ihesu usque ad finem mundi. In qua eta
te vocati sunt gentiles ad graciam qui
ociosi stabant nemine eos vocante quia
nec legem nec prophetiam habebant vel vo
cati sunt in tali etate ipsi apostoli per christum
ihesum qui omnes possent operari per legem
et prophetias ociosa tamen erat talis
operatio quia nichil ad perfectum deducit

ber ut aplus dicat filiomo sedm Gregori
p tales horas possunt intelligi eiusdem
hominis diusa tpa. ut mane dicat puericia
Tcia adolescentia. Sexta iuventus. Nona
senectus. Undecima no decrepita. vel vete
rima etas homis appellatur. In secunda vo
quo dicit q sero facto .i. istius mundi esu
luminato prfamilias puta ihus xpc man
dauit procuratori vinee ut ipis angelis
qui omes sunt in procuracoem et ministeri
missi ppter eos qui capiunt hereditatem
salutis. ut dicit aplus sic reddet mercedem
omnibus operarijs et pmo nouissime venien
tib; et ptea pmis .i. pmis gentilib; et de
inde iudeis et patriarchis et prophetis. Nam
sedm Crisostm libentius et prius damus illis
quibus gratis q illis quibus debemus
ex debito sic ihus xpc sanctis patriarchis
et prophetis quodammo ex iusticia debebat
vitam eternam dare sed gentilib; ex sola
sua mia et gratia. Primo eis incepit
reddere denarium diurnum quod sic factu
est qui primus latronem est apptu ianua
padisi q abrahe vel ysaac aut alicui
patriarcharum vl prophetarum. In tercia
aute parte dicit q primo laborantes
in vinea dni non recipientes plus q
alij murmurare ceperunt adusus prfamilias
milias eo q portantes pondus diei et
estus non receperunt maiorem mercedem
q laborantes una hora. na iudei onera
legis portauerunt et gentiles nichil horu
sustinentes plenam tn eis gram rece
perunt. q si intelligatur de malis inde
ut vere potest intelligi q murmura
uerunt. sed si intelligatur de patriarchis
et prophetis sedm Crisostm figuratiue intel
ligendum est ac si diceretur q ita gentiles
sublimati sunt a xpo ihu vl ipi apli
qui modicum laborauerunt q aliis ipor
gloria potuisset esse occasio murmu
randi. In quarta vero pte ponit incre
pacio eorum quia prfamilias nulli fac
ebat iniuriam ex quo cuilibet reddebat

suu promissum. Unde dicit aut non licet
michi facere qd volo aut oculus tuus
.i. intencio tua nequam est quia ego bonus
sum. tunc enim sedm Remigium est conque
rendum non si homo dat quod no debz
et tn non debet sed si non daret quod de
beret et tn deberet. Sed in quinta conclu
ditur timorosa conclusio et terribilis ter
minacio ut q multi sunt ad vitam vocati et
pauci electi et nouissimi erunt primi et pmi
nouissimi. Primi ubi dicit Gloz duo ec
nonda diligenter. Primo ut quilibz de se
minime psumat quia si iam ad fidem vo
catus est utrum tamen ad regnum eligen
dum nescit. Secundo ut quisqs suu pro
ximum que in vicijs iacere cospicit despe
rare no audeat quia diuine mie diuicias
ignorat et ad hoc inducit exemplum
pulchrum de fre quodam monachi sed pe
stifera homis et cui de quo desperandum erat
considerata sua mala vita et tamen fina
liter dei mia primo conversus et deinde sal
natus. ¶ Sed circa lectionem hanc quinqz dubi
taciones esse pnt. Prima utrum xpus
sit procurator singulariter ecclie. ¶ Secunda
utrum apli et alij operarij ecclie mercenarij
pnt dici. ¶ Tercia utrum p denarium diurnum
eterna btitudo intelligatur. ¶ Quarta utrum
omnes homines ad eternam btitudinem
sint vocati. ¶ Quinta utrum electi et pdesti
nati sint pauciores reprobatis. ¶ Ad
primam est dicendum q Crisost super hunc passum
dicit dominus vinee dicit procuratori suo
capitulo ex opom pt. Primo ut sit dictum
in psona pris loquentis filio et tunc prfa
milias dicere potest et procurator vinee
vl ecclie dicitur filius. Nam filius e opa
tiua potencia pris p quem omnia disponit
et gubernat. Secundo ut dcm est spus
scus donum patris et filij quo omnia dona
spualia dantur ecclie. Tercio ut sit
dcm in psona totius trinitat loquentis

aliem angelorum et tunc tota trinitas simul
erit paterfamilias et procurator vinee qui
super mercedes distribuendas est constitutus
erit aliquis angelorum et omnes iste posi
tiones sunt vere quia ad procuracionem
ecclesie que est vinea domini sabbaoth tria
requiruntur. Primo prudencia et cogitacio
Secundo diligencia et donorum distribucio
Tercio exteriorum administracio et execucio
Primum istorum filio attribuitur Secundum
vero spiritui sancto Sed tercium quemuit angelorum
officio et ideo omnes isti possunt dici procura
tores vinee. Sciendum tamen secundum Crisostomum
quod isti procuratores aliquos operarios inuenie
bant in foro ut avaros . . . . Nam
in foro homines vendunt et emunt et sic sunt
aut in hoc mundo homines emendo et vende
do fraudem sibi faciunt et fraude sibi inuicem
facientes sic eorum vitam sustentant tota
mundiali cupiditate. aliquos vero inueniunt
in foro sicut fornicatores et luxuriosos
talibus enim dominus imputatur malum
Amos vi dicens. Ve vobis qui dormitis
in lectis eburneis qui lasciuitis in stratis
vestris et comeditis ad vocem psalterii Sed
aliquos inueniunt in trono sicut superbos
et ambiciosos qui violencias faciunt paupe
ribus exspoliantes et tyrannia imponentes
ut dominaciones acquirant. Paucos autem vel
nullos inueniunt in choro domini incantantes
vel ympnis et psalmis laudantes et gloriam
sibi exhibentes sicut apostolus monet. ¶ Ad
secundam est dicendum quod mercenarii voca
tur qui mercede conducuntur ad laborandum
vel ergo talis merces est temporalis subsidii et
sic apostoli vel alii operarii ecclesie non dicuntur sed
pastores quia alios pascunt verbo et exem
plo. Unde saluator Iohannis x^o. Tres personas
innuit esse attendendas pastores fures et
mercenarios dicens pastorem esse qui pro
ouibus suis suam animam ponebat fu
rem vero qui mactabat et perdebat mercena
rium vero qui lupum venientem videns fu
giebat quia solum pro retribucione tem

poralis subsidii oues pascebat super quibus
verbis dicit Crisostomus et ponitur xiiii q. i ca. quod in
quod pastor est diligendus mercenarius tolleran
dus vel latro fugiendus et caute obseruandus
Si autem talis merces sit eterni premii tunc
apostoli et alii boni operarii ecclesie mercenarii dicuntur
aliquo secundum Crisostomum aliquid requiritur in in
tencione aliquid in operacione aliquid vero in
continuacione et aliquid in satisfaccione. Nam
sicut mercenarii conducuntur hac intencione
ut non solum operentur quod manducant sed alia
ad utilitatem domini sic predicantes et operantes
in ecclesia non solum debent operari que ad
usum et utilitatem eorum pertinet sed que
ad gloriam dei spectat in operacione vero primo
debent mercenarii opus domini respicere deinde
cottidianum cibum querere et sic operarii ecclesie
primo que ad laudem dei pertinent et deinde
de que ad proximi utilitatem pertinent
debent operari et sic mercenarii totum diem con
tinuum impendunt in seruicio domini in suo vero
alio solum unam horam sic operarii in laude
et gloriam domini in suo vero alio una hora
sic operarii in laudem et gloria domini totam
diem debent expendere modicam autem
partem diei circa usum proprium et sicut mercenarii
quando opus domini non complent vel in aliquo
negligunt vehementer erubescunt et satisfacere
conantur quantum possunt sic operantes in ecclesia
dei quando opus dei non complent vel negligunt
quod facere debent in conspectu dei debent
erubescere et ex toto conatu satisfacere igitur
ecclesie operatores mercenarii dicuntur mercede eterni
premii habendo condiciones quatuor dictas non
tamen dicuntur mercenarii mercede temporalis subsi
dii principaliter quia talis licet sint tolleran
di non tamen sunt remunerandi ¶ Ad terciam
est dicendum quod denarius quatuor modis consi
derari potest Primo racione figure Secundo
racione sculpture Tercio racione mensure
Et quarto racione censure. Consideratus
igitur denarius racione figure habet in
terminabilitatem quia figura rotunda et
circularis cuiusmodi est denarius caret
principio et fine. Consideratus vero racione

sculpture habet conformitatem. Sculptura namque
est ymago et superscriptio illius a quo fit dena-
rius et illud est signum conforme illi reppu-
tatur verus aliter reputaretur falsus. Con-
sideratus autem racione mensure habet quantitatem
quod esset tanti ponderis et non minus. Quarto si con-
sideratus racione census habet sacietatem
quia ad hoc denarius datur pro mercede
et censu ut satisfaciat indigencie hominis
vel datur pro censu domus vel illis qui cu-
ram reipublice gerunt et datur pro mercede
laborantibus et mercenariis ita quod denarius
est quasi secundum philosophum fideiussor hominis ad sa-
tisfaciendum indigencie cuiuslibet. Recta
bus ergo eterne vite significant dicti dena-
rius propter ista iiii. Primo racione figure
racione cuius habet immutabilitatem. Ita scilicet
Boecium vita eterna est interminabilis vite
tota simul et eterna possessio. Secundo racione
sculpture racione cuius habet conformitatem. Ita
per ymaginem trinitatis scripta et sculpta
in nobis conformabimur ymagini filii dei
ut dicit apostolus. Unde in ista Salvator
visa ymagine et superscripcione sculpta in de-
nario cesaris dicit Reddite que sunt cesa-
ris cesari et que sunt dei deo. Tercio racione
mensure tamen racione habet determinatam quantitatem
quam omnibus dabit denarius divinus
eiusdem ponderis quia divinitatis visio in
se non crescit nec decrescit. Quarto verum est quod
in tali luce divina aliqui plus et aliqui
minus videbunt secundum disposicionem videncium
penes diversitatem meritorum. Quarto quarto racione cen-
sure racione cuius habet sacietatem reddet pro
mercede et pro censu laborantibus fideliter in
vinea domini merito ergo vita eterna dena-
rius diurnus est appellata. ¶ Ad quartum est
dicendum quod eo modo quo deus omnes homines
vocat ad vitam eternam quo vult omnes
salvos fieri et ad agnicionem veritatis eius per-
venire. Possumus ergo dicere quod deus omnes
homines vult salvos fieri liberaliter quia
nullus potest salvari nisi ipse liberaliter ve-
lit sicut nullus illuminat nisi ipse velit
illuminare. Omnes ergo vocat quia nullus vocatur

nisi per eius voluntatem. Rogandus est
igitur ut velit vocare et salvare quia nul-
lus vocatur et salvatur nisi per eum. Secundo
omnes vocat et salvat universaliter si volumus quod
de qualibet gente et de qualibet etate et de
qualibet arte et de qualibet sexu deus aliquos
vocat et aliquos salvat. Tercio omnes vo-
cat et vult omnes salvos fieri perpetualiter
quia a principio mundi usque ad finem deus
aliquos vocabit et aliquos salvabit sive in
lege nature sive in lege scripta sive in lege
gracie fuerint homines quolibet tempore deus ali-
quos vocavit et salvavit. Quarto omnes
homines vocat et omnes vult salvos fieri
naturaliter quia omnibus dedit velle quo velint
salvari et vocari sicut dedit spiritum clama-
tem Abba pater quia omnes facit clamare
ita omnes vult salvos fieri quia omnes facit
velle ut salvi fiant. Igitur omnes homines
deus vocat et vult omnes homines salvos
fieri liberaliter universaliter naturaliter et perpetu-
aliter. Et primos duos modos ponit Augustinus
in enchiridion alios vero duos ponit idem
Augustinus in fine libri de correccione et gracia
¶ Ad quintam est dicendum quod si corpora sal-
vandorum essent salvata non possent salvare corpora
dampnatorum. Numerus enim stultorum et malorum
infinitus est. Et cum larga sit via per-
ducens ad perdicionem et multi vadunt per eam
et arta et infinitum stricta via perducens ad
salutem et pauci per ipsam pergunt incom-
parabiliter plures erunt dampnati quam sal-
vati quod illis eisdem modis declarari. Pri-
mo liberaliter quia licet deus velit omnes
salvos fieri pauci tamen eius volunta-
ti obediunt et pauci eius voluntati se con-
formant. Secundo universaliter quia christiani
tamen qui secundum spirituali modo possunt dici voca-
ti et predestinati per sacramenta quibus spiritua-
liter renascuntur et a morbis spiritualibus
curantur sunt qui salvantur respectu aliarum nacio-
num fidem non recipiunt sine tamen qua fide nullus
potest salvus esse. Tercio perpetualiter non
sunt nisi pauci qui totam vitam eorum
continent in bonis operibus et quia nullus

saluabitur nisi qui perseuerauit usque in
finem cum tales sint pauci plures ex
hoc erunt dampnandi quam saluandi et plu
res uocandi quam electi. Quarto naturaliter
quia pauci sunt naturali libero arbitrio me
rentes in bono et in hiis que oportet mandata
et precepit obseruare erga dilectionem dei et
proximi. Et quia secundum Augustinum Qui fecit
te sine te non iustificabit te sine te
concludendum est quod longe plures sunt uo
cati quam electi
Lectio ij.

Et ascendens ihesus iherosolimam as
sumpsit duodecim discipulos su
os secreto et ait illis Ecce ascendimus ihe
rosolimam et filius hominis tradetur prin
cipibus sacerdotum et scribis et condempnabunt
eum morte. Et tradent eum gentibus
ad illudendum et flagellandum et crucifigendum
et tertia die resurget. Tunc accessit ad
eum mater filiorum zebedei cum filiis suis
adorans et petens aliquid ab eo. Qui
dixit ei Quid uis. Ait illi. Dic ut sedeant
hii duo filii mei unus ad dexteram tuam
et unus ad sinistram tuam in regno tuo.
Respondens autem ihesus dixit. Nescitis quid
petatis. Potestis bibere calicem quem ego
bibiturus sum. Dicunt ei Possumus. Ait
illis Calicem quidem meum bibetis. Se
dere autem ad dexteram meam et ad sinistram
non est meum dare uobis sed quibus pa
ratum est a patre meo. Et audientes de
cem indignati sunt de duobus fratribus.
Ihesus autem uocauit eos ad se et ait.
Scitis quia principes gentium dominantur
eorum. Et qui maiores sunt potestatem
exercent in eos. Non ita erit inter uos
Sed quicumque uoluerit inter uos maior
fieri sit uester minister Et quicumque uo
luerit inter uos primus fieri erit uester
seruus. Sicut filius hominis non uenit mi
nistrari sed ministrare et dare animam
suam redempcionem pro multis. Noi
ta regum celestis similitudine In parte ista
ut dicebatur ewangelista ponit xpisti passionis
certitudinem. Et primo ponitur xpisti passi
onis quantum ad locum et tempus certificacio
Secundo uxoris zebedei pro filiis postulacio
Et tertio ponitur aliorum discipulorum
xpisti indignacio. Quantum ergo ad primum
dicit quod ascendens ihesus uoluntarie iherusalem
duodecim discipulos suos assumpsit ita quod
iudas adhuc erat cum eis quia nondum
erat indignus esse cum aliis ut dicit Ori
genes. Et istis predixit suam passionem sua
explicite puta quod a iudeis esset tradendus
gentibus et quod a gentibus erat flagellandus
et occidendus et postmodum tertia die debet
resurgere. Nam secundum Crisostomum Nichil fuit
preciosius et carius pro salute nostra quam
mors et passio xpisti et quia thesaurus pre
ciosus in uasis preciosis reponendus est
ideo apostolis tamquam caris et preciosis animabus
xpisti passio eis erat explicite pandenda
aliis uero non nisi in figura. Sicut iudeis
quibus dixit eis Soluite templum hoc et
in tribus diebus excitabo illud et sicut
quibus dixit phariseis Generacio praua signum
querit et non dabitur ei nisi signum yone
prophete. Quantum uero ad secundum dicit quod
mater filiorum zebedei puta Jacobi et Jo
hannis accessit ad ihesum. Marci decimo capitulo
quod ipsimet Jacobus et Johannes venerunt
ad ihesum dicentes. Volumus quod quodcumque peci
erimus facias nobis et utrumque fuit ut
dicit Augustinus. Quia de uoluntate filiorum
mater erat submissa ab eis uel simul cum
eis accessit ergo et peciit quod duo filii eius
sederent in regno eius unus ad dexteram
alius ad sinistram. Credebant enim quod
statim post mortem debet temporale reg
nare et carnaliter in iherusalem uel eo modo
quo regnaturus est post diem iudicii
sicut dicit Crisostomus et quia talis peticio
ex ignorancia processit xpistus de ignorancia
ignorancia increpauit dicens Nescitis quid
petatis. Nam illud regnum dicitur nisi
fidelibus pro xpisto bellantibus et martirium pro
recipientibus. Ideo ait Potestis bibere

calicem quem ego bibiturus sum acsi diceret
p passionis mee imitacōm oportet vos ad
mee glorie participacōm peruenire q sic ert
quia calicem passionis bibetis at
ceptione ⁊ separacōne ambo quia iohēs
eciā in feruentis olei dolium missus fuit
sicut tres pueri in fornacem sed mortis
consumacōne solum Jacobum legimus p herō
dem esse occisum vt dicit Jeroīmus tamē se
dere ad dexterā vl sinistram non est meū
dare vobis in quantum habeo formā seruī
⁊ in quantum sum homo sed conuenit hoc pa
tri meo dare cum quo idem sedm diuinita
tem quia ego et pater vnū sumus. Cū
tum vero ad terciū dicit Et audientes decē
indignati sunt de peticōe quam fecerunt
intelligentes p hoc q ipsi volebant pre
esse sedm Crisostomum Sicut illi duo discipuli
carnales petiuerunt ita illi decem carnalit
contristati sunt quia sic velle esse sup alios
vituperabile est ita alterū sup se sustinē
minus est gloriosum Ideo xpus omēs vo
cauit ⁊ omēs reprehendit ⁊ primo compacōz
gentiliū ondens gentile p̄matū cupe
et appetere ⁊ sic gentilium comparacione
eorum animam estuantem comutit vt
dicit Crisostomus sedo sui ex̄o demacōne quia
ipse qui erat deus ⁊ homo nō venit mi
nistrari sed ministrare dato em̄ q martha
⁊ angeli sibi ministrarent tamen solus
ipse animam ⁊ vitam suam dedit in sui
um ⁊ in redempcōm pro multis Vt dicit
Origenes ¶ Sed hic possunt esse quinque dubieta
tones ¶ Prima vtrum passio xpi fuit pre
dicenda aplis ¶ Secunda vtrum petē sta
re ad dexteram vl sinistram xpi fuerat
peccatum ¶ Tercia vtrum sedere ad dexteram
⁊ sinistram sedere pr̄i conueniat ⁊ non
filio ¶ Quarta vtrum indignacō apostolorum fuit
peccatum inuidie ¶ Quinta vtrum principatus
ecclesiasticus differat a principatu gentili
¶ Ad primam est dicendum q tripliciter fuit
vtile passionē xpi aplis predicari Primo
ipt iudam qui ex hoc non habuit occasionē
tradendi ⁊ non tradendi ipm Secundo ppt
petrum qui ex hoc habuit occasionem post
casum citius resurgendi Tercio ppter alios
aplos qui ex hoc habuerunt occasionem
scandalum de xpo minuendi Primum sic
ondittur nam predicōe imponebat necitatē
iude vt eū traderet quia causa immedia
ta actuum humanoz qui quidem sunt boni
quidem mali deus ⁊ ipse xpus dei filius ee
non pt qui semp est causa bonoz nec
aliqua constellacio que est causa necaria
⁊ humani actus sunt variabiles relinqtur
ergo q sit immediata causa actus humani
liberū arbitrium hominis quantumcumque ergo
necessariū esset xpi passionem euenire
ex quo predicta erat p eum tamen per
liberum arbitrium iudas poterat non
esse ille qui ad xpm ad passionē tradet
ymo ex hoc q audiuit p eum predictam
esse eius tradicionem occasionem magna
habebat conari non esse ille qui eum
traderet dato enim q nullus deberet
saluari nisi vnus quilibet deberet conari
esse ille vnus qui saluandus esset sic
dato q passio xpi implenda esset per
aliquem quilibet deberet conari non
esse ille Secundo ex hoc petrus habuit
occasionem cicius resurgendi quia em
petrus pluries audierat suam passi
onem predixisse ⁊ singulariter q ipse
post eum ter negaturus Ideo infra dicitur
q egressus foras et recordatus ubi ihc
fleuit amare Tercio ex hoc discipuli
omnes habuerunt scandalum non minu
endi in morte xpi Nam sedm Crisostomum
Tribulacio expectantibus si predicatur fu
tura leuior inuenitur q si repentina
veniret ⁊ sic factum est petrum per
durauit apli in credulitate ⁊ scandalo
qd passi sunt in passione ihu xpi ex
hoc q audierunt p eum ea esse predicta
¶ Ad secundam est dicendum q Crisostomus
super hunc passum ignorancia peccata dicit
fuisse in hac peticōe aplorum Nam i re
gnum petebant fuit peccatum inanis glorie
⁊ emulacōm elacōis Petebant enim in

cathedra apostolorum primum habere quia enim
audierant christum dicentem Sedebitis super
sedes duodecim videntes se a christo pre
aliis honorari petiuerunt aliis preesse
in tali sede quando sedere ad dexteram et sinis-
tram christi oportebat potissime quia ut dicit
Crisostomus timebant de petro ne eis preferretur
in honore et hoc non solum inanem gloriam
verum etiam quandam emulacionis invidiam
sapiebat Secundo in peticione fuit presump-
tio spiritualis concupiscentie et cuiusdam carnalis af-
feccionis quia ut dicit Crisostomus Credebant
christum carnaliter et temporaliter regnaturum
in iherusalem nichil cogitantes de celesti regno
Unde quidquid cogitabat in peticione totum
erat carnale et temporale et dato ut dicat
Crisostomus quia ut apostoli fideles erant cogi-
tarent eum regnaturum in celesti regno
adhuc tamen carnaliter sapiebat quia pu-
tabant quod statim christo resurgente deberet
regnare cum electis suis et quod promittitur
in futuro adventu ad iudicium crediderunt
quod statim deberet consequi. Multum festi-
ni fuerunt ad petendum scientes quod pete-
tis negligentia reprehendit quando de fin-
tis mia non dubitat. Tercio in modo pete-
di fuit peccatum ignorancie cuiusdam dicta
christi cogitacionis dixerat enim christus quod
cum in regno suo sedet oves et electos de-
beret locare ad dextris eius et edos et
reprobos debet locare a sinistris. Cum
igitur isti apostoli essent a christo electi locati
erant ambo ad dexteram. Quia igitur
ipsi in modo petendi ad dexteram unus
et alius ad sinistram petebant stare
manifestum est quod in modo petendi ha-
buerunt ignoranciam ideo christus
spiritualiter de ignorancia reprehendit dicens
Nescitis quid petatis ac si diceret ego
vos ad dexteram vocavi et vos vestro consilio
tenditis ad sinistram. Quarto in modo ob-
tinendi fuit peccatum cuiusdam presumpcionis

Magna namque presumpcio est petere ho-
norem non precedente labore et premium
sine merito Isti ante sedem glorie a christo
inquirebant quam nondum meruerunt
delectabat enim eos culmen honoris
sed prius debebant cogitare exterere vi-
am laboris. Unde christus reprimens eorum
presumpcionem dixit Potestis bibere cali-
cem quem ego bibiturus sum. Bene tale
ergo in re petita per istos apostolos fuit pe-
cc... elacionis in peticione peccatum carnis affec-
tionis in modo petendi peccatum ignorantie
cognicionis et in modo obtinendi peccatum presump-
tionis. Ad tertium est dicendum quod ylarius
exponit hoc dictum in persona iusticie et
equitatis dicens quod regnum celorum secundum
iusticie equitatem non datur persone
sed merito quia deus personas hominum
non accipit. Voluit ergo dicere
sedere in regno meo ad dexteram vel ad
sinistram non est meum dare vobis per
sonas acceptando sed merita considerando
quia talibus paratum est a patre meo ita
quod non negavit velle non esse suum dare
sed solum non esse suum dare eis. Crisostomus
vero hoc exponit in persona christi dignitatis
dicens quod locus sessionis ad dexteram
dei obvius et inaccessibilis est non solum
omnibus hominibus verum etiam omnibus
angelis quia solum debetur talis dig-
nitas christo dicente apostolo ad hebreos Cui
aliquando angelorum dixit sede ad dextris
meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum Voluit
ergo ipse dicere sedere ad dexteram dei non
est meum dare vobis sed quibus paratum
est a patre meo quia nullus paratus
est nisi tantum. Iohannes autem exponit
in persona humilitatis ut sit sensus non
est meum dare vobis superbis et elatis
appetentibus principatum super alios

tpales vos estis sed humilib corde qb
patum est a patre meo Vel Aug exponit
esse dictum in persona uel in forma hua
nitatis ac si diceret In psona humanitatis
debeo bibere calicem passionis quem vos
bibetis sed in hac forma non convenit me
dare vobis sedere in regno ad dexteram
uel sinistram sed illis debere quibus pa
tum est a patre meo p suam diuinitate
in qua ipse et ego unum sumus ¶ Ad qo
tum est dicendum qd ex duabus secundum Cris
decem apostoli aliquid emulacionis inuidia
erga istos habuerunt ex eorum in intusse
tiuacione Primo honoracione videntes
enim tunc eos p alijs honoratos a xpo
secundum mentem dolebant s hunc dolore
in manifestum proferre non sunt ausi
propter reverentiam magistri Secundo in
eorum peticione quia sicut vituperabile
erat in omnibus contristari et videre eo
rum qd alios sup se recipiebant quia
sicut est peccatum superbie velle alijs
preesse sicut peccatum invidie est sup se alium
non sustinere Invidia enim secundum Aug
xi sup Gen est odium felicitatis aliene
uel tristicia que tribus modis cognosci
tur aut quod uel homo invidet equalibus
qd sibi coequentur uel inferioribus ne ei co
equentur uel superioribus ~~ne ei coequentur~~
~~uel superbie~~ qd eis non coequentur In pro
posito ergo non videntes apostoli istos duos p
eis honorari contristati sunt quia eis
non coequabant in tali honore nec vo
secundo contristati sunt ne eos extol
leret et sic non possent coequari be
male tamen sunt non molle ¶ Ad quartum
est dicendum qd Cris sup hunc passum
principes gentium dominantur eorum
triplicem differenciam notat inter principatum
gentilem uel mundanum et ecclesiasticum

Prima est in appeticione Secunda in
acquisicione Tercia autem in adminis
tracione Prima talis est ut dicit
quia principatus ecclesiasticus nec est ap
petendus ab aliquo non habente nec alteri
inducendum est si ipsum habet et si dicatur
qd appetere episcopatum bonum opus est Unde
qd episcopus uel apostolus procepatu uel aplatu
commendandus non est quia cum omnis prin
cipatus sit a deo nescimus utrum ex eo
mercede acquiramus uel non remunera
bimur ergo si episcopatus uel aplatus opus
bene impleverit quia hoc est sue volun
tatis ac per hoc concludit qd opus bonum
desiderare et appetere bonum est quia mercedis
est voluntatis primatum vero amoris
concupiscibile est vanitatis desiderare quo
et cupere principatum gentile est sicut
dicit salvator Comparacione gentilium
animam suorum discipulorum estuantem
et principatum appetentem commutit
Secunda differencia est talis quia prin
cipes mundi ideo acquirunt dominium et
principatum ut alijs minoribus domi
nentur et eos servituti subiciant et
exspolient ac eis utantur usque ad mor
tem ad eorum utilitatem et gloriam sed prin
cipes ecclesiastici hac intencione prin
cipatum acquirere debent ut minoribus
serviant et ministrent eis quamque acce
perunt a xpo et ut eorum utilitatem
negligunt et illorum procurent et pro
eorum salute mori non recusent ¶ Tercia
differentia est talis Nam ut dicit princeps
ecclesie administrando et utendo eorum prin
cipatum imitari debet xpm pauperi
bus se accessibilem facientem mulie
ribus loquentem pueris manus impo
nentem discipulis pedes lavantem
Planum est autem qd principes mundi
contrarias condiciones habent s dolend

est in eis sicut dicit quia tales sunt ho(mines)
principes ecclesie ut mundi principatum
superna exercere videantur et fiunt sicut
castrorum acies terribiles precedentes et sub
sequentes eos in accessu vero sunt diffi
ciles et maxime pauperibus ad quos nul
lam familiaritatem habent nec habere
permittunt Lectione iii

iii Et egredientibus illis ab Jericho secuta
est eum turba multa Et ecce duo
ceci sedentes secus viam audierunt quia
Ihesus transiret Et clamaverunt dicentes
Domine miserere nostri fili David Turba
autem increpabat eos ut tacerent At illi
magis ac magis clamabant dicentes
Domine miserere nostri fili David Et stetit
Ihesus et vocavit eos Et ait Quid vultis
ut faciam vobis Dicunt illi Domine ut
aperiantur oculi nostri Misertus autem
eorum Ihesus tetigit oculos eorum Et con
festim viderunt et secuti sunt eum

Sicut supra dicebatur ad confirmacionem predictorum
ewangelista ponit facti miraculi magnitudi
nem Et primo ponit cecorum petencium
illuminari clamosa postulacio Secundo ponit
turbe increpacio Et tercio adiungit xpi
interrogacio et sanacio Circa primum ergo ad pri
mum dicit Et egredientibus illis scilicet
Ihesu et discipulis eius de Jericho. Alius
ewangelista dicit Cum appropinquarent Jericho
ex qua controversia volunt aliqui dicere
duo miracula xpm fecisse et bis cecos
illuminasse semel intrando Jericho et
semel exeundo sed nomen civitatis et
persone ostendit quod semel tantum miraculum
factum fuit unus tamen ewangelista ponit intro
itum loci et alius exitum ut dicit Au
gustinus in de consensu ewangelistarum Exit illis
egredientibus de Jericho ecce duo ceci
stantes secus viam audientes quod xpus esset
transiturus inde clamaverunt dicentes Miser
ere nostri Domine fili David Marcus dicit quod unus
cecus fuit et ponit nomen suum et nomen
patris sui dicens quod erat Barthimeus filius
Thimei Sed hoc solvit Augustinus in libro
de consensu ewangelistarum dicens quod unus fuit
notus et nominatus inter illos qui ex
aliqua magna felicitate ad mendicitatem
non solum ad paupertatem venerat Sed
duo fuerunt veraciter ceci petentes illuminari
Ideo Marcus nomine eius et nomen patris
ponit tamquam persone note ab aliis Circa secun
dum vero ad secundum dicit quod turbe increpa
bant istos ut tacerent quorum increpacio
potuit procedere ex superbia videntes
enim eos in sordibus vestibus et mendicita
tibus indigne ferebant quod tantum dominum
inquietarent quia ut dicit Crisostomus
Superna sapiencia hominum hoc habet quod nimia
existimant magnum a pauperibus honora
ri et abest salutaria vel potuit procedere
ex ignorancia nam qui iam credebat
xpm esse dei filium arguebat istos ce
cos quod inconveniente nomine eum appel
labant dicentes Miserere nostri fili David
Sed isti ignorabant quia iam isti ceci illumina
ti erant de xpi divinitate quam exprimebant
dicentes Domine et de xpi humanitate
quam exprimebant dicentes fili David
Ideo isti multo magis clamabant ex
primendo fidem ipsorum Sed circa tercium
ad tercium dicit quod xpus fecit eos vocari
et audita peticione eorum statim sana
vit eos et ipsi non ingrati sicut illi le
prosi mundati secuti sunt Ihesum Satis
enim conveniebat quod illuminati a luce lu
cem sequerentur et cum luce ambularent
hoc enim deus requirit solum ab homine
ut dicit Michee vi° facere iudicium
et diligere misericordiam et sollicitum esse

ambulare cum deo suo. Sed hic possunt esse quatuor dubitaciones. Prima sanitas corporalis utrum sit in oracione petenda. Secunda utrum omnes curati a xpo corporaliter fuerint ab eo primo illuminati interius in mente. Tercia utrum ad illuminacionem cecorum xpus semper debuit uti aliquo signo sensibili ut sputo vel tactu manus. Quarta utrum infirmitas corporalis vel cecitas oculorum semper eveniat propter peccatum. Ad primam est dicendum quod secundum Augustinum ad probam hoc licet orare quod licet desiderare. Inter cetera autem que humana natura desiderat est corporalis sanitas, quia sicut scriptum est non est census super censum salutis corporis et non oblectamentum super cordis gaudium. Unde scribitur Thobie viii°. Quapropter ille sancte persone Thobias et Sara uxor eius pariter et instanter orabant ut sanitas daretur eis. Verum tamen non est desideranda vel petenda sanitas corporis tamquam finis vel tamquam virtus anime sed tamquam illud quo finis acquiritur et virtus anime operatur. Et quia ut dicitur Eccli. xxxi Et nunc gravis infirmitas corporis sobriam facit animam, ideo quia nescimus an expediat nobis ad finis consecucionem et virtuosam operacionem talis corporalis sanitas vel non expediat, propterea ut dicit Augustinus ad probam: Semper quando in aliqua dira tristitia et molestia petimus a nobis auferri, quia naturali voluntate sunt contra sensum nostre infirmitatis, hanc devocionem debemus servare domino nostro ihesu xpo ut si ea non abstulerit a nobis non ideo nos ab eo neglectos estimemus sed pocius pia paciencia malorum speremus bona ampliora. Ad secundam est dicendum quod Augustinus Johannis v° super illo verbo cum illi indignarentur quod totum hominem sanum feci in die sabbati, expresse dicit quod quid curabat. opus in corpore ut sanus esset curabat in mente ut crederet. Erant autem multum quemens quod xpus ingratu

deus faciebat miracula cuius perfecta sunt opera sed perfectum opus non dicitur nisi cum attingit finem. corporis sanitas ad sanitatem anime debet ordinari ac per hoc conveniebat xpo ut sua operacio esset perfecta quod sanans aliquem in corpore curaret ipsum prius in anima. Sed quid dicemus de illis decem leprosis mundatis per eum Luce xvii°. Ubi dicitur quod cum mundati essent solus unus qui erat samaritanus reversus est cum magna voce magnificans deum. Alii vero novem qui non sunt reversi curati sunt in corpore quia in textu dicitur quod cum irent ad sacerdotes mundati sunt. Planum est quod in anima curati non erant ex quo ingrati divine gracie fuerunt. Ad hoc igitur dupliciter possumus respondere. Primo quod intelligatur de curatis a xpo immediate, nam quando dicitur dei perfecta sunt opera de operibus factis a deo immediate intelligitur, quia de operibus factis a deo mediantibus creaturis videmus ad sensum quod multe imperfecciones eveniunt. Illi autem decem leprosi a xpo mundati sunt non immediate. Unde non dixit Estis sani immediate sed ait. Ite et ostendite vos sacerdotibus et dato quod irent mundati sicut xpus tamen mediante ostensione et reputacione sacerdotum curavit eos. De curatis vero immediate a xpo verum est quod quos sanavit in corpore prius sanavit in mente sed non de aliis. Aliomodo potest dici quod sanitatem anime deus operatur mediante libero arbitrio quia non iustificat hominem ipso invito et quia liberum arbitrium hominis dum est in via est vertibile. Ideo postquam aliquis curatus a deo per gratiam potest cadere et potest ipsam gratiam perdere. Illi ergo x leprosi a deo curati sunt in mente et in corpore sed solus unus perseveravit in gratia et sanitate acquisita. Alii vero per recidivum passi sunt et hoc expresse dicit glosa Luce xvii. Et novem

qui non reversi ingrati fuerunt recepti beneficii ingratitudo enim planum est quod meruit per recidivacionem peccati fuerunt ergo illi leprosi per Christum mundati in anima sicut in corpore sed ipsi iterum relapsi sunt in peccatum. Ad tertium est dicendum quod salvator noster ad illuminacionem cecorum et curacionem aliorum infirmorum quandoque utebatur sputo sicut dicitur Joh. ix°. Expuit in terram et fecit lutum ex sputo et linivit lutum super oculos ceci nati ad demonstrandum veram divinitatem. Nam sicut dicit ibi Cris. Ideo usus fuit luto ad illuminacionem ceci nati ut ostenderet se esse filium qui omnia fecit ex nichilo. Luto tamen usus fuit ad formacionem corporis humani. Unde ibi dicit una Glo. quod lutum illud non fuit depositum sed in oculos ceci nati commissum. Potuit ergo Christus ex nichilo facere oculos in ceco nato sed ut innueret quod erat ille idem deus qui a principio ex luto hominem formaverat usus fuit illo signo visibili. Quandoque vero Christus utebatur manus tactu sicut Luc. vii° ad suscitacionem filii vidue tetigit loculum et suscitandam filiam archisynagogi tenuit manum puelle ad ostendendum efficaciam assumpte humanitatis quia ut ibi dicit Glo. Caruem Christi corpus efficaciam habebat ad prestandum sanitatem ut sicut ferrum adiunctum igni perficit opus ignis sic caro coniuncta verbo quod vivificat omnia ipsa quoque erat vivificativa et mortis expulsiva. Sed quandoque usus est verbo quod est etiam signum sensibile sicut habetur Mat. viii° leproso dicente domine si vis potes me mundare, Respondit. Volo. mundare. Et hoc ad demonstrandam intellectualem claritatem. Sic enim ut ibi dicit Cris. si et tacite eum curasset nullus scivisset cuius virtute eum curasset. Et ideo vocaliter exprimendo Volo propter leprosi curacionem. Et. mundare propter videncium manifestacionem ut notum fieret eis cuius virtute sanatus esset ita quod voluntas sanandi referebatur ad leprosum et verbum mundandi ad videntes. Hac eciam de causa tetigit oculos istorum cecorum cum eos illuminavit. Ad quartum est dicendum quod loquendo de peccato originali nulla infirmitas vel penalitas est in nobis que non provenerit ex illo peccato quia nulla nobis nocere poterat adversitas vel infirmitas si in nobis non fuisset dominata prius iniquitas. Cum enim pena iusto iudicio debet sequi culpa non precedere. Sed loquendo de peccato actuali ex malis operibus perpetrato est sic et est ut non. Nam Joh. v° super illo verbo Ecce sanus factus es vade et amplius noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat. Dicit Cris. quod hoc ideo dicit salvator illi quia infirmitas illa evenerat ei propter suum peccatum. Multociens ergo contingit quod vel ex peccato negligentie vel precedente malitie vel gulositatis vel luxurie et multis aliis modis infirmitas evenit homini ex suo peccato sed quandoque evenit sine suo proprio peccato sicut patet Joh. ix°. Cum discipuli interrogaverunt Christum quis peccavit hic vel parentes ut cecus nasceretur ad quod Christus respondit quod cecitatis illius causa non fuit peccatum eius neque parentum eius. Nam qui a nativitate fuerat cecus proprium suum peccatum non poterat esse causa. Quia vero filius non punitur pro peccato patris non fuit causa peccatum parentum. Causa igitur fuit ut manifestaretur ipse Christus qui est gloria patris nec propter hoc iniuria passus est ut dicit Crisostomus. Quia ille qui ex nichilo ad esse eum produxit poterat sine iniuria cum sit dominus tuus in magnum beneficium est consecutus quia per cecitatem corporis interioribus oculis meruit Christum respicere.

Sequitur Capitulum xxiiii

Et cum appropinquasset ihrlme ꝛ venisset
bethphage ad monte oliveti Tunc
ihus misit duos discipulos suos dicens
illis. Ite in castellum quod contra vos est
Et statim invenietis asinam alligatam
ꝛ pullum cum ea solvite ꝛ adducite m
chi Et si quis vobis aliquid dixerit dicite
quia dns hijs opus habet Et confestim dimit
tet eos Hoc autem totum factum est ut adim
pleretur quod dictum est p pphetam dicente
Dicite filie syon Ecce rex tuus venit t
mansuetus sedens sup asinam ꝛ pullum
filium subiugalis Euntes autem discipuli
fecerunt sicut precepit illis ihus Et addu
xerunt asinam ꝛ pullum. Et imposuerunt
sup eos vestimenta sua. Et eum desuper
sedere fecerunt. Plurima autem turba stra
verunt vestimenta sua in via Alij autem
cedebant ramos de arboribus ꝛ sternebant
in via. Turbe autem que precedebant et
que sequebantur clamabant dicentes.
Osanna filio david. Benedictus qui venit
in nomine domini. osanna in excelsis. Et
cum intrasset ihrlmam commota est univer
sa civitas dicens Quis est hic. Populi autem
dicebant. hic est ihus ppheta a nazareth
galilee Et intravit ihus in templum
dei. et eiciebat omnes vendentes ꝛ emen
tes de templo. et mensas nummulariorum
ꝛ cathedras vendentium columbas evertit
Et dixit eis Scriptum est domus mea
domus orationis vocabitur Vos autem fecistis
illam speluncam latronum. Et accesserunt
ad eum ceci ꝛ claudi in templo ꝛ sanavit
eos Videntes autem principes sacerdotum
ꝛ scribe mirabilia que fecit ꝛ pueros
clamantes in templo ꝛ dicentes Osan
na filio david indignati sunt ꝛ dixerunt
ei Audis quid isti dicunt. Ihus autem
dixit eis Utique. Nunquam legistis. Quia

ex ore infancium et lactancium pfecisti
laudem ppter inimicos tuos ¶ Ostenso
quod in faciendo miracula p xpm est commu
nicata omnibus aplis ꝛ qualiter ptas sacerdotalis
singulariter comissa est soli petro In parte
ista extrema ondit quomodo ptas xpi rega
lis m̅cata est omnibus aplis ad regulam
aut ptatem quantum ad pns spectat quinque
pordinem. Primo quod in possessione heat
honoris reverenciam Secundo quod in pces
sione heat sapiam Tercio quod in prehen
sione heat vigorosam audaciam Quar
to quod in pugnando heat bellorum experiencia
Et quinto quod in remunerando heat ponde
ratam iusticiam ¶ Quinque ergo facit extra
in ultima pte principali scilicet quod istis quinque
modis ondit ptatem xpi regalem esse
demonstrata Secunda incipit in principio.
xxxij capli. Tercia in principio xxiij capli.
Quarta in principio xxiiij capli. Et quinta
in principio xxv. capli. ¶ Sed in illa autem
prima pte est sciendum quod tria sunt que
faciunt potissime regem in pplo esse. ho
noris reverentia ꝛ dignitas Primum est hu
militas eius ꝛ benignitas mansuetudo
Secundum est eius potencie magnitudo
Et tercium est malos in corrigendo rigida
fortitudo Secundum igitur ista tria pns
capitulum habet tres ptes ꝛ tres lectiones
Secunda ibi Et relictis illis abijt foras
Tercia ibi Quid autem vobis videtur
mansuetudinem aut ꝛ benignitatem
metropolis Salvator terra ondebat cum ihrlm
tamquam expugnaturus contra dyabolo intravit
Primo continue cum qua intravit pparatio
Secundo pplo eum recipientis devotio Ter
cio templi quod intravit mundacio et
purgatio. Paratio autem continue cum
qua xps ibi intravit humilis ꝛ man
sueta ondit quantum ad tria Primo quantum
ad discipulorum ꝛ famulie paucitate quod
non cum multitudine armatorum et turba

famulorum precedentium et subsequentium sicut
multi prelati hodie faciunt qui cum tanta
multitudine eorum dyocesim peruerunt visi
tando vt pocius posset dici eorum ingressus
ad ecclesias dissipacio quam visitacio sed solum
cum discipulis suis saluator iherusalem ve
nit ad visitandum templum domini et duos
tantum discipulos ante suum aduentum premi
sit / magna namque cura debet esse pre
latis vt per eorum visitacionem bona et res
ecclesiastice non distrahantur sed magis
per alios indebite distracte per eos reduci
debent et conseruari Vnde habetur distinctione
quod ille cuius visitacio ecclesie iniungitur nichil
de rebus ecclesie a quocumque presumi dis
trahi paciatur. Secundo quantum ad pro
phetice scripture veritatem non enim carebit
vel ex ypocrisi saluator intrantus iherusalem
hanc mansuetudinem ostendit sed longo
tempore ante zacharie 9 hoc prophetatum est vbi
scribitur Iubila filia syon et exulta iherusalem
quia ecce rex tuus venit tibi iustus et salua
tor. loco tamen iusti alibi ponitur man
suetus quia per mansuetudinem iusticiam
de dyaboli fecit vel propter inexcusacionem iudeorum
quia vt dicit Crisostomus. Ideo cristus noluit
timendus per potenciam sed amandus per ma
suetudinis clemenciam quia iudei videntes
ipsum non dicentes coram facie pilati non
habemus regem nisi cesarem. Tercio quantum
ad animalium vilitatem quia non in curru
aureo et purpura refulgenti nec super equm
fundum discordie et litis amatorem ascendere
voluit sed super asinam pacis et tranquil
litatis amicam vt dicit Crisostomus 9 / ex hoc vt
eciam prelatis humilitatis mensuram monstrare
voluit. Vt non super equos ascendere neccesse
sit sed sufficiat asino vti et eo quod necessitatis
est esse contentum / turbe autem eum recipi
entis deuocio similiter ostenditur in tribus primo
in vestimentorum prostracione et hoc ne pes

asine vel ipse aliquo lapide lederetur aut in
foueam laberetur. Secundo in arborum incisi
one et hoc vt victoria obtinenda de dyabolo
monstraretur. Tercio in saluatoris inuocacione
quia cantabant osanna id est saluator per diuinitatem
filio dauid per humanitatem. benedictus qui venit
in nomine domini per eius aduentus nouitate
Sed templi in quod intrauit mundacio et pur
gatio eodem modo in tribus ostensa est secundum quod tria
genera hominum templum domini inficiebant primo
sacrilegi qui intelliguntur per vendentes et
ementes in templo. Secundo vsurarii qui
intelliguntur per nummularios. Tercio symo
niaci qui intelliguntur per vendentes colum
bas eiecit eos saluator de templo sacrile
gos vsurarios et symoniacos. Similiter tria
ei esse facienda Primo oracionem domus
mea domus oracionis vocabitur. Secundo infir
morum curacionem quia accesserunt ad eum ceci
et claudi et in templo curauit eos sic omnes
infirmi per administracionem sacramentorum curandi
sunt in templo. Tercio sacre scripture pre
dicacionem et diuine laudis decantacionem
quia pueri in templo clamabant Osanna
filio dauid. Quantum ad laudis diuine deca
tacionem saluator contra phariseos et contra pueros
murmurantes insurrexit sermone prophetico di
cens. Nunquam legistis Ex ore infancium
et lactancium perfecisti laudem. Nam secundum
glosam in hoc instructi sunt pharisei quod
pueri non errore vel leuitate reprehendendi
sunt vel arguendi quia cristo tamquam
vero deo diuinas laudes cantabant
cum per tot milia annorum ante istud
futurum fore propheta predixerat. Sed
hic possunt esse quinque dubitaciones. Prima
vtrum decens fuit cristum in eius passione
cum regali honore iherusalem intrare. Se
cunda vtrum possibile fuit ipsum super
asinam et pullum eius sedere. Tercia
vtrum sacrilegi eiciendi sunt de ecclesia
Quarta vtrum eiciendi sunt de ecclesia vsu
rarii. Quinta vtrum eiciendi sunt de ecclesia

symoniaci. Ad primam est dicendum quod hanc
dubitacionem monet Beda et Crisostomus. Nam Beda
dicit quod Jo. 12o legitur christum fuisse in monte
quando vidit quod homines illi qui de quinque panibus
saciavit venturi erant ut raperent eum
et facerent eum regem hic autem dicitur regale
sibi a turbis impensum non spernit sed inde
ei murmurantibus et dicentibus audis quid
isti dicunt recepit. Crisostomus vero ait Ce-
lebriores legimus christum ierusalem intrasse et
numquam invenimus cum tali honore fuisse re-
ceptum. Hoc ergo ideo fuit ut dicit Crisostomus.
Quia tunc erat cum dyabolo pugnaturus
quo devicto filius est rex et iudex vivorum et
mortuorum. Unde hic vide omnia regalia
signa et regis omnes proprietates manifestantur.
Nam ad regem pertinet dominandi potestas
ut maleficos et perturbantes pacem et rempu-
blicam posset punire. Secundo iusticie
equitas quia honor regis iudicium et insti-
ciam diligit. Tercio salvandi et remune-
randi facultas. que tria tam senes quam
pueri monstraverunt esse in christo cum eum
receperunt in vellum cum dyabolo pugnaturum
ut dicere propheta. Senes cum iunioribus laudent
nomen domini non iudeorum sacerdotes ut dicit
Crisostomus. Puto quod ipsi qui laudabant faciebant
que laudabant sed spiritus sanctus subito ingressus
in eos veritatis verbo fundabat per eos. Unde
in Cantico quod cantabant exprimebant ista
tria per ordinem qui dicebat. Benedictus qui
venit in nomine domini. Osanna filio david
in excelsis nam dominandi potestatem exprimebat
in hoc quod dicebat. Benedictus id est gloriosus
et potens domini. Iusticie equitatem mani-
festabant in hoc quod dicebant in nomine domini.
Ipse enim non rapina conservatus est regnum
sicut multi tyranni et sicut antichristus qui
tyrannice et per rapinam sibi acquiret
potestatem dominandi sine voluntate et no-
mine dei patris. Unde ipse dicebat iudeis in
Johanne. Ego veni in nomine patris mei et non
recepistis me. alius vero veniet in nomine

suo et illum recipietis. Deus salvandi et
remunerandi facultatem ostenderunt in hoc
quod dicebant Osanna id est salvator filio david
quantum ad humanitatem assumptam salvator
noster in excelsis quia ipse non fuit rex ter-
renus sed celestis et suos subditos in excel-
sis salvat et remunerat. Et ista tria concor-
dant cum verbis prophete zacharie 10o capitulo ubi dicitur
Iubila filia syon ecce rex tuus quantum ad
dominandi potestatem venit tibi iustus quantum
ad iusticie equitatem et salvator quantum
ad salvandi et remunerandi facultatem.
Ad secundum est dicendum quod secundum Crisostomum
quantum ad literam non potest intelligi christum
super asinam et pullum sedisse quia hoc
vel continet impossibilitatem ut scilicet unum
pedem tenuisset super unum animal et alium
pedem super aliud quod non erat possibile
vel quod continet quandam derisionem vanitatis
ut quod per unam partem nes sedet super asinam
et per aliam partem super pullum et hoc fuisset
vanum et derisorium. Quia ut dicit bethfage
vicus erat sacerdotum ministrancium in tem-
plo situs est in monte oliveti dis-
tans uno solo miliari a ierusalem ad quem
diuertebant sacerdotes deservientes in tem-
plo completo officio vicis sue quod igitur
vitam brevi spacio mutaret christus dicens
sa animalia quedam levitas vel vanitas
fuisset. Volt ergo Johannes hoc intelligendum
esse quantum ad sensum misticum. quia per asi-
nam significabat synagoga iudeorum
diversis oneribus mandatorum legis onerata
per pullum vero indomitum et devia ambulan-
tem significatur ydolatria populi gentilis
qui diversis erroribus desviabat et per devia
erroris ambulabat. Unde sicut utrorumque
populus erat ligatus iudaicus formalis
mandatorum gentalis formalis diversorum
errorum ita salvator utrumque mandavit
solvi et super utrumque dicitur sedisse. Ideo quod Iu-
deos solvit a legalibus observanciis et gentiles

a diuisis prelatus propter quod solus Math-
feat mencionem de asina quia ipse scripsit ebreis
in Judea. Ideo de solucione iudeorum fecerat
facere mencionem. Alii vero textus nominant solum
pullum asine quia scripsunt gentilibus in quibus
nulla est diuersitas secundum Augustinum. Prima conclu-
sionis elucidata ponit vnum et alius aliud
vtrumque intelligit esse fore. Tercio ut ante dictum
Respondeo ad sensum litteralem super vtrumque
animal Christus potuit sedere vel quia sic
animalia potuerint coniungi simul ut simul
sederet super vtrumque vel separatim modo super
illud vnum modo super aliud et hoc non tantum non
solum propter misticam significacionem sed pro
prelatorum informacionem tribuit namque
omnibus prelatis exemplum humilitatis ut non
super equos et dextrarios necesse sit ferri sed
quod sufficiat asino vti et eo quod necessitatis est
esse contentos. Quid eciam est dicendum quod
secundum Johannem super hunc passum templum
in Jerusalem per Salomonem edificatum a iudeis
de cunctis regionibus mundi venientibus in
magna habebatur reuerencia et aberis innume-
rabiles hostie thaurorum arietum et hircorum
potissime in festis offerebant pauperibus
duntaxat exceptis qui offerebant pul-
los columbarum et turturum quia igitur
illi qui veniebant de longe et de propinquis
partibus vel regionibus animalia non habebant
ad offerendum sacerdotes templi ducti cupiditate
ordinauerunt animalia vendi in templo et
emi et ipsimet sacerdotes predicta animalia
vendebant non habentibus ut ipsi postmodum
empta reciperent. Qui merito eiciendi erant
de ecclesia et de templo propter duo. Primo
propter sacrilegium quod committebant ut dicit
Rabanus quod in pena sacrilegii sunt puniendi
illi qui celestium vsibus dedicata vexare
vel molestare temptauerunt non enim poterant
esse sine violacione et vexacione sacerdotum
vendere et emere animalia in templo et sine
latrocinio rerum sacrarum unde saluator
eiciens tales vendentes et ementes dixit
domus mea domus oracionis vocabitur et vos feci-
stis illam speluncam latronum. Super quo verbo dicit
Johannes Os templum dei ille conuertit in spe-
luncam latronum qui lucra de religione sec-
tantur. Secundo propter negociacionem quam
eis prohibitam exercebant prohibetur enim clericis
et personis ecclesiasticis negociacio rerum temporalium
unde dicit Johannes et ponitur lxxxviii distinccione
negociatorem clericum ex inopia diuitem et
ex ignobili gloriosum quasi quandam pestem
fuge et Augustinus sit et allegatur distinccione predicta
scilicet quod fornicari numquam licet sed negociari
quandoque licet quandoque non quando antequam homo sit
clericus licet postquam vero factus est clericus non
licet. Unde multum debent cauere clerici
ne negociis secularibus se immisceant.
Ad questionem est dicendum quod secundum Johannem super
hunc locum quia multi veniebant ad tem-
plum domini qui pecuniam vnde emerent
animalia non habebant ad ymolandum. Ideo
sacerdotes aliam fraudem excogitauerunt or-
dinantes nummularios vel campsores
qui recepta cogitacione et securitate pe-
cuniam prestabant et tamen legis manda-
to interdictum erat eis ne vsuram facerent
cum proximis suis ut commodum haberent de pe-
cunia serrata munuscula aliqua recipi-
ebant de pecunia in confectione vel in aliis
rebus vel fructibus non accedentes ut dicit
quod vsura est non solum accipere pecuniam
vel eciam omnia alia que nummis estimantur
quicquid enim sorti accidit vel pecunia vel
que possunt pecunia comparari vsura est
ut dicitur xiiii q. iii. Unde scribitur in Eze-
chiele vsuram et superhabundanciam non ac-
cipias. Tales igitur vsurarii expellendi
sunt de ecclesia quantum ad duo. Primo quantum
ad christianam sepulturam quia cum aliis
christianis in ecclesia sepeliri non debent.
Secundo quantum ad percepcionem sacramentorum
unde scribitur extra de vsuris constitutum
ut manifesti vsurarii nec ad communionem
altaris nec christianam si in hoc decesserint
recipiant sepulturam nec ab eis oblaciones

recipe debent solum autem predicacionis verbum listmarys quibuscunque in ecclesia subtrahendum non est quia dr. ex eciam persecutoribus sive prelati vel predicatores subtrahe non debet verbum in omnibus alys ceciendi sunt de ecclesia ¶ Ad quartam est dicendum quod sicut dicit Beda et ponitur prima ca. q. in. Vendentes columbas quorum cathedras xpus evertit sunt illi epi qui sacros ordines largiendo precium peccunie vel laudis vel honoris inquirunt et qui graciam quam a deo receperunt non simplici intencione administrant sed causa cuiuslibet retribucionis humane exercent et epi qui tradunt ecclesias quibus non oportet columbas vendunt / Et Urbanus papa dicit Quoniam qui res ecclesiasticas non ad quod institute sunt sed ad propria lucra munere lingue vel obsequii vel peccunie largitur vel adipiscitur symoniacus est qua autem pena symoniaci ferendi sunt patet prima ca. q. prima. Si quis eps / Ubi dicitur Vendentes et ementes spiritualia a proprio gradu quem turpi lucro in ecclesia sunt consecuti cadendi et deponendi sunt et ecclesiastica dignitate ponendi Illi non qui sunt mediatores ipsarum turpibus et nephandis lucris datis vel accepti si clerici sunt debent deponi si vero sunt layci debet excommunicari

e ij

Et relictis illis abiit foras lao y extra civitatem in bethaniam ibique mansit Et docebat eos de regno dei Mane autem revertens in civitatem esuriit. Et videns fici arborem unam secus viam venit ad eam Et nichil invenit in ea nisi folia tantum Et ait illi Nunquam in te fructus nascatur usque in sempiternum Et arefacta est continuo ficulnea. Et videntes discipuli mirati sunt dicentes Quomodo continuo aruit Respondens autem ihus ait eis Amen dico vobis Si habueritis fidem et non hesitaveritis non solum de ficulnea facietis sed si monti huic dixeritis Tolle te et iacta te in mare fiet Et omnia quecunque pecieritis in oracione credentes accipietis Et cum venisset in templum accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum et seniores populi dicentes In qua potestate hec facis et quis dedit tibi hanc potestatem Respondens ihus dixit illis Interrogabo et ego vos unum sermonem quem si dixeritis michi et ego vobis dicam in qua potestate hec facio. Baptismus iohannis unde erat ex celo an ex hominibus At illi cogitabant intra se dicentes Si dixerimus ex celo dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi Si autem dixerimus ex hominibus timemus turbam. Omnes enim habebant Johannem sicut prophetam Et respondentes ihu dicentes Nescimus Et ait illis ipse. Neque ego dico vobis in qua potestate hec facio ¶ Ostensa regali dignitate xpi per eius humilitatem mansuetudinem. In parte ista Et docebat ostendit eius potencie magnitudinem. In quibus autem salvator in hac leccione ostendit magnitudinem sue potencie Primo in arboris fici exsiccacione Secundo in montium per orationem apostolorum translacione Tercio in scribarum et phariseorum confutacione ¶ Circa primum dicit quod relictis illis scilicet principibus sacerdotum abiit foras extra civitatem in bethaniam ubi tamquam in parvo viculo habitabat quia in iherusalem ex nimia paupertate domicilium non habebat Ut dicit Jeronimus / non enim secundum Crisostomum aliter poterunt vincere homines mali et dolosi nisi per cessionem ex quo per racionem vinci non poterunt. mora ergo facta in bethania ad discipulorum instruccionem mane revertens in iherusalem esuriit non quidem cibum corporalem dicit Crisostomus cum esset mane / sed esuriit humani generis salutem. Videns ergo arborem fici non habens fructum sed folia tantum dixit Nunquam ex te nascatur fructus usque in sempiternum et statim arefacta est ficulnea quod videntes discipuli mirati sunt quare arborem fici arescere fecit

magis alia dicit Crisostomus ¶ Hoc fuit propter
evidentiam miraculi quia arbor ficus hu-
midissima est inter omnes Unde ne putaret
tunc exsiccatio talis provenisse ex natura
arboris voluit in ficu hanc arefactionem
ostendere ¶ Quantum vero ad secundum ait quod
mirantibus apostolis Christus dixit Si habetis
fidem non solum de ficulnea hoc facietis sed
si dixeritis monti iactare in mare fiet et
universaliter omnia quecumque pecieritis in
oratione credentes accipietis ¶ Sed quantum
ad tertium dicit quod phariseis querentibus in qua
potestate hoc faceret eiecerat enim vendentes
et ementes de templo secundum enim Ieronimum inter
omnia miracula que Christus fecit hoc maxi-
mum fuit quod tunc temporis quando contemptibi-
lis et vilis a scribis et phariseis habebatur in tan-
tum ut postea ab eis crucifigeretur ad unius
enim verbera flagelli tantam potuit eicere
multitudinem ipsis phariseis contra se frementibus
tibus videntibus eorum lucra destrui etc.
ergo sciens quod non querebant ut discerent
sed ut calumpniam pararent interrogat eos
unde esset baptisma Iohannis et illis respon-
dentibus se nescire in quo mentiti sunt bene
sciebant secundum Ieronimum sed cogitabant si di-
xerimus de celo dicet nobis quare non bapti-
zati estis ab illo si vero dicamus quod ab homine
recepit potestatem baptisandi timemus lapi-
dari a populo quia universa multitudo populorum
baptismum Iohannis receperat et eum sicut
prophetam a deo missum habebat Sic igitur
mendaciter respondentibus Christus non mendaciter
sed veraciter confutavit dicens nec ergo
dico vobis in qua potestate hoc facio non
enim ait neque ergo scio in qua potestate hoc facio
sed non dico vobis quia quando doctor videt
se non proficere in doctrina magis debet ipsam
occultare quam manifestare ut dicit Crisostomus
¶ Sed hic possunt esse quatuor dubitationes
¶ Prima utrum in ficulnea vel in aliqua cre-
atura carente ratione possit esse peccatum ¶ Secun-
da utrum apostoli semper in eorum oratione fuerunt
auditi ¶ Tercia utrum baptismus Iohannis
fuit institutus a deo vel ab homine ¶ Quarta
utrum decens fuit Christum occultare veritatem
phariseis quam querebant ¶ Ad primam
est dicendum quod questio est dubia pro tanto
quia pena iuste non datur nisi pro culpa
Cum igitur maledictio dicta ficulnee fuit a
Christo ex qua maledictione arefacta est non
videtur quod hoc iuste et rationabiliter possit esse
sine culpa et similiter sine iniuria possidentis
Unde culpa est occidere animalia bruta bo-
vem vel asinum inquantum fit dampnum et iniuria
possidentis ad hoc igitur respondet Crisostomus dicens
Cum aliquid reperimus factum a Christo
in plantis vel in brutis animalibus non debemus
querere qualiter hoc iuste factum sit puta qualiter
iuste siccata est ficus si tempus siccationis
non erat quia hoc querere summe dementie
est quia in talibus non invenitur culpa neque pena
et causam istius Augustinus in libro 3o de libero
arbitrio assignat dicens quod cum omnia commendare
memorie non possumus hoc enim firmiter te-
neamus quod quecumque causa sit voluntatis
vel appetitus si ei resisti non potest sine culpa
ceditur quia ergo cuncta animantia care-
cia ratione eorum impetibus resistere non va-
lent quia agunt magis quam agant ideo
culpa in eis esse non poterat et per consequens neque
pena culpe ¶ Respondens igitur ergo salvator
fecit exsiccari ficulneam ¶ Ylarius dicit
hoc fecisse propter reproborum severam correp-
tionem ait enim quod quando Christus voluit os-
tendere procurare per se salutis exemplum potestatis
suis sue virtutis in humanis corporibus
exercuit commendans per hoc spem futurorum
et salutem anime curis presentium consuetudinem
Sed quando voluit ostendere contumaces et re-
belles formam severitatis spem future
iudicii dampno arboris indicavit Crisostomus
autem dicit ¶ Hoc fecit propter apostolorum instruc-
tionem ¶ Instructi namque fuerunt apostoli in
fide per exsiccationem ficulnee ut sicut etc.

exsiccauit solo verbo arborem sic credent quod solo
poterunt exsiccare eos qui crucifixerunt eum
et ut dixerunt quod ipsi talia et maiora signa fac-
turi erant si in fide non hesitarent. Sed
Origenes dicit quod hoc fecit propter misticam
iudeorum significacionem. Sunt iudei fatua ficus
quia in synagoga ipsorum quam ficus exsicca-
ta significabat non nisi folia inueniebantur
eo quod dicente apostolo tota obseruatio eorum erat
in cibis et potibus et variis baptismatibus
nichil ad perfectum deducens. Ad secundam
est dicendum quod secundum Ieronimum canes gentilium
contra christianos latrant per hoc quod non semper
in oratione apostoli sunt exauditi asserentes e-
os non habuisse fidem quia non potuerunt
montes transferre nec iactare eos in mare
Ad hoc igitur ipse respondet quod sicut christus
multa signa fecit que non sunt scripta in li-
bro hoc sic apostoli multa signa fecerunt que
scripta non sunt. Credendum est ergo ut ait
quod montes fecerunt transferri. Sed ideo hec
multa alia que fecerunt non sunt scripta ne
daretur occasio infidelibus contradicendi maior
aliquin interrogemus eos ut dicit utrum
credant signis que scripta narrantur an
non et cum incredulos viderimus consequenter pro-
bamus nec maioribus eos creditoribus
fuisse qui minoribus non crediderunt. Dica-
mus ergo ut dicit Crisostomus quod si nos quandoque
in oratione non exaudimur hoc ideo est vel
quia contra auxilium nostre salutis petimus
vel quia eorum pro quibus petimus peruer-
sitas ne impetremus obsistit vel quia in
futurum peticionis nostre differtur effectus
ut nostra desideria crescant et perfectius capiamus
tandem que requirimus. Apostoli ergo quia
nichil quod non oportet petiuerunt et
credentes integro semper celestia petiuerunt
ideo semper fuerunt sic petendo exauditi. Ad
tertiam est dicendum quod de institutione baptis-
mi Iohannis a quo fuit contingit dupliciter
loqui. Primo a quo auctoritatiue et potestatiue
vel impatiue et sic planum quod fuit a deo quod

auctore et imperio dei baptisauit iuxta illud
Ioh. primo. Qui me misit baptisare in aqua
ille michi dixit. Super quem videris spiritum
descendentem et manentem hic est qui
baptisat in spiritu sancto. Secundo mi-
nisteriale et executiue et sic planum est quod a
Iohanne institutus est quia secundum Augustinum
Iohannes hoc donum accepit a deo et a christo
quem postmodum baptisauit. Ut institueret
baptismum aque ad preparationem baptismi
et talis baptismus suus daretur per auctorem
ergo baptismus Iohannis fuit a christo in-
stitutus a iohanne. Ad quartam est dicendum
quod questio est dubia propter duo. Primo quia
ut dicit Augustinus super illo verbo psalmi. Non abscon-
di iniquitatem et ad quartum. multo christus in consilio
iudeorum et phariseorum veritatem non abs-
condit. Unde ipse dixit pilato. Ego ad hoc
natus sum et ad hoc veni in mundum. Ut te-
stimonium perhibeam veritati. Secundo quia ut
dicit Augustinus. christus bis eiecit ementes et ven-
dentes. Primo Ioh. ii°. Et tunc quando iudei
quesiuerunt quod signum ondis nobis quod hoc
facis. Respondit eis dicens Soluite tem-
plum hoc et in tribus diebus excitabo illud
ac si diceret ut glosa exponit sicut templum
manufactum variis coloribus est deturpatum
sic templum corporis mei. vestris pollutis manibus
dissolutum tercia die excitabo illud et in hoc mon-
strauit se dei potestatem habere. Secundo eie-
cit vendentes et ementes iam appropinquante
passione. Matthei xxi. Et tunc iudeis querentibus
in qua potestate hoc faceret non respondit quod videtur
eis debuisse satisfacere sicut primo. Hanc
ergo dubitationem Crisostomus sic soluit. Dicit
enim quod triplex veritas est quandoque querentibus
occultanda. Primo si querentes non sunt ca-
paces ad intelligendum tunc enim magis
duceret in errorem quam veritatem discerent
Secundo si videas quod querentes odio et contemp-
tu veritatis querant. Unde dicit quod incogita-
tem oportet docere sed temptantem rationabi-
li percussione confundere non autem veritate

ministerii ei publicare. Tercio si videt se
non proficere et propter ista tria saluator no
luit respondere iudeis in qua potestate hoc fa
ceret. Primo quia capaces non erant. tum
enim dicebant Quis tibi dedit hanc potesta
tem. manifeste negabant dei filium esse
xpistum. ex quo eum putabant sine veritate
signa facere. Ut dicit Jeronimus. Secundo quia
temptatiue et odio habiat contemptum veri
querebat. Tercio quia prima vice quando
eiecit de templo vendentes et ementes que
rentibus eis veritatem respondit. ex quo igitur
non profecerunt indignos se fecerunt am
plius veritatem audire. Lectio tercia

Quid autem vobis videtur Homo qui
dam habebat duos filios. Et accedens
ad primum dixit. Fili vade hodie operare in vi
nea mea. Ille autem respondens ait. Nolo. Postea
autem penitencia motus abiit. Accedens autem
ad alterum dixit similiter. At ille respondens ait
Eo domine. et non iuit. Quis ex duobus
fecit voluntatem patris. Dicunt ei. Primus. Dicit
illis ihesus. Amen dico vobis quia publi
cani et meretrices precedent vos in regnum dei.
Venit enim ad vos iohannes in via iusticie
et non credidistis ei. Publicani autem et meretri
ces crediderunt ei. Vos autem videntes nec
penitenciam habuistis postea ut crederetis ei.
Aliam parabolam audite. Homo erat paterfa
milias qui plantauit vineam et sepem
circumdedit ei et fodit in ea torcular et
edificauit turrim et locauit eam agricolis
Et peregre profectus est. Cum autem tempus
fructuum appropinquasset. misit seruos suos
ad agricolas ut acciperent fructus eius. Et
agricole apprehensis seruis suis. alium ceci
derunt alium occiderunt alium vero lapidaue
runt. Iterum misit alios seruos plures
prioribus. Et fecerunt illis similiter. Nouis
sime autem misit ad eos filium suum dicens
Verebuntur filium meum. Agricole autem
videntes filium dixerunt intra se. Hic est
heres. Venite occidamus eum et habebimus

hereditatem eius. Et apprehensum eum
eiecerunt extra vineam et occiderunt eum.
Cum ergo venerit dominus vinee quid fa
ciet agricolis illis. Aiunt illi. Malos
male perdet et vineam suam locabit aliis
agricolis qui reddant ei fructum temporibus
suis. Dicit illis ihesus. Numquam legistis in
scripturis. Lapidem quem reprobauerunt
edificantes hic factus est in caput anguli.
A domino factum est istud et est mirabile
in oculis nostris. Ideo dico vobis quia
auferetur a vobis regnum dei et dabitur
genti facienti fructus eius. Et qui ce
ciderit super lapidem istum confringetur
Super quem vero ceciderit conteret eum.
Et cum audissent principes sacerdotum et phari
sei parabolas eius. cognouerunt quod de ipsis
diceret. Et querentes eum tenere timue
runt turbas. Quia sicut prophetam eum
habebant. Postquam euangelista ostendit regalem
xpisti dignitatem per eius humilitatis mansue
tudinem et potencie magnitudinem. In pre
sentia ut supra dicebatur hic ostendit correcti
onis rigidam fortitudinem. Et primo ponitur
iudeorum et gentilium ad inuicem comparatio
Secundo ponitur iudeorum mala operatio
Et tercio concluditur eorum reprobatio et gen
tilium electio et approbatio. Circa primum ergo
ad primum querit saluator hanc questionem
a phariseis. Homo quidam duos filios habuit
et dixit primo quod laboraret in vinea sua
Qui respondit Nolo ire. postea penitencia ductus
fecit quod pater iussit. Et alteri filio
dixit. qui respondit volo ire. non tamen iuit
quis istorum fecit voluntatem patris. Ad qua
questionem responderunt pharisei quod primus filius
Et per istos duos filios populus gentilis et
iudaicus intelliguntur secundum Crisostomum
Nam primus populus fuit gentilis qui
fuit primus filius qui recepit a deo le
gem naturalem per quam gentes po

cerunt cognoscere bonum a malo. Et quod tibi
non vis fieri alteri non facias relinquentes
tamen legem ⁊ iusticiam dei ad ydola
se converterunt ⁊ contra voluntatem dei fe
cerunt. Postmodum penitentia ductus populus tali
tempore adventus xpi voluntatem dei fecit
quia populus quem non cognovi servivit mihi
in auditu auris obedivit michi. Et dicitur in psalmo. Secundo
populus fuit iudaicus qui legem recipiendo
promisit voluntatem facere. postmodum autem
non fecit cum eius filium non recepit. Et
ideo dicit salvator quod publicani et mere
trices precedent iudeos in regno celorum vel
dei. Et ne ipsi possent se excusare quod adven
tus xpi non fuit eis annunciatus nec via
iusticie eis predicata. Subdit quod Johannes
baptista venit ad eos in via iusticie ⁊ pu
blicanis ⁊ meretricibus credentibus ei ipsi pha
risei credere noluerunt nec penitentiam per eum
predicatam facere voluerunt. ¶ Quantum
vero ad secundum ponit salvator eis ali
am comparationem dicens quod homo erat paterfa
milias. scilicet pater deus qui habebat vineam
iherusalem plebem ysraeliticam quam vineam
circumdedit sepe per angelorum custodiam ⁊ fodit
in ea torcular per mandatorum legis obser
vacionem ⁊ edificavit in ea turrim per
sacrificiorum in templo frequentiam ⁊ peregre
profectus est relinquens eos eorum libero ar
bitrio locando vineam agricolis sacerdotibus
⁊ levitis qui eis divina mandata expe
teret frequenter. cum igitur tempus fructuum
appropinquaret in quo aliqua bona opera
deberent facere digna acceptione divina
misit ad eos pater servos suos ⁊ ipsi iudei
tamquam mali agricole apprehensis predictis
servis alium ceciderunt sicut ysayam
alium occiderunt sicut Jeremiam alium
lapidaverunt sicut Naboth ⁊ Zachariam
quem interfecerunt inter templum ⁊ altare
Iterum misit alios servos plures prioribus.
sicut tempore s. Pauli ⁊ david multi

prophete inventi sunt ⁊ fecerunt similiter. Deinde
misit deus filium suum. Et reverentia ⁊ bene
volencia ducti convertentur ad bonum ⁊ ipsi
cognoscentes per signa que fecit quod esset heres
⁊ dei filius per naturam ne perderent lucrum
vinee quod percipiebant de malis oblatis
in templo unde ipse eiecerat vendentes et
ementes eiecerunt eum extra vineam quia
extra iherusalem crucifixerunt eum. ecce ergo tot
mala opera phariseorum ¶ Sed quantum ad tercium
concludit eorum reprobacionem ex eorum met se
tencia. Unde querit salvator quid ve
nerit dominus vinee quam correctionem faciet
de illis agricolis ⁊ responderunt quod malos
.i. nos iudeos pravos ⁊ obstinatos in ma
lo male perdet iuste ⁊ sancte nos dampna
do ⁊ reprobando. ⁊ vineam suam. ecclesiam
scilicet suam locabit aliis agricolis quia
gentilibus recipientibus fidem xpi inito
locabit. Et reddant ei fructum temporibus suis
quia igitur pharisei ipsi contra se sententiam dede
runt ⁊ veram. Et ondet salvator veram
sententiam contra se dedisse. Veritate ipsos
cogente confirmat per prophetam. puta quod
iudei ⁊ omnes increduli essent per xpm co
fringendi ⁊ finaliter conterendi tamquam
per lapidem angularem dicens Numquam le
gistis Lapidem quem reprobaverunt edifi
cantes hic factus est in caput anguli ⁊ qui
ceciderit super lapidem istum. Et peccator qui
peccat cadit super lapidem confringitur non
tamen omnino conteritur quia adhuc re
servatur ad penitentiam super quem vero ceci
derit conteretur quia qui xpm penitus
negat vel potius lapis conteret ipsum
Et nec quidem testa remaneat in qua
hauriatur aqua pusillum secundum Jeronimum
⁊ quia pharisei contra se sententiam dederunt
⁊ sic ab alio absolvi non poterant quia
ut dicit Crisostomus Qui seipsum condempnat
ab alio absolvi non potest ⁊ quia xpus
tam sententiam rigidam contra eos protulit eos

eos datam confirmauit. sciences finaliter quod
omnes predictas parabolas contra eos addu-
xerat quesiuerunt eum capere et tenere et
scessent sed timuerunt turbas plurimum
que sicut prophetam eum habebant. ¶ Sed hic
possunt esse quinque dubitaciones. Prima vtrum
per duos filios clerici et laici intelligantur.
¶ Secunda vtrum Johannes venit ad iude-
os in via iusticie. ¶ Tercia vtrum pharise-
i cognouerunt xpm esse heredem et dei filium
per naturam. ¶ Quarta vtrum motiuum iu-
deorum ad occidendum xpm fuit cupiditas
vel inuidia. ¶ Quinta vtrum qui condempnat
seipsum possit ab aliquo absolui. ¶ Ad primam
est dicendum quod secundum Crisostomum super hunc lo-
cum quidam homo habuit duos filios. Per
istos duos filios intelliguntur clerici et lay-
ci vel seculares. Nam per primum filium
qui renuit facere voluntatem patris et postea
fecit intelliguntur seculares. Per secundum
vero filium qui dixit voluntatem patris
facere et non fecit intelliguntur clerici. quorum
peccatum vt ait est peccato laicorum grauius
et periculosius et communius et vniuersalius.
Grauius quidem quia seculares eo ipso
quod secularem vitam susceperunt deum
negare videntur et renuere facere volun-
tatem dei et obedire sibi. Clerici vero
eo ipso quod mores aliorum constituunt et mi-
nisteria sacramentorum efficiunt dei obedi-
enciam promittunt. Ideo si voluntatem
patris non faciunt eius obedienciam non
seruant. propter quod eis dicitur publicani et
meretrices precedent vos in regno dei. ac
si diceret matrimonio copulati qui secundum ro-
nem vbi vitam eorum dispensant. Verum
eciam publicani et meretrices que desideriis
carnalibus et voluptatibus seruientes man-
cipauerunt precedent vos in regno dei quia
ipsi continenciam non promiserunt. vos
autem opere denegatis quod videmini voce pro-
fiteri. est igitur peccatum clericorum grauius
peccato laycorum. Secundo est periculosius
quia vt dicit Crisostomus secularis homo
potest facile post peccatum ad penitenciam venire
quia occupatus negociis secularibus diuinas scrip-
turas non satis meditatur. semper enim que in
scriptura posita sunt noua et videntur. ideo
dum audit aliquid de gloria beatorum et de pe-
na dampnatorum quasi nouum audiens expa-
uescit malum et concupiscit bonum. ac per
hoc compunctus statim ad penitenciam currit.
ex qua causa dicit Crisostomus quod per publicanos
intelliguntur omnes peccatores homines per
meretrices omnes mulieres peccatrices quia
in muliere eo ipso quod sedet in quiete mau-
sa est fornicacio et luxuria que ex ocio
nascitur. In viris vero habundat cupiditas
parum vero luxuria propter occupaciones et
sollicitudines multas. nisi sit multum las-
ciuus. Sed clericus omnia que in scriptura
sunt propter cottidianam meditacionem ante
oculos eius inueterata sunt et ab eo quasi
vilia reputantur. Vnde clericus qui semper
meditatur in scripturis aut omnino serua-
turus est eas et est ceteris melior et perfectior
aut si semel cepit eas contempnere nunquam
excitabitur in illis et est ceteris deterior.
Nam vt ait nichil est inpossibilius quam
illum corrigere qui multa scit et tamen
contempnens bonum eligit malum. Et
subdit quod nunquam vidit clericum cito penitenciam
agentem quamuis si deprehensus fuit in
peccato non ideo dolet de peccato sed confunditur
quia perdit gloriam suam. peccatum ergo cle-
ricorum est periculosius peccato laicorum. Tercio
est communius et vniuersalius quia plures
inficit et plures trahit ad precipicium.
Vnde dicit Crisostomus super illo verbo eiecit
vendentes et ementes de templo quod sicut
de templo omne bonum egreditur ita
de templo omne malum procedit. quia si clerus
fuit bonus et sacerdocium integrum fuerit
tota ecclesia fidelium floret. Si vero clerus
fuit malus et sacerdocium corruptum fuerit
omnium fides marcida erit. Nam sicut
cum videmus arborem pallentibus foliis
intelligimus statim quod vicium est in radice

sic ut ait cum videris populum indisciplina
tum et fractum cognosce quod sacerdocium
eius non est sanum. ¶ Ad secundum est
dicendum quod sicut Crisostomus dicit super hunc passum
Johannes venit ad Iudeos in via iusticie
quinque modis. Primo viam iusticie predica
demonstrando quia Christum qui est via vita et
veritas digito demonstravit dicens Joh. primo
Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi
Secundo viam iusticie iustialiter implendo
quia per eum tamquam per ministrum Christus
implevit iusticiam. Unde super illo verbo Matthei
iii° Sine modo. sic enim oportet implere omnem
iusticiam dicit Remigius quod superbi omne
exemplum humilitatis et iusticie discere potuerunt
quando viderunt Christum a Johanne baptiza
tum et dedignari non debent baptizari
et subici humilibus membris ecclesie quando
vident deum ab homine. dominum a servo bapti
zatum. Tercio ad viam iusticie homines
preparando. Unde cum quereret a sacerdotibus
et levitis Jo. primo quis esset. respondit Ego vox
clamantis in deserto dirigite viam domini
cuius enim operavit aspera fieri plana et
prava et distorta fieri recta. Quarto via
iusticie verbo predicando quia Johannes
in deserto predicans verbum penitencie in remissi
onem peccatorum ut dicit Marci primo et Jo. v°
scribitur quod erat. Johannes lucerna ardens
et lucens ante dominum. set Iudei voluerunt ad horam
exultare in luce eius. Quinto in via iu
sticie exemplariter vivendo unde Crisostomus
super hunc locum venit Johannes Baptista
in via iusticie dicit quod in via iusticie sic ma
nifesta venit iohannes ut conversacio eius
venerabilis peccatorum corda concuteret in tantum
quod publicani et meretrices crederent ei. In
quo ut ait considerare debemus quomodo conver
sacio bona predicatoris ipsius predicacionem
prestat virtutem ut indomabilia domet
corda. ¶ Ad terciam est dicendum quod planum
quod principes et communes personas iudeorum
qui ignorabant personas prophetarum Christum

non cognovisse esse heredem vel dei filium
per naturam. In quorum persona dicit Apostolus
Quia si cognovissent numquam dominum glorie con
tifixissent nec petivissent Christum crucifigi
Sed principes sacerdotum scribe et pharisei
et maiores scientes leges et scripturas pro
phetarum nullomodo excusari poterant de
ignorancia quia eum cognoverunt esse Christum
et dei filium per naturam quod triplici
probatur. Primo quia Deuteronomii xviii invenie
bant prophetizatum. suscitabo vobis fratribus vestris
ipsum tamquam me audietis quicumque
autem non audierit verba prophete illius ego
ultor existam. cum igitur omnes dicant quod
principes sacerdotum cognoverunt illum esse
prophetam promissum eis in lege ex precepto
legis tenebantur verba eius credere et ad hoc
sciebant se teneri. cum ergo Christus semper
eis dicat se esse dei filium. videtur quod cog
noverunt Christum esse filium dei ex quo cog
noverunt se teneri credere verba sua. Secundo
cognoverunt ipsum per signa manifesta
divinitatis. Unde ipse dicit Si non venisse
et opera non fecissem in eis que nemo
alius fecit peccatum non haberent nunc autem infidelitatis de
mea divinitate non habent. Tercio quia ut
dicit Beda super illo verbo Pater ignosce
illis quia nesciunt quid faciunt pro illis
orat qui per ignoranciam potuerunt
eum crucifigi. Unde expresse dicit Johannes
super hunc passum Hic est heres venite
occidamus eum quod per hoc dominus manifeste
probat iudeorum principes non per ignoranciam
sed per invidiam dei filium crucifixerunt quia
intellexerunt eum esse illum cui per prophetam
dicitur Pete a me et dabo tibi gentes heredi
tatem tuam. Nam hereditas Christi data ei
fuit tota ecclesia fidelium quam non mori
ens pater sibi reliquit sed ipse sua morte
mirabiliter acquisivit et quia eidem dicitur
a patre. Filius meus es tu ego hodie
genui te. Est concludendum quod princi
pes sacerdotum cognoverunt Christum esse heredem

et dei filium verum, alii vero non. Quid ergo dicemus ad illud quod dixit Petrus Act. iii°: Nunc scio fratres quia per ignoranciam fecistis sicut et principes vestri. Et aliud quod dixit Paulus prima ad Cor. ii°: Si enim cognovissent dominum glorie non crucifixissent. Ad istas auctoritates potest dupliciter responderi. Primo ut hoc totum intelligatur dictum in persona minorum qui non ex invidia petiverunt Christum crucifigi sed per ignoranciam seducti et decepti per maiores. Unde sic intelligendum est: Scio quia per ignoranciam fecistis sicut principes vestri, supple deceperunt vos. Vel alio modo potest dici peccasse eos per ignoranciam quia cognitio qua cognoscebant Christum esse dei filium non erat clara propter dilectionem sed tenebrosa et obcecata per maliciam et per invidie emulacionem. Omnis enim malus et peccans secundum philosophum dicitur ignorans et tamen bene cognoscat que facit que non sunt (non esse) facienda. Ad quartum est dicendum quod in hoc videtur esse controversia inter dicta Pylati et doctorum catholicorum. Nam omnes ewangeliste narrant Pilatum dixisse: sciebat enim quod propter invidiam tradidissent eum. Ex dicto ergo Pilati motivum iudeorum ad occidendum Christum fuit invidia. Sed doctores catholici totum motivum crucifixionis Christi dicunt fuisse cupiditatem. Nam cupiditas fuit ex parte Iude qui eum tradidit. Unde Augustinus scribens ad quendam comitem sibi carissimum exponens illud verbum: Radix omnium malorum est cupiditas, dicit quod unde pectus avaricie sit flamma exarsit, ut dominum omnium bonorum largitorem manibus tradet impiorum. Motivum in sibi fuit cupiditatis ex parte Pilati qui eum sentenciavit, quia ut dicit Augustinus super illo verbo: Si hunc dimittis non es amicus cesaris. Omnis enim qui se regem facit non est amicus cesaris. Plus timuit Pilatus perdere terrenum regimen quam facere contra suam consciencie reatum. Fuit similiter motivum cupiditatis ex parte principum sacerdotum qui Christum dignum morte iudicaverunt, quia ut dicit Crisostomus super hunc passum: Hic est heres, venite occidamus eum; postquam eiecit vendentes et ementes de templo cogitaverunt inter se nocte ut per istum populus dimittat consuetudinem hostiarum que ad nos pertinent lucrum et assuescat offerre sacrificium iusticie quod ad gloriam pertinet dei, et sic populus iste iam non erit hereditas nostra et possessio nostra sed dei. Si igitur occidemus eum dum non erit qui fructum iusticie a populo requirat semper manebit consuetudo offerendarum hostiarum et sic populus iste erit nostra possessio et nostra hereditas. Et talis cogitacio ut ait est omnium sacerdotum carnalium qui non sunt solliciti quo populus vivat sine peccato sed solum aspiciunt quid in ecclesia offeratur et hoc existimant sui sacerdocii lucrum. Videndum ergo secundum Augustinum xi super Genesim quod ex cupiditate que est inordinatus appetitus sensibilibus boni non solum pecunie sed proprie excellencie honoris vel utilitatis nascitur invidia, quia per talem cupiditatem que dicit inordinatum appetitum proprie excellencie homo invidet superioribus eo quod eis non equetur, inferioribus ne eis equetur et equalibus quod sibi equantur. Quia ergo quicumque cupidus est invidus est, ideo si motivum occidencium Christum fuit cupiditas sequitur quod fuit invidia. Ideo doctores et sacra scriptura quando narrant illud motivum fuisse invidiam et quandoque cupiditatem. Ad quintum est dicendum quod condempnatem se ipsum posse ab alio absolvi potest tripliciter intelligi. Primo propter indulgencie diffidenciam. Secundo propter confessionis penitenciam. Tercio propter iudiciarie sentenciam. Primo condempnantes se ipsos diffidentes se posse consequi a deo indulgenciam non possunt absolvi quia deus non absolvit hominem ipso nolente et negante eius veniam, secundum quem modum Cayn condempnavit se ipsum dicens: Maior est iniquitas mea quam ut veniam merear, et Iudas qui Christum tradidit. Secundo modo racio condempnantes se ipsos apud sacerdotes confitendo eorum peccata et penitendo et de eis

satisfaciendo secundum arbitrium sacerdotis sementem
a deo absolui et non iudicari nec puniri
eternaliter a deo secundum quem modum loquitur
apostolus ad Cor. xj dicens Si nos metipsos iu
dicaremus penitendo scilicet et confitendo peccata nostra
non utique iudicaremur. Sed tercio modo secundum
Crisostomum super hunc locum qui causa committit
reo si tamen iudicat contra sententiam seipsum condemp
nat iuste punitur et absolui ab alio non
meretur. Unde saluator quos phariseos re
os proposuit in causa in parabola ut non intelli
gerent quod ipsi adversus se sentenciam darent iudi
ces precipit dicens Cum venerit dominus vinee
quid faciet agricolis illis et hoc ideo ut
dicit Crisostomus ut a nullo mereantur absolui
qui seipsos condempnauerunt dicentes malos
male perdet et vineam suam locabit aliis
agricolis. Est enim magna fiducia iusticie
ut aut qui ipsi adversario causam committit
sicut Nathan propheta de homine divite p
peccante sibi in communio oviculam pauperis
commisit david quem reum esse sciebat eo
quod Bersabee ab Uria acceperat et ipsum
occidi fecerat secundum tamen Augustinum Non os
dederunt contra se talem sentenciam sed
aliqui dixerunt quod Lucas narrat absit Id est
aliqui dixerunt quod dicit Matheus. Secundum vero Cri
sostomum hoc omnes dixerunt quod dicit Lu
cas. Absit domine corde non dixerunt quod
dicit Matheus etc. Capitulum xxij

xxij Et respondens Ihesus dixit iterum in pa
rabolis eis dicens Simile factum est regnum
celorum homini regi qui fecit nupcias filio
suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos
ad nupcias et nolebant venire. Iterum misit
alios seruos dicens Dicite inuitatis Ecce prandi
um meum paraui tauri mei et altilia occi
sa sunt et omnia sunt parata venite ad nupcias.
Illi autem neglexerunt. Et abierunt alius in
villam suam alius vero ad negociacionem.
Reliqui vero tenuerunt seruos eius et con
tumelia affectos occiderunt. Rex vero cum
audisset iratus est. Et missis exercitibus
suis perdidit homicidas illos et ciuitates
illorum succendit. Tunc ait seruis suis
Nupcie quidem parate sunt sed qui inuitati
erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus
viarum et quoscumque inueneritis vocate ad
nupcias. Et egressi serui eius in vias
congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos
et malos. Et implete sunt nupcie discum
bencium. Intrauit autem rex ut videret
discumbentes et vidit ibi hominem non ve
stitum veste nupciali. Et ait illi Amice
quomodo huc intrasti non habens vestem nup
cialem. At ille obmutuit. Tunc dixit
rex ministris ligatis pedibus eius et manibus
mittite eum in tenebras exteriores ibi erit
fletus et stridor dencium. Multi autem sunt
vocati pauci vero electi. Ostensa igitur
regali dignitate per processionem sibi facte
honoris reverenciam in parte ista ut dicebatur
ondit per eius discretam sapienciam. Sunt
autem iiij^or que demonstrant in hoc capitulo discre
tam sapienciam Christi qui fuit rex et legifer noster.
Primum est vocatorum discreta electio. Secundum
est questionis proposite vera et iusta responsio.
Tercium falsitatis et erroris confutacio. Et
quartum est legis plena cognicio. Et sic totum
istud capitulum continet iiij^or partes et quatuor
lecciones. Secunda ibi Tunc abeuntes
pharisei. Tercia ibi In illa die. Quarta ibi Pharisei
sei autem. In prima autem leccione quinque po
nuntur. Primo inuitatorum ad nupcias Christi
uniuersalis vocacio. Secundo eorum neglecta
excusacio. Tercio eorum punicio. Quarto eorum
inuitacio. Et quinto perditorum inuitatorum ad
inuitacio. Quantum ergo ad primum dicit sal
uator quod regnum celorum presens scilicet ecclesia
et congregacio fidelium cum regnum celorum
promittit simile est homini regi qui fecit
nupcias filio suo secundum Crisostomum deus pater
se hominem appellat quando hominibus loquitur
vel similitudine non veritate nam quia
in humana natura erat tamquam purus homo
blasphemandus ideo deum prenum inuisi
bilem hominem vocat vel nominat deus
ergo pater fecit nupcias filio suo quando
in utero virginali humanam naturam
sibi personaliter copulauit ut quando totam
ecclesiam fidelium vniuit per eius fidem ad
tales ergo nupcias per duo genera seruorum
vocauit Iudeos. Primo per prophetas. Et
secundo per apostolos quando dixit In via gencium

ne abieritis sed solum ad oves que perierunt domus Israel. In quibus nupciis prandium erat vel cena secundum Lucam nec est controversia aliqua secundum Glosam quia antiqui in hora none prandere consueverant et ex tunc cena vocabatur. In tali ante prandio seu cena thauri et altilia dicuntur occisa quia doctrina veritatis testamenti veteris que promittebant terrena et doctrina novi testamenti que promittit celestia per delicias invitatis ponebat. Sed iudei vocati per apostolos et prophetas noluerunt venire. Ideo quantum ad secundum subditur quod predicti vocati neglexerunt venire et abierunt alius in villam suam et alius ad negociacionem suam. Per que duo secundum Crisostomum intelliguntur occupati negociis mundialibus per proprium laborem manuum et propriam operacionem ut euntes ad villam vel propter peccuniarum comutacionem ut euntes ad negociacionem, reliqui vero vocati et invitati non solum contra invitantes respuerunt sed eciam servos eius occiderunt. Quantum autem ad tercium ait quod rex iratus est non quod in deo sit ira ut dicit passionem sed ut dicat vlcionem missis exercitibus suis perdidit homicidas illos et civitatem eorum succendit quod factum est quando Titus et Vespesianus iudeos quos invenerunt in Jherusalem occiderunt more gladii et civitatem funditus subverterunt. Quantum ad quartum ait quod rex ait servis suis: Ite ad exitus viarum et quoscunque inveneritis vocate ad nupcias. Quod factum est post ascensionem quando salvator misit apostolos per universum orbem dicens: Euntes in mundum predicate ewangelium omni creature per quam predicacionem vocati sunt gentiles ad fidem Christi qui dicuntur fuisse in exitu viarum quia non erant in via legalis observancie sicut Iudei sed erroris ydolatrie. Sed quantum ad quintum dicit quod rex intravit ut videret recumbentes et vocatos ad nupcias quod erit in fine mundi quando Christus salvator discuciet facta omnium vocatorum ad fidem christianam et cum viderit ibi hominem non vestitum veste nupciali quia fide Christi recepit non tamen actibus veteris hominis renunciare voluit et induere novum hominem qui secundum deum creatus est mandavit servis eius ut ligarent manus eius et proicerent ipsum in tenebras exteriores, et merito quia ut dicit Gregorius: Cum ligatas manus habuit in presenti ad bene operandum et pedes, id est affectiones ad recte cogitandum habebit ligatas manus et ligatos pedes in tormentis ut in membris illis paciatur in quibus culpam commisit. Unde ait quod ibi est fletus quantum ad peccantes per oculorum impudiciciam et stridor dencium quantum ad gulosos. Non igitur est confidendum in multitudine vocatorum quia licet sint multi vocati pauci tamen electi.

Sed hic possunt esse quinque dubitaciones. Prima utrum negligencia sit mortale peccatum. Secunda utrum occupacio rerum temporalium excuset hominem a peccato. Tercia utrum per vestem nupcialem intelligatur caritas. Quarta utrum certus sit numerus electorum. Quinta utrum numerus electorum sit maior quam numerus dampnatorum.

Ad primam est dicendum quod secundum Ysidorum negligens dicitur non legens vel non eligens, non autem legere vel non eligere aliquid tripliciter contingit. Primo quod pretermittatur legere vel eligere quod est necessarium ad salutem, et sic negligencia est peccatum mortale. Secundo modo quod pretermittatur debitus modus legendi vel eligendi, nam cum voluntas sit eligere si voluntas sit sic remissa circa illa que dei sunt quod cum caritate non afficit vel quod ex contemptu illa que sunt dei pretermittet adhuc esset peccatum mortale. Tercio pretermittatur fervor legendi vel eligendi que dei sunt tunc non puto quod sit peccatum mortale sed veniale secundum quem modum scribitur Ecclesiastici vii: Negligenciam tuam purga te cum paucis. Nam ut dicitur eodem libro: Qui tenet deum nichil negligit quia non pretermittit aliquid ad salutem necessarium nec modum debitum legendi vel eligendi eorum que dei sunt et que ad salutem spectant.

Ad secundam est dicendum quod bona temporalia sunt nobis necessaria ut per ea tamquam per quedam instrumenta consequamur bona spiritualia quorum prefectio prandium vel cena nupciarum Christi ad quas suos fideles vocat intelligitur. Unde et ipse philosophus dicit quod temporalia non sunt per se appetenda nisi ut quedam organa co-

sequendi felicitatem ppt hoc phs dicit q
homines nesciunt orare i nesciunt pete Ita
petunt homines ditari r in bonis tempalib
habundare q no sic deberent orare sed mag
q deberent dari bonis bene uti ad consecu
cionem bonor spualium aliter melius esset
carere Igitur occupatio bonor tpalm pt
dupr intelligi Primo ut aliquis occupetur
circa talia non tamq circa finem nec tamq
principalia bona sed sicut circa organa et
instrumenta pueniendi ad pregustanda
spualia bona r ad nupcias ad quas xps
uocat r talis occupaco excusat hominem a
pcto saltem mortali r poss esse talis r sic
modica occupaco r sollicitudo q excusaret
a ueniali Secundo ut aliquis occupetur
circa talia tamq circa finem r tamq circa
bona pncipalia r talis occupatio no excu
sat a mortali pcto quia nichil est dilige
dum tamq finis nisi trinitas psonaru
Unde luce xiiij Saluator excusantes se
de empcone uille r de probacone boum r
de ductione uxoris noluit excusatos hre
sed durissimam snam contra eos ptulit
dicens Amen dico uobis q nemo uirorum
illorum qui uocati sunt gustabunt cena
meam Ut p empcom uille sedm Augm ibi
intelligunt occupati circa honores mundi
p elacom supbie r per probacom ueror bou
qui terram arant intelligunt occupati circa
diuicias mundi p cupiditatem auaricie per
ductionem uxoris intelligantur occupati
circa delectabilia carnalia p feditate luxurie
Nemo enim talium gustat cenam xpi qr
ymo sedm snam datam hic p exitium sun
ut p angelorum ministerium perdit r damp
nat omnes tales eo q uocati sunt a xpo
negligunt uenire Ad terciam est dicend
q sedm Greg p uestem nupcialem cari
tas intelligitur quia hanc xpus habuit
qn nram humanitatem assumpsit r
totam ecclam sibi copulauit dicente
Aplo ppter nimiam caritate qua deus
dilexit nos misit filiu suu in similitudine
carnis pcti omnes autem uocati ad fidem
xpi retinentes fidem sine caritate dicunt

no habere uestem nupcialem r merito na
uestis nupcialis tria significat Primo
sponsi coniunccom nam enim consueuerunt
indui ueste nupciali nisi qui sunt intimi
amici sponsi r coniuncti sibi Secundo luct
r tristicie expulsionem no enim ueste nup
ciali induuntur grauati doloribus r tristicie
sed leti r gaudentes Tercio repbator a spo
so distinccom Nam p uestem nupcialem
distingunt r discernuntur approbati r repro
bati a sponso Ista ergo tria facit caritas
Primo xpi sponsi coniunccom quia qui sibi
adheret p caritatem unus spus efficitur
cum eo Nulla enim uirtus coniungit hominem
xpo sponso nro nisi caritas Secundo luctu
r tristicie pctorum expulsionem dicit enim
Jacobus q caritas sola operit multitudinem
pctorum nam mens que est plena caritate
est quia nunc omnium eo q sicut pctor sp
est tristis r de se ipso non gaudet sedm quod
plus dicit sic Existens in caritate semper
est letus Tercio reprobor distinccionem
dicit enim Aug xv de trinitate q nisi aliqui
tantum impertiat gra spus s ut enim faci
at dei r proximi amatorem a sinistra
numq transfertur ad dextram Et subdit q
sola caritas est illa que diuidit int filios
regni eterni r pdicionis eterne Merito ergo
caritas uestis nupcialis est appellata
Augustinus dicit De ueste nupciali illi carent
qui in eorum operibus bonis gloriam ppriam querunt
r non sponsi quibus dicet p saluatorem
Nescio uos Ad quartam est dicendum
q numerum electorum esse certum dupr potest
intelligi Primo sedm collacom pntis uite s
cdm ad consecucom eterne glorie Primo
numerus electorum non est certus quia omni
die augetur r diminuitur sedm amissionem
r recuperacom gre Aliquis enim nunc est in
gra r caritate et sic electus quia p gram
r caritatem aliqs deo eligitur r cras cadet
in pctm r pdit caritatem r sic non erit
electus Nam Judas qdiu fuit cum aplis
r antequam dyabolus intraret in cor eius
ut traderet magistrum in gra erat r electus erat
xpo dicente nonne xij uos elegi r postea subdit

xuus ex vobis dyabolus intrauit in cor eius
pdidit graciam et non fuit electus. Igitur secundum
collacionem presentis vite vel gracie numerus electorum
non est certus quia potest augeri et minui
et potest homo eligi et non eligi quantum est
in hac presenti vita sicut patet graciam perdere
et recuperare ymaginatur enim Anshelmus
omnes homines esse nudos quia secundum se sunt
omnes expoliati gracia. Deus ergo sua
pietate et gracia et misericordia omnibus porrigit
vestem ut recipiant graciam et caritatem
Aliqui igitur recipiunt hanc vestem et ac-
ceptam quia in potestate possunt hominis
illam velle recipere et non recipere et illorum
qui recipiunt aliqui bene utuntur et perseue-
ranter tenent aliqui vero male utuntur
et amittunt. Multi illorum qui non recipiunt
nunc possunt sic se disponere ut postmodum
recipiant et sic quantum ad recepcionem gracie
numerus electorum non certus non est sed quantum ad
consecucionem finalis gracie certus est. Ut
dicit Augustinus in libro de predestinacione et gracia
Nam deus eligit hominem ad eternam gloriam
ut certa noticia et presciencia cursus causarum
variacionis presentis temporis et variacionis status
et condicionis hominis elegit enim deus hunc
hominem consecuturum etiam gloriam
mediante collacione sue gracie et usu sui
liberi arbitrij in bonum et mediante operacione
bonorum et detestacione malorum mediante
observacione suorum mandatorum et me-
diante casu in peccatum et resurrectione a culpa
et recuperacione gracie ita quod talis electio
totum ordinem causarum presentis temporis et
totum cursum variacionis status et con-
dicionis hominis includit principaliter totaliter
et prescitum a deo ante mundi constitucionem
Et de ista electione loquitur salvator Jo.
xiij dicens ego scio quos elegerim non
enim secundum Augustinum deus scit eas quia sunt sed
ideo sunt quia novit eas. Ad quintam
est dicendum quod numerum dampnatorum incom-
parabiliter excedere numerum electorum dupliciter potest
intelligi vel probari Primo auctoritate christi
dicentis Math. vij. Arta est et stricta
via que ducit ad vitam et pauci intrant
per eam et lata et spaciosa est via que in-
ducit ad perdicionem et multi intrant per eam
Secundo racione quia tale bonum hominis
duplex est unum nature proporcionatum
non excedens limites nature et consecucio talis
boni invenitur in paucioribus sicut habere suf-
ficientem cognicionem ad regimen vite proprie
convenit pluribus et defectus a tali sciencia
convenit paucioribus ut fatuis et stultis
Aliud bonum improporcionatum nature et omnino
excedit limites nature sicut habere scienciam omnium
rerum intelligibilium videmus quod paucioribus
convenit et defectus a tali sciencia convenit pluribus
non obstante quod tale bonum non excedit
limites nature quantum ad impossibilitatem
sed quantum ad aliquam difficultatem
Unde dicit philosophus primo metha. quod oportet
omnium rerum sapiam habentem et perscrutantem scienciam
investigantem quam plurimum honorare et
supra omnes sensus hominum admirari
Cum igitur consecucio boni eterni omnino
excedit limites nature consecucio eius
conveniet paucioribus et defectus a consecucione
eius conveniet pluribus Leccio ij

Tunc abeuntes pharisei consilium
inierunt ut caperent eum in sermone
Et mittunt ei discipulos suos cum herodya-
nis dicentes Magister scimus quia verax
es et viam dei in veritate doces Et non est
tibi cura de aliquo Non enim respicis per-
sonam hominum Dic ergo nobis quid tibi videtur
Licet censum dari cesari an non. Cogni-
ta autem ihesus nequicia eorum ait. Quid
me temptatis ypocrite Ostendite michi
numisma census At illi obtulerunt ei de-
narium Et ait illis ihesus Cuius est ymago
hec et superscripcio Dicunt ei Cesaris
Tunc ait illis Reddite ergo que sunt
cesaris cesari et que sunt dei deo Et
audientes mirati sunt Et relicto eo ab-
ierunt. Ostensa christi magna sapiencia per voca-
torum discretam electionem In parte ista ut
supra dicebatur ondit per questionis proposite discre-
tam et iustam responsionem et primo pro-
phariseorum contra christum dolosa conspiracio

Secundo ponit eorum discipulorum fraudulenta
et adulatoria interrogatio Et tercio ponit xpi
cauta et ammiratiua responsio Quantum igitur
ad primum dicit ewangelista quod tunc qui scilicet phariseı
per xpm ex eorum sententia condempnati timentes
eum capere propter timorem populi abierunt et
consilium fecerunt ut caperent ihesum in ser-
mone sicut secundum Crisostomum Cum meatus
aque currentis clausus fuit ex una parte
per violenciam aliunde sibi semitam querit
sic Iudeorum malicia ex una parte clausa aliunde
querit viam ut perdant xpm consilium igitur
fecerunt mattheus namque consilium malorum de-
bet dici conspiratio quam consilium quia consi-
lium est eorum que per hominem attendanda sunt
ut dicit philosophus sola autem bona attendanda sunt
per hominem quia nullum attenens aspiciens
ad malum agit quod agit secundum dyonisium
Conspiracionem igitur faciunt mali quia quilibet
alium aspirant et alteri nocere student
et quia secundum Iohannem tunc Iudea subiecta
erat romanis qui pro conseruacione rei
publice ab omnibus tributa requirebant
et ex parte cesaris herodes preerat Iudeis
in aliqua parte eius stipendarij cogentes
homines ad tributa soluenda herodianı vo-
cabantur fecerunt igitur iudei quandam conspira-
cionem ut mittent ad xpm discipulos suos
cum predictis stipendarijs ut si diceret tri-
butum non esse cesari persoluendum statim
caperent ipsum et morti iudicaret quia aliqui
iam infecti fuerunt qui hoc dicere presumpse-
rant si vero diceret dandum esse tributum
cesari cum per hoc populus impediretur ab
soluendis decimis et precijs quas deus
mandauerat secundum legem omnino solum ac
quireret et puniretur sicut legis transgressor
quod hoc Quantum vero ad secundum ait quod di-
scipuli phariseorum fraudulenter et adulatorie
xpm interrogant fraudulenter quia magistrum
nominant et tamen ab eo discere non inten-
debant nec eius discipuli esse cupiebant
adulatorie vero quia in laude eius pro
rumpunt dicentes scimus quia verax es
et viam dei in veritate doces et non est tibi cura

de aliquo unde dicit Crisostomum O blanda et
fraudulenta fuit hec interrogatio quia
ex eo quod prouocant respondentem ut deum
magis quam hominem timeant et sic contra
cesarem aliquid dicat quod principaliter
intendebant proponit ergo questionem dicentes
licet censum dari cesari an non Sed
quantum ad tercium quia secundum Crisostomum vera
racia nescit prouenium dare inimicis cogito
scrutator cordium nequicia eorum ypocritas
et temptatores eos appellando dicit Osten-
dite michi numisma census Denarius
enim erat qui pro tributo soluebatur va-
lens decem alios denarios in quo erat
ymago cesaris scripta secundum Iohannem quo
ostenso quesiuit xpus non ignorans sed
ab eis veritatem requirens dicens
Cuius est ymago et superscriptio hec qui
respondentes Cesaris xpus tamen iustam
et admiratiuam responsionem dedit ac mo-
deratam dicens Reddite ergo que sunt cesaris
cesari et que sunt dei deo Quo audito
admirati sunt et tamquam confutati relic-
to eo fugerunt Sed hic possunt esse
quinque dubitaciones Prima utrum consilium
Iudeorum contra xpm fuit peccatum mortale
et peccatum sacrilegij Secunda utrum dicentes
xpo scimus quia verax es et viam dei in veritate
doces fuerunt adulatores Tercia utrum pha-
riseorum adulatio fuit peccatum mortale Quarta
utrum semper simulacio et ypocrisis sit peccatum
mortale Quinta utrum xpiani per aduentum
xpi sint absoluti a tributis soluendis
Ad primam est dicendum quod secundum philosophum iij°
ethicorum Consilium non est faciendum de re certa
stultum esset dicere velle consilium habere
an deberet quis deos vel parentes honorare
et an deberet alteri facere quod sibi ipsi nollet
fieri hoc est enim certum et necessarium nec cadit
sub consilio Illa igitur solum sunt consilia-
bilia que per nos sunt attendanda sic quod
possunt contingenter euenire Unde dicit
primo ethicorum quod de hiis potimus aliquam certi-
tudinem consiliatione consilium habendum
est Primo de prouentus sufficiencia ex

presse enim faciende sunt secundum mensuram redditum. Unde consilium est faciendum circa secundum quod sunt preventus fiant expense ne cives collectis gravientur. Secundo de alimenti et victualium habundancia. ne enim populus paciatur famem. providendum est per prudenciam consilium ut alimenta et victualia non deficiant. Tercio de civitatis custodia ne enim sub tyranno civitas veniat providendum est per prudenciam consilium ut civitas bene custodiatur interius et exterius. Quarto de civium ad invicem concordia et recta iusticia ut unus non opprimatur per alium. Iudei ergo dupliciter peccaverunt congregando consilium contra Christum. Primo quia super re certa fecerunt consilium in contrariam partem. Nam Christum honorare tamquam deum erat necessarium et ipsi fecerunt consilium quomodo eum caperent in sermone et qualiter per herodianos possent eum morti abiudicare. Unde sacrilegium comiserunt quia iniuriam facere rebus sacris et personis sacris sacrilegium est ut dicitur xvii. q. iiii. Cristus autem erat sanctus sanctorum. Secundo quia super re consiliabili fecerunt consilium in contrariam tamen partem quam debebant. enim consilium facere super civium et civitatis custodia et victualium habundancia et contrarium fecerunt quia ut dicit Augustinus super illo verbo Jo. xi. Collegerunt pontifices et pharisei concilium adversus Ihesum dicentes Quid facimus quia hic homo multa signa facit si dimittimus eum sic venient romani et tollent locum nostrum et gentem. Iudei namque temporalia perdere dubitaverunt et vitam eternam non cogitaverunt et ipsi utrumque amiserunt. Nam romani post ascensionem domini Ihesum venerunt et locum destruxerunt et gentem gladio occiderunt plurimos etiam et mulieres fame et siti et nuditate afflixerunt. Quod secundam est dicendum quod questio est dubia pro tanto quia laudare hominem de vero non videtur quod sit adulacio vel blandicio sed magis veritatis solum manifestacio. Planum est autem quod discipuli phariseorum de vero laudaverunt Christum. Nam appellaverunt eum veritatis cognitorem dicentes. Scimus quia verax es. non enim solum ipse est verax immo est ipsa veritas. Ego inquit sum via vita et veritas. Secundo appellaverunt enim veritatis doctorem dicentes et viam in veritate doces. multi enim veritatem sciunt et cognoscunt non tamen ipsam docent sed magis timore dei postposito ipsam errore maculant et inficiunt elati superbia vel obcecati avaricia. Tercio appellaverunt enim veritatis defensorem dicentes. non est tibi cura de aliquo. quia non respicis personas hominum. Nam multi veritatem sciunt et docent. non tamen loco et tempore ipsam defendunt timore humano male humiliante vel amore male inflamante. quia igitur de vero laudaverunt non videtur quod fuit adulacio. Dicendum ergo quod laudare aliquem de vero dupliciter contingit. Primo propter laudati ad virtutem promocionem. Et secundo propter laudati perdicionem. Primo modo non est adulacio. Secundo vero modo sit. Unde dicit Crisostomus quod prima ypocritarum simulacio hec est ut laudent quem perdere volunt. quia igitur isti pharisei Christum laudabant non propter eius ad veritatem promocionem sed magis propter eius perdicionem. Ideo dicendum est quod fuit adulacio. Ad etiam est dicendum quod tribus modis potest adulacio peccatum mortale. Primo ex parte eius qui laudatur. ut si aliquis laudatur de vicio et peccato vel facto. repugnat enim hoc veritati et caritati secundum quem modum dicit propheta quod laudatur peccator in desideriis anime sue et iniquus benedicitur. Secundo modo ex parte laudantis. ut si quis aliquem laudet ut ei fraudulenter noceat spiritualiter vel corporaliter secundum quem modum dicit Crisostomus quod ypocrite non laudant ut promoveant sed ut perdant. Tercio ex parte cause propter quam laudatur. ut si quis laudet aliquem. ut talis laus prestet sibi causam ruine. puta quod dicat aliquam displicenciam alicui vel quod taceat

quod est dicendum. Primo utilicet modo adulatio istorum non fuit peccatum mortale quia ut dictum est de vero non de falso laudaverunt eum. Sed secundo et tercio modo est peccatum mortale quia ad hoc laudabant ut Christo nocerent et per laudem intendebant sibi nocere vel causam dare ut vel veritatem de deo taceret propter timorem vel iniuriam inferret cesari prohibendo sibi tributum dari.

Ad quartam est dicendum quod ypocrita dicitur ille qui simulat sanctitatem quam non habet. Hoc autem tripliciter contingit. Nam primo potest aliquis simulare sanctitatem quia ipsam non curat habere sed solum in ea apparere et sic ypocrisis est peccatum mortale quia carere sanctitate odiendo ipsam et non curando de ea sine carencia sanctitatis esse non potest. Secundo potest aliquis simulare sanctitatem qua privatus intendit occultare et siquidem hoc faciat propter malum finem puta quod in falso sibi credatur et quod ad prelacionem et officia reipublice ex hoc assumatur quia isto modo repugnat caritati peccatum mortale est. Si vero non propter malum finem est peccatum veniale. Tercio modo potest quis simulare sanctitatem ad quam intendit alios provocare et sic puto quod non est mortale nec veniale. Ypocrisis ergo uno modo est peccatum mortale alio modo mortale et veniale et tercio modo nec mortale nec veniale.

Ad quintam est dicendum quod questio est dubia pro tanto quia solvere tributum videtur esse quedam servitus. Per adventum autem Christi ab omni servitute liberati sumus. Iuxta illud: Si filius vos liberabit vere liberi eritis. Quod dicendum est ideo quod vel questio est de secularibus vel de clericis et ecclesiasticis personis. Si utilicet est ideo de secularibus est quod per adventum Christi a tributis solvendis et a servitute corporali et universaliter ab omnibus penalitatibus absolvere noluit. Unde dicit Ambrosius et ponitur xi. q. prima: Si enim filius censum solvit quis tu tantus es qui non putas esse solvendum. Ymo et apostolus mandat omnibus ad Romanos xiii ut in omnibus reddant debita cui tributum tributum et cui vectigal vectigal. Liberavit ergo Christus credentes in eum a servitute dyaboli et a penalitatibus spiritualibus de qua liberacione intelligitur: Si filius vos liberabit vere liberi eritis. Si autem questio sit de ecclesiasticis personis sic de aliquibus ab eis solvendum est tributum et de aliquibus non. Nam de possessionibus emptis et de hiis que aliquis condonant ecclesie si imperator tributum petat negandum non est ut statuitur xi. q. prima. Sed de decimis et oblacionibus et que pro sepultura dantur ecclesie quia talia offeruntur deo tributum solvendum non est ut ponitur xxiii. q. viii. Et ista est via media quam Christus tenuit. Nam pharisei de omnibus negabant tributum esse solvendum herodiani vero de omnibus tributum exquirebant. Salvator autem mediam ac virtuosam viam eligens dixit: Reddite que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo.

In illo die accesserunt ad eum. Lectio in Saducei qui dicunt non esse resurrectionem. Et interrogaverunt eum dicentes: Magister Moyses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filium ut ducat frater eius uxorem eius et suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres et primus uxore ducta defunctus est et non habens semen reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus et tercius usque ad septimum. Novissime autem omnium et mulier defuncta est. In resurrectione autem cuius erit de septem uxor. Omnes enim habuerunt eam. Respondens Ihesus ait illis: Erratis nescientes scripturas neque virtutem dei. In resurrectione enim neque nubent neque nubentur sed sunt sicut angeli dei in celo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a deo dicente vobis: Ego sum deus abraham et deus ysaac et deus iacob. Non est deus mortuorum sed viventium. Et audientes turbe mirabantur in doctrina eius.

Sicut ut supra dicebat ponitur Christi discreta sapientia falsitatis et erroris confutatorem nam secundum philosophum sed sapiente pertinet

no mentia de quib; nomit et inerciem posse
manifestare. et ponit tria in^or. Primu est sa
duceor incredibilia psumpcio. Secundu est
eor fabulosa deductio. Tercium est eor racona
bilis increpatio. Quartu est veritatis determi
natio. Presumptio aut incredibilia istor
saduceor secundum Cris. ostendit. Primo quia cu
vidissent phariseos per xpm confusos debue
runt non hre audaciam ad ipm accedere
ad temptandum ipm sed incredibilia psumptio im
possibilia temptat. Secundo quia testimonium
de lege moisi adducunt illi qui legem dedant
quod presumpcionis est volendo occultare scm
et intellcm legis illi qui est dator et dns legis
inducunt eni testimoniu de lege moisi quod sibi
mandatu fuit ut si quis mortuus fuit
non hns filiu frater eius debebat ducere
uxorem illius ut suscitaret semen fris
sui quia secundum Jom isti saducei nega
bant resurrectionem corporum et aiar et negabant
esse aliquem spm nec recipiebant aliqua
scriptura prophetarum vel veteris testamenti preter tm
quinque libros moisi. Et quia de resurrectione intendebat
xpm interrogare ut eo tacito et nesciente
videre habent firmam opinione eor quod resurrectio
non esset testimoniu de lege moisi inducunt.
Quantu igitur ad secundum proponit xpo ex tali
testimonio legis hanc deductionem quod erant vii
fres apud eos primus mortuus fuit sine filiis
et uxor eius relicta fuit secundo et illo mor
tuo relicta fuit tercio usque ad septimum. Pe
tunt igitur in resurrectione eius cui illa mulier uxor erit
volentes ex hoc concludere. Sicut dicit Jom in
quod sicut hec fabula est septem viros habuisse
una uxore successive sic fabula esset et
de libati dicere esse resurrectionem vel corporum vel ai
mar potuit tn esse videtur hoc ad literam
quod sic contingit apud eos ut dicit Jom.
Quantu ad tertium ponit eor increpatio de
duobus. Primo quia errabant per legendi
negligentiam eo quod nesciebant scripturas. Secundo
errabant per virtutis dei ignorantiam. Nam igno
rantia est filia negligentie. Sicut dicit Cris.
Et quod nesciret scripturas et ignoraret dei vir
tutem per quam fiet resurrectio mortuorum patet
quia nesciebant hanc scripturam quod in resurrectione
neque nubent homines neque nubentur mulieres
sed erunt sicut angeli dei in celo. Origenes

dicit. Quod in veteri testamento non invenit hoc
scriptum sub propriis verbis sed forte secundum similitudine
quia dictum est moisi. Tu autem ibis ad pres
tuos vel ignorabat. Sicut aut secundum scriptura vel
secundum Crisostomum quod dicit. Nescitis scripturas referre
ad illud quod inferius dicebat. Ego sum deus
abraham. Sed quantu ad quartum veritate sal
vator determinat probans ante legem futura
esse resurrectionem per aiar immortalitatem et existenciam postquam
a corporibus separantur per hunc modum deus enim
cum apparuit moisi Exod iii^o dixit Ego sum
deus patris tui deus abraham deus ysaac et deus
yacob sed deus non nominavit se deum mortuorum
non viventi esse aliquid secundum aiam vel secundum cor
pus igitur cum dicit se deum abraham ysaac
et yacob praedicti patres habebant esse et erant vivi
secundum aias quas tamen saducei ponebant interi
mi cum corporibus. Confutavit ergo istis
saduceis turbe admirate sunt de doctrina xpi
Sed hic possunt esse quinque dubitationes. Prima
utrum anima postquam separata est a corpore vivat
vita angelica vel humana. Secunda cum
separatur a corpore recedat cum maximo dolore.
Tercia utrum anima cum separatur a corpore possit
videre oculo corporali. Quarta utrum post
resurrectionem debeat esse viri et uxoris matrimo
nialis operatio. Quinta utrum post resurrectionem
viri et uxores debent se invicem cognoscere. Ad
primam est dicendum. Quod dicere aiam post
separationem a corpore vivere vita angelica potest
intelligi dupliciter. Primo quantum ad natura
et substantiam angeli invenientes ut quod natura
anime vivat cum fuit a corpore separata
in naturam et substantiam angeli et sic vivat vita
angelica talis intellectus est falsus quia anima
est substantia unibilis corpori. angelus vero non
. Eius enim actualis separatur propter immaterialitatem
et immortalitatem eius. Unde etiam phus volt quod
separatur a corpore sicut perpetuum a corruptibili
. Aliter semper manet unibilis corpori
propter quod dicit Aug. quod anima separata a corpore
non potest videre illam incommutabilitatem sicut quae
deus est sicut angeli vident quia inest ei
quidam naturalis appetitus corporis administrandi
et informandi quo appetitu retardatur
quodammodo ne tota intentione feratur in illud
summum celum quamdiu non substat corpus
cum informatione et administratione appetitus
ille non quiescat. Secundo potest intelligi
ad modum vivendi et sic verum est animam

separatam a corpe viuere vita angelica Nam
angelorum vita est intelligere et cognoscere et ca
rere omnibus operationibus sensibilibus nature
et non indigere actibus alie vite Unde phs
in metha ce dicit q hoc nomen vita potis
sime dicitur de comprehensione et operatione intel
lectuali ppter quod ibi concludit q quia deus
se et omnia pfecte comprehendit et intelligit
ideo viuit vita optima et sempiterna tali
igitur vita angelorum cognoscere et intelligere et
operationibus vite animalis non indigere aia
a corpe separata dicitur viuere Ad secundam
est dicendum q secundum augustinum dolor est displi
centia et dissensio ab hijs rebus que nobis
nolentibus accidunt vel eueniunt quia tamen
in nobis est duplex voluntas vt dicit
Damascenus 3o libro Una naturalis que sola
conueniencia suo subiecto et sue nature ap
petit contraria vero fugit alia deliberatiua q
libere quod vult eligit Ideo dicendum est ad quest
q quia voluntas naturalis respicit mortem
vt malum nature et vt summum et vltimum omnium
malorum quia est finis omnium terribilium sp
voluntas dissentit morti et de ipsa dolet
ymo talis dolor fuit in dno nro ihu xo sed
voluntas electiua quia quandoque respicit
mortem in ordine ad finem tamquam bonum
Ideo talis voluntas non dissentit morti
semper ac per hoc non semper de ipsa dolet ymo
aliquando de ipsa gaudet et eam desiderat
sicut apostolus qui dicebat Cupio dissolui
et esse cum xpo sine dolore ergo et dissensione
vel displicencia voluntatis naturalis anima a cor
pe non separatur nisi est hoc de speciali
gratia aliquorum concessum sicut dicit Joh crota
Et sic a dolore mortis sunt exceptus sicut
a correptione sunt alieni sed sine dolo
re et dissensione vel displicencia a volunte
electiua bene potest aia a corpe separari
Ad tertiam est dicendum q Gg in 4o dyalogorum rep
rehendit suum discipulum petrum querentem
animam oculo corporali videre dum a corpe
separabat dicens hoc ipsum culpe fuisse q
oculis corporis rem incorpoream videre
volebat Assignat autem gregorio ibi tres
rones quare animam in natura sua ipsa oculo
corporali videre non potest Primo rone diuine
ministrationis nam semper minister debet
esse conformis illi cui ministrat deus non
inuisibilis est et oculo corporali videri non
potest ergo similiter aie et angeli nature inuisibilis
debent esse stabit enim voce xpi in Jo
hanne q deus spus est et eos qui adorant
ipsum in spu et veritate adorare oportet Sco
rone corporis animatio Nullus enim dubi
tat corpus animari et viuificari p animam
quia aia recedente nec corpus viuit
nec animatur sed animam in corpe existentem et ipsum
animantem et viuificantem nullus videt oculo
corporali planum est autem nec dum exit de cor
pore oculo corporali videri non potest Tertio rone
corporalis rei visionis Non namque est q
res corporales oculi vident sed non nisi per
animam quia aia separata a corpe rema
nent oculi in corpe et quamquam aperti et tamen
p duos oculos nihil corporale videri potest
Unde natura spualis sicut est aia deus et
angelus et potest videre naturam spualem
oculo intellectuali et potest videre rem corpoream
Unde narratur ibi tertio secundum benedictum me
nocte vidisse oculo mentis animam sancti
germani epi in globo igneo ferri in celum
ab angelis ppter quod et in natura ppria et
in spe corporalis substantie Nam spualis
potest videre spm sed natura corporalis spua
lem substantiam oculo corporali videre non
potest Ad quartam est dicendum q questio dubia
est pp duo Primo quia in paradiso angelus ho
peccaret fuisset matrimonium et operatio matrimoni
alis igitur similiter post resurrectionem iam humana
natura facta impeccabilis poterit esse huius
matrimonialis operatio Secundo quia secundum
Augustinum mulier in sexu femineo data est in
adiutorium viri ad procreationem prolis
non pp aliam causam sed secundum eundem Augustinum
mulier resurget cum sexu femineo et vir cum
sexu virili ergo videtur q ad generationem prolis
in corporibus resurgentium sexus masculinus
et femineus debeat resurgere dicendum igitur
q in futuro seculo matrimonialis operatio non
erit necessaria quia ibi dicente saluatore non
nubent neque nubentur sed erunt sicut an
geli et viuent vita angelica non vita animali
Nam secundum Cassiodorum in vita presenti quia mori
mur ideo nascimur Ideo vxores ducimus
vt quod moriendo diminuitur nascendo supp

xxiij

pleatur. Ibi autem moriendi necessitas tollet(ur)
igit(ur) nascendi et uxores ducendi causa soluta
erit. In paradiso vero ante peccatum ideo fuisset matri
monium ad complendum numerum electorum. Iam igitur
numero electorum completo tolletur causa matrimo
nialis actus. Resurget tamen uterque tamen
sexus femineus sicut vir tamen masculinus secundum
Augustinum. Non quidem propter prolis generandi ne
cessitate ut in eorum est in officium nec nec
propter reddendi vel exigendi debita voluntate
non est in remedium peccati sed solum propter nature
sexus integritate remota omni libidine
et concupiscentia quia antequam peccaret nudi erant
et non erubescebant. Natura igitur a corporibus
illis hominum et feminarum subtrahent sed natura
servabitur in eis. Sexus namque femineus
secundum Augustinum non vicium sed natura quia tunc
a partu et concubitu erat aliena. Ad
quartam est dicendum quod in futura vita erit corporalis
visio iam facta resurrectione corporum erit perfecta cognicio
saltem in electis et erit naturalis affectio subtracta.
In perfectione cognoscent igitur viri uxores et
alios propinquos non solum visione mentali
sed etiam corporali et cognoscent a beatis spiritualibus
tamen hoc habebunt electi ut dicit Gregorius in quarto dialogorum
ut non solum debeant cognoscere propinquos
et notos quos hic noverunt verum etiam cognoscent
illos quos numquam in presenti seculo noverunt. Ut cog
noscemus antiquos patres Abraham et Moysen
et alios quos tamen hic non cognovimus. In simile quia
gloria non destruet naturam sed perficiet. Ideo natura
lis affectio circa personas coniunctas et notas
nobis in presenti seculo remanebit superstita
tamen divina caritate et subtracta omni imperfectione
et viciositate etc. Leccio quarta

Pharisei autem audientes quod silencium
imposuisset saduceis convenerunt in u
num. Et interrogavit eum unus ex eis le
gisdoctor temptans eum: Magister quod est man
datum magnum in lege? Ait illi Ihesus: Di
liges dominum deum tuum ex toto corde tuo et
in tota anima tua et in tota fide tua vel men
te tua. Hoc est maximum et primum manda
tum. Secundum autem simile est huic: Diliges
proximum tuum sicut teipsum. In hiis duobus
mandatis tota lex pendet et prophete. Congre
gatis autem phariseis interrogavit eos Ihesus
dicens: Quid vobis videtur de Christo, cuius
filius est? Dicunt ei: David. Ait illis:
Quomodo ergo David in spiritu vocat eum dominum

dicens: Dixit dominus domino meo, sede ad dextris
meis, donec ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum. Si ergo vocat eum dominum David
quomodo filius eius est? Et nemo poterat
ei respondere verbum neque ausus fuit ex illa
die quisquam eum amplius interrogare.
Convenit simul dicebat. In parte ista ondit Christi
discreta sapiencia per legis perfectam cognicionem. Et
primo ondit perfectam cognicionem legis habuisse
per responsionem legisdoctoris solucionem. Secundo per
suam de Christi filiacione interrogacionem. Circa
primo ad primum dicit ewangelista quod audientes pharisei
Christum silencium imposuisse saduceis convenit
in unum quamvis enim essent contrarii inter se
saducei et pharisei tamen ad temptandum Christum
convenerunt in unum. Ut secundum Crisostomum multitudine
vincerent quem racione superare non poterant
et in hoc civitate nudos se esse professi sunt
qui multitudine se armaverunt. Sic enim dicebat
inter se: Ut autem unus loquitur pro omnibus
et omnes loquitur per unum. Ut si unus vincat
omnes videamur vicisse. Si autem victus fuit
solus ipse videatur confusus. Unde subditur: Et
interrogavit eum unus ex eis legisdoctor
temptans eum: Magister quod est magnum ma
datum in lege. De magno mandato interro
gant qui minimum non observant. Ille namque
debet interrogare de maiori iusticia qui mino
rem iam implevit ut dicit Crisostomus. Marcus
non ponit hunc doctorem quod Christum temp
taret et Lucas dicit quod Christus sibi dixit
Non longe es a regno dei et fieri potuit
secundum Augustinum. Quod primus temptandi atte
dit ut dicit Augustinus postea audita Christi responsione
correptus fuit vel temptacio ibi ponitur
non per malicia sed pro maiori experiencia
Sciebat enim quod quis cito credit levis est
corde. Ideo volebat de Christo magis experiri
antequam in eum crederet. Unde Christus sibi dixit
Non longe es a regno dei. Ut dicit Lucas
Salvator ut ipse cognosceret quod non erat
ignarus legis ait: Diliges dominum deum tuum ex toto cor
de et ex tota intencione tua sine negligencia
et ex tota anima id est ex toto voluntate sine malicia
et ex tota mente id est ex toto intellectu sine ma
lorum complacencia et per terrena superna et
ex toto virtute id est ex tota fortitudine sine
boni operis negligencia secundum exposicionem Augustini

Capitulum

Istud ergo dicit saluator est maximum et p
mum mandatum Secundum vero simile est huic
diliges p. t. s. teipm sicut enim filius est ho
ad ymaginem et similitudinem dei sic qui diligit
proximum diligit deum in sua similitudine et in sua
ymagine et quia prime tabule mandata co
tinent in dilectione dei et mandata secunde in
dilectione proximi Ideo subdit quod in hiis duobus
mandatis vniuersa lex pendet et prophete hoc
quia ista duo sic sunt conexa dilectionem dei
et proximi frequenter in scriptura vt dicit augustinus
ponit vnum pro vtroque Vnde enim dicit diligentibus
deum omnia cooperantur in bonum pro dilectione dei v
tatur intelligi tamen vbi dicit omnis lex vno ser
mone completur diliges p. t. s. teipm In di
lectione proximi intelligitur dilectio dei Et quia
secundum Crisostomum phisei et saducei puri hominem
xpm esse reputabant volunt non apperte
sed caute per testimonia scripture ex eorum
met responsione ondere quod erat aliud quam purus
homo Ideo dicit ewangelista quod congregati phisei
interrogauit eos xpus dicens Quid vobis
videtur de xpo cuius filius est quem cum dicerent
esse filium dauid saluator conuicit eos ex
testimonio dauid met aliud esse xpm
quam dauid filium Vnde ait quomodo ergo
dauid spiritu sancto eum vocat dominum dicens dixit
d. d. m. s. a. d. m. si ergo dauid vocat eum
suum dominum planum est quod aliud quam filius eius
Vnde filius non fit dauid nisi secundum humanitatem
assumptam sed dauid vocat eum pro diuinitate
eternaliter a patre receptam dominum pro quo illa
est vox patris vt sit sensus Dixit dominus
pater domino meo id est filio qui est dominus meus
et omnis creature dixit inquam sede ad dex
tris meis id est in potioribus bonis meis et
hoc donec ponam inimicos tuos scabellum
id est sub dominio tue humanitatis hic donec
non dicit temporis determinationem sed eterna du
rationem Et mira res sic remansisse confusi
vt non haberent quid responderent non sunt au
sus quidque ex illa hora eum amplius
interrogare Nam vt dicit Crisostomus bene
non cotidie superare possunt sed difficile
quiescere Non igitur quieuerunt phisei
xpm interrogare ex voluntate sed quia
sunt vniuersaliter superati et confutati et
non haberent amplius quid responderent
Sed hic possunt esse iiiior dubitaciones

Prima vtrum mandatum de dilectione dei sit primum
mandatum Secunda vtrum sit maximum
mandatorum Tercia vtrum sine caritate vita
eterna possit acquiri Quarta vtrum per
solum caritatem vnus debeat esse beatior alio
Ad primam est dicendum quod Exo xx vbi enu
merantur mandata dei inter mandata prime
tabule primum ponitur Non habebis deos ali
enos coram me Inter mandata vero secunde ta
bule primum ponitur honora patrem tuum
et matrem tuam Non igitur mandatum de dilectione
est primum dicamus ergo quod ante legem et ante
xpm et dicto beati Augustini patet mandatum de
dilectione esse primum mandatum Vnde dicitur deutero.
vi^o Statim in ipso legis exordio dominum est
audi israel dominus deus noster vnus est diliges
d. d. t. e. t. c. t. et e. t. a. t. et e.
t. fortitudine tua saluator vero tamen quesi
tum sunt ab eo de mandatis semper respondit
quod primum mandatum esset deum ex toto corde
diligere Augustinus vero in libello de laude cari
tatis dicit Si tibi non vacat omnes sacras paginas
perscrutari omnia volumina librorum reuoluere
omnia mandata dei enuinare tene caritatem
vbi tenebis quod didicisti tenebis etiam quod
non didicisti quia ille tenet quod patet
et quod latet in diuinis sermonibus qui caritatem
tenet in moribus Quod vero dicitur esse non primum
mandatum in prima tabula vel secunda dicendum
quod mandatum dilectionis dei continet tamen precepta
prime tabule mandatum vero dilectionis p
roximi continet septem secunde tabule vnum tamen
dilectio dei non continetur inter mandata prime
tabule sed radix et fundamentum omnium illorum
sicut superbia non enumeratur inter vicia capi
talia que sunt septem sed est initium et radix et fun
damentum omnium malorum Similiter dilectio proxi
mi non numeratur inter mandata secunde tabule
sed est radix et initium omnium illorum mandatorum
Ad secundam est dicendum quod tria genera man
datorum data sunt homini secundum successionem
temporis Primo mandata legis nature Secundo
mandata legis mosaice Tercio mandata
legis ewangelice Prima mandata sunt fundata
super naturali inclinatione que non est aliud
quam lumine intellectus inditum nobis in
prima creacione quo cognoscimus quid agendum
et quid fugiendum sit Vnde quis aliquis excu
sabat se per ignorantia talis legis

in quorum persona dicit propheta domine quis
ondit nobis bona at si ignoraret quid
bonum sit agendum et quid malum vitandum
statim ipse met propheta rndet Signatum
est super nos lumen vultus tui domine Nullus
enim ignorat naturali lumine non esse faciendum
alteri quod sibi nollet fieri et alteri
faciendum quod sibi vellet fieri Secunda vero
mandata fundata sunt super penali timo
ratione dicit enim apostolus ad hebreos qui ir
ritam quis faciens legem moisi duobus
vel tribus testibus moriebatur Sed tercio mandata
fundata sunt super dei et proximi dilectione
Unde Jo xiiij Salvator solum hoc ma
datum dedit apostolis ut se invicem diligerent
Naturalis ergo inclinacio ad bonum age
dum et malum vitandum quod est fundamentum
preceptorum nature insufficiens fuit ad salvandum
homines quia multipliciter fuit talis inclinacio ob
tenebrata per legem concupiscentie De qua dicit
apostolus Video aliam legem in membris meis
repugnantem legi mentis mee trahit
enim carnis appetitus hominis inclinacionem natura
lem sicut spera tracit speram ut dicit philosophus
Penalis vero timoracio que erat fundamentum
mandatorum legis mosaice ipsa similiter fuit
et insufficiens ad salutem hominis quia ex ignorantia
talis legis multipliciter erat non observata et
prevaricata Sed dilectio dei et proximi perfecta
et sufficiens est ad salutem quia sola hec di
vidit filios regni eterni et filios perdicionis
eterne igitur mandatum de dilectione est ma
ius et perfectius omnibus mandatis legis nature
et legis mosaice ¶ Ad tercium est dicendum
quod ad consequendam vitam eternam quinque
sunt necessaria per ordinem Primo illuminacio mentis
Secundo peccatorum remissio Tercio vite spiritu
alis acquisicio Quarto dei mandatorum ob
servacio Et quinto appetitus quietacio
Ista autem quinque sola caritas operatur in
homine et nulla alia virtus nam primo
operatur in nobis mentis illuminacionem quia
enim ut scribitur in Job Omnes involuti
in tenebris fuerunt ignoramus quid
agendum sit et quid operandum ad salutem
nostram sed caritas docet nos totum
nobis expediens ad salutem Unde prima
Joh ij scribitur Et unccio quam accepistis
manet in vobis non habetis necesse ut
aliquis vos doceat quia ipsa unctio docet
vos de omnibus Secundo operatur in nobis re
missionem peccatorum quia universa delicta o
perit caritas Et Jacobus dicit quod sola
caritas operit multitudinem peccatorum nullus
namque remittit offensam sibi factam nisi
per amorem per solam ergo dilectionem deus
offensam sibi factam peccatori remittit
Tercio operatur vite spiritualis acquisicionem
quia si homo loqueretur linguis hominum vel
angelorum et si haberet omnia bona sua sine ca
ritate non viveret vita spirituali sicut si cor
pus indueretur auro et purpura sine anima
non viveret Unde dicit Augustinus quod caritas est
vita sicut anima est vita corporis Quarto
operatur divinorum mandatorum observacionem quia
caritas nescit esse ociosa sicut enim rami
nullum fructum facerent sine radice sic omnia
mandata impleta et observata sine caritate
que est radix omnium nichil prodessent homini
Quinto operatur appetitus quietacionem quia
quietus appetitus hominis esse non potest nisi
maneat in deo Unde illud Augustini Inquie
tum est cor meum donec requiescat in te
sed in deo homo non manet nisi per caritatem
eo quod dicit Johannes in canonica sua Qui
manet in caritate in deo manet et deus
in eo per ipsam solam caritatem fit ipsius appe
titus quietacio ac per quinque per ipsam solam
vita eterna acquiritur ad quam acquirendam
ista quinque requiruntur ¶ Ad Quartum
est dicendum quod per caritatem sola erit dispari
tas beatitudinis Nam per caritatem de
narius divinus omnibus dabit et per caritatem
fiet quod quiter omnes beati divina visione
fruantur Unde dicit Augustinus super illo verbo
deus omnia in omnibus quia caritas est
ideo per solam caritatem fiet ut quod
singuli habent commune sit omnibus igitur
per caritatem erit beatitudinis quietacio sic
per caritatem erit beatitudinis disparitas quia ideo
unus erit beatior alio quia unus erit
maioris meriti quam alius Unde super illo
verbo Jo xiiij In domo patris mei mansiones multe
sunt dicit Augustinus quod diversitas mansionum
diversitas meritorum dignitates in vita eterna
domo significant et quia diversitas me
ritorum est ex diversitate caritatis ideo ex sola
caritate erit gradus in beatitudine Nam

multi forte sunt maioris abstinencie vel
in aliqua virtute alia potuerunt excellere
apostolos. In beatitudine tamen ipsi omnibus maio
res sunt propter maioritatem caritatis quia sunt
primicias spiritus habentes et dato sibi quod aposto
li in dignitate sunt maiores omnibus aliis non
tamen inquiciens dico quia aliqui sancti
sunt equales eis in beatitudine propter equalitatem
caritatis. Unde dicit Gregorius 2 pontificum 29
q. unum puto quod sine ulla sui contume
lia tiranus episcopus petro apostolo compara
cionem attinet ad meritum et martirii coro
nam ceterorum magistrorum vereri debeo ne in
petrum contumeliosus existam.

Capitulum xxiii

xxiii Tunc ihesus locutus est ad turbas et ad dis
cipulos suos dicens. Super cathe
dram moisi sederunt scribe et pharisei. Omnia
ergo quecumque dixerint vobis servate et fa
cite. Secundum vero opera eorum nolite facere. Di
cunt enim et non faciunt. Alligant autem
onera gravia et importabilia et imponunt
in humeros hominum digito autem suo no
lunt movere. Omnia vero opera sua faciunt
ut videantur ab hominibus. Dilatant autem
philatteria sua et magnificant fimbrias.
Amant autem primos recubitus in cenis
et primas cathedras in sinagogis et sa
lutaciones in foro et vocari ab hominibus
raby. Vos autem nolite vocari rabi. Unus
est enim magister vester. Omnes autem vos fratres
estis. Et patrem nolite vocare vobis
super terram. Unus est enim pater vester qui in
celis est. Nec vocemini magistri quia magister vester
unus est christus. Qui maior est vestrum erit
minister vester. Qui autem se exaltaverit hu
miliabitur. Et qui se humiliaverit exal
tabitur. In parte ista ut supra dicebat christi re
galis potestas commendatur. Consequenter in reprehensione
huius vigorosam audaciam et dividit totum
istud capitulum in partes tres. In quarum prima re
prehendit scribas et phariseos salvator de eorum of
ficii simulata administracione. In secunda po
nit eorum maledictionis inprecacionem. Et in tercia
ponit eorum malicie inexcusacionem. Ibi vae
autem vobis. Tercia ibi Implete vos mensuram. Ad
intellectum autem prime partis sciendum est secundum Crisostomum
quod scribe et pharisei legem moisi docebant non
tamen secundum legem et doctrinam quam docebant vi
vebant. Habebant enim isti sicut dicit Crisostomus ut
discernerentur a populo in vestimentis carmeti

nas fimbrias quibus spinas forcius pungentes
apprehendebant ut demirarent vite austi
tate et x precepta legis cedulis ita fronte suspensa
portabant que philatteria vocabantur. Hos ergo
christus de duobus specialiter ondit esse dignos confu
sione et reprehensione. Primo de negligencia
quia quod docebant opere non implebant. Ideo hortaba
batur populum et auditores vel subditos eorum ut
quecumque dicerent de lege et scriptura servarent
secundum tamen eorum opera non facerent eo quod ipsi impo
nebant subditis onera gravia et importabilia et
digito suo nolebant ipsa movere vel tangere
et tamen secundum Crisostomum bonum principem et prelatum
contrario modo debet se habere quia in hiis que secundum
se sunt gravia iudice oportet esse in subditis vero
mansuetum et pium. Secundo de vana gloria
quia omnia que isti pharisei faciebant solum hoc inten
debant ut viderentur legis esse observatores
et magnificabant et magnas fimbrias fa
ciebant ad monstrandum austeritatem vite dili
gentes primos accubitus in cenis et primas ca
thedras vel prima loca in synagoga et sa
lutaciones in foro et vocari ab hominibus rabbi
quod salvator prohibet quia cum dicatur unus est
magister. Et unus est pater noster qui in celis est. alii
autem nec magistri nec patres vocari debent nisi ex
consorcio et participacione illius magistri et illius
paternitatis vel per adopcionem non per naturam. Unde dicit
Jeronimus. Sed hic possunt esse quinque dubitaciones.
Prima utrum per cathedram moisi intelligatur
lex mosayca vel doctrina ewangelica. Secunda
utrum doctrina doctoris et prelati aperte mali
sit audienda. Tercia utrum aliquis sine peccato
possit appellari et nominari magister. Quarta
utrum sit peccatum maximus esse in ecclesia vel in
mensa primum locum tenere. Quinta utrum
confessores leviorem penitenciam debeant imponere
penitentibus. Ad primam dicendum est secundum quod dicit
Origenes. per cathedram moisi potest intelligi
lex mosaica et doctrina ewangelica. Primo modo sic exponitur
quod ante adventum christi quecumque docebant scribe
et pharisei de lege secundum litteralem sensum Iudei pro
statu illo tenebantur facere et observare. non tamen
secundum opera ipsorum quia tunc ipsi docebant
opere non implebant. Sed post adventum christi
quecumque mandat illa lex intellecta secundum spiritu
alem sensum nos tenemur facere et observare. tamen
secundum opera Iudeorum observanciam legis illa
secundum litteram et secundum illa que figuraliter
mandat non tenemur facere nec observare.
Secundo modo sic exponitur quod ideo christus non dixit
super cathedram doctrine ewangelii sicut super

xxiiij^m

cathedram moisi q2 talis doctrina nondu erat
diuulgata. aliqui t\[n\] in tali cathedra sedent, ut dicit
Augustinus docent ut pastores qui ope et verbo sunt
xpi imitatores. Aliqui vero docent ut mercena-
rii qui sunt auaricie et cupiditatis et ambitionis
amatores. Sed aliqui in hac cathedra docent
ut fures qui sunt falsitatis et erroris semina-
tores. Igitur ut dicit Augustinus. Pastores sunt diligen-
di et imitandi tam in doctrina quam in vita. Mer-
cenarii vero sunt tolerandi et audiendi in doctrina
non tamen imitandi in opere. Sed fures sunt perse-
quendi et caute obseruandi et nec audiendi nec
imitandi. ¶ Ad secundum est dicendum quod doc-
tor vel prelatus quamvis malus potest considerari
dupliciter. Primo quantum ad suum officium et sic est
minister dei. Juxta illud apostoli prima ad Cor. Sic nos
existimet homo ut ministros xpi. Secundo quantum
ad suum dominium et sic suum dominium est donum
gratuito datum a deo. quia dicente Apostolo ad Rom.
xiij. Omnis potestas a deo est licet abusus potestatis
et dominacionis non sit a deo potestas tamen ipsa a deo
est nec tollitur per peccatum quia dona gratuita data
stant simul cum peccato. Tercio quantum ad suum docu-
mentum et sic doctrina quam docet non est sua inuen-
cio sed reuelacio inspirata homini ad salutem
tocius populi. Igitur prelato vel doctori aperte malo
vel peccatori propter eius officium quia est dei minister non
est subtrahenda sibi debita reuerentia vel obediencia
dummodo precipiat que non sunt contra deum. quia
dominium non tollitur per peccati commissionem. sed solum
per suum superioris deposicionem vel suspensionem.
Sed propter eius documentum quia docet doctrinam a deo
inspiratam ad tocius populi salutem non est
subtrahendum sibi eius predicacionis intelligencia
quia intelligenda et audienda est eius doctrina. ergo
quo verum doctrinam predicat et annunciat. Unde
dicit Cris. super hunc locum. quod sicut aurum de
terra eligitur et terra relinquitur. sic audito-
res doctrinam accipiant mali doctoris et mo-
res relinquant. quia frequenter de homine malo
bona doctrina procedit. et sicut boni doctores
melius iudicant propter bonos auditores
malos docere quam propter malos bonos eligere. sic et
subditi propter bonos doctores eciam malos ho-
norent. ne propter malos bonos contempnent. quia
melius est malis iniusta prestare quam bonis iu-
sta subtrahere. ¶ Ad tercium est dicendum quod uni-
uersaliter non potest intelligi xpm prohibuisse homines
vocari magistros et patres quia tunc Apostolus paulus
contra hoc preceptum fecisset. qui scribens Thimo-
theo dicit se in illud esse positum magistrum et
doctorem gencium. Videtur contra hoc preceptum

quilibet faciunt omnes qui se ab eorum filiis quos
generant corporaliter vel spiritualiter paciuntur patres
appellari. Ad hoc ergo respondet Cris. ostendens
tribus modis hanc prohibicionem posse intelligi.
Primo propter officii negligenciam. Multi enim sunt
qui solum nomen magistri et prelatus curant
habere. sed officium magisterii et prelatus ne-
gligunt. vocari igitur volunt. sed non esse.
nomen appetunt et officium negligunt. Non ergo
xpus prohibuit quod homines non essent magistri
cum superdixit ipse met. Qui fecerit et docuerit
hic magnus vocabitur in regno celorum. Sed prohibuit quod non vo-
carent curantes de solo nomine et officium
pretermittent. Secundo propter principalem reueren-
ciam. nam principalis reuerentia magisterii
et prelatus conuenit solis tribus personis. quia sicut
solus deus est a quo dicente apostolo omnis pa-
ternitas et filiacio in celo in terra nominatur.
sic solus deus est qui dicente Augustino cathedram
primam tenet in celis et corda hominum docet in
terris. Voluit ergo saluator dicere ut dicit Cris.
Nolite vocari magistri ne quod domino debetur
vos vobis presumatis. nec alios vocetis
ne diuini honorem hominibus deferatis. Nam
homo non prestat intellectum homini docendo ipsum
sed a deo prestitum ut homo verbo per monicionem
et excitacionem ministerium dandi habere potest.
Unde principalis reuerencia docendi soli deo
tribuenda est. Tercio per naturalem filiacionem. Na(m)
sicut soli xpo conuenit esse filium dei per naturam
et tamen omnibus credentibus in eum dedit potestatem dei
filios fieri per adopcionem. sicut esse patrem et
magistrum per naturam substancialiter non accidentaliter dono
soli conuenit deo patri non tamen hoc obstante
multis conuenit esse patres et magistros participatiue
per adopcionis graciam. ¶ Ad quartum est dicendum
quod prestare vel tenere primum locum in ecclesia
vel in mensa potest referri ad officium. ad statum
et ad desiderium vel ad appetitum et quolibet modo
potest esse peccatum inanis glorie sed debitum iusticie
ut dicit Cris. Nam sedere in primo loco
in ecclesia vel in mensa illis quibus conuenit
ex officio non est peccatum inanis glorie. sed
debitum iusticie quia ordo iusticie sic requirit
ut superiores et primi in officio sint primi
et superiores in loco. Sed sic in primo loco
sedere illis quibus ex officio non conuenit
nec ex superioris mandato sed solum ex pro-
pria voluntate sine nota superbie et vicio inanis
glorie esse non potest. Si vero referatur ad statum
tunc clericis quia dei ministri sunt conuenit stare.

in primo loco tam in mensis quam in ecclesiis ea
ratione statim eorum communiter ab omnibus pre aliis honoran
tur et quia ipsi vident se pre aliis honorari communi
vicium inanis glorie plus locum habet in clerico et
sacerdote quam alia vicia cum non semper hoc referat
in deum sed quandoque in laude hominum Unde dicit Crisostomus
quod in omni re nascitur aliquid quod ipsam extermi
nat sicut in ligno nascitur vermis et in vesti
mentis tinea Unde in sacerdote et clerico qui positi
sunt ad edificacionem sanctitatis dyabolus eos cor
rumpere nititur Ut hoc ipsum in bonum quod per bo
mines fiat malum. Et subdit. Tolle hoc vicium
a clero et a sacerdocio et sine labore omnia rese
cabis Sed si referatur tale sedere in primo loco
ad desiderium et voluntatem sic est vicium in
anis glorie. Nam multi superbi sedentes in no
vissimo loco cordis tamen elacionem vident esse
in primo sedere et multi sedent in primo qui eo
rum consciencia et reputacione in novissimo se sedere
existimant. Quidam autem aliquem laudabile
esse in ultimo loco in mensa vel in ecclesia stare
cum elati sibi et ex hoc ipso in novissimo loco
se ponunt ut super cordis iactancia quam habent
aliam iactanciam et elacionem causa humilitatis
acquirant Non igitur secundum Crisostomum dominus vitu
perat eos qui in primo loco recumbunt in mensa
vel primum locum tenent in synagoga sed eos
tantum qui amant et diligunt primos accubi
tus et primas kathedras referens illam vitu
peracionem ad voluntatem et desiderium non ad ipsum
factum Ac per hoc concluditur quod referendo ad appe
titum primum inanis glorie est desiderare vel
appetere primum locum ¶ Ad quintam est dicendum
quod Crisostomus determinat hanc dubitacionem super hunc
passum. Intelligitur onera gravia et importabilia imponere in hu
meros hominum ostendens tribus racionibus confessores non
gravem et importabilem penitenciam confitentibus debere
imponere. Primo quidem ex parte dei quia si pater
familias est largus dispensator non debet
esse parcus et tenax sed deus largus est et be
nignus ergo sacerdos dispensator eius esse non debet
Nam si ipse sacerdos vult videri iustus
et sanctus et sic reputari contra sua vita austeri
tate fruatur et iuste rigiditate exerceat contra
non aliorum subditorum vita sit benignus
ut semper audiant eum homines pia man
dantem et contraria in seipso facientem. Secundo
ex parte peccatoris Vult enim ut ait aliquis magister
fascem super humeros alicuius penitencie imponere
nimium vel quod fascem reiciat vel quod sub pon
dere constringatur sicut si grave pondus pene
penitenti imponatur necesse est aut quod pe

nam impositam non portet aut si portare
incipiat dum ipsam sufferre non potest
quod amplius peccet et sic sequitur quod dum
penitentem penam fugit eciam vitam contemp
nit. Tercio ex parte sacerdotis quia et si
multum delinquitur secundum Crisostomum Ut iusticia si
ne misericordia et misericordia sine iusticia teneatur semper
tucius et laudabilius est magis declinare
ad misericordiam quam ad rigorem iusticie Unde dicit
hic Crisostomus quod si contingat nos errare
modicam penitenciam imponentes melius
tamen est ut propter misericordiam reddamus racionem deo
quam propter crudelitatem iusticie Lectio y

Ve autem vobis scribe et pharisei ypocrite
qui clauditis regnum celorum ante homines
vos enim non intratis nec introeuntes sinitis
intrare. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite
qui comeditis domos viduarum orationes
longas orantes propter hoc amplius accipietis
iudicium. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite
qui circuitis mare et aridam ut faciatis unum
proselitum. Et cum fuerit factus facitis eum filium
geheenne duplo quam vos. Ve vobis duces
ceci qui dicitis Quicumque iuraverit per
templum nichil est qui autem iuraverit in
auro templi debet. Stulti et ceci quid
enim maius est aurum an templum quod
sanctificat aurum. Et quicumque iuraverit in
altari nichil est quicumque autem iura
verit in dono quod est super illud debet.
Ceci quid enim maius est donum an altare
quod sanctificat donum. Qui autem iurat in
altari iurat in eo et in omnibus que sunt super
illud. Et qui iuraverit in templo iurat
in illo et in eo qui habitat in ipso. Et qui
iurat in celo iurat in throno dei et in
eo qui sedet super eum. Ve vobis scribe et
pharisei ypocrite qui decimatis mentam
et anetum et ciminum Et reliquistis que
graviora sunt legis iudicium et misericordiam et
fidem hec oportuit facere et illa non omitte
re. Duces ceci excolantes culicem ca
melum autem glucientes. Ve vobis scribe
et pharisei ypocrite qui mundatis quod de
foris est calicis et parapsidis intus autem
plenum est rapina et inmundicia Pharisee
cece munda prius quod intus est calicis et
parapsidis ut fiat id quod deforis est mundum
Ve vobis scribe et pharisei ypocrite qui
similes estis sepulchris dealbatis que

a foris appent hominib; speciosa Intus
vo plena st ossib; mortuor; & omni sp-
urcicia. Sic & vos quidem a foris appet-
is hominib; iusti Intus aute pleni estis
ypocrisi & iniquitate. Ve vobis scribe
& phisei ypocrite qui edificat sepul
chra pphar; & ornatis monimenta
iustor; & dicitis Si fuissem in dieb;
patru nror; no essem socij eor; in
sanguine pphar. Itaq; testimonio estis
vobismetipis. quia filij estis eor; qui
pphas occiderunt. ¶ Posita xpi ri-
gorosa reprehensione de silata phiseor; of-
ficij administracoe. In pte ista ut sup dice-
bat ponit eor; maledccoms imprecacoem. Si-
cut supra saluator suis desciplis & alijs
eius doctrina obsuantib; ac eius vestigia
imitantib; octo btitudines rep missit sic
dicit Matth scribis & phiseis eius doctrinam
puteniib; viij maledccoes imprcat. Pa
vna maledccoz eis imprcat. de supba
eor; arrogancia qr nec ipi regnu celor;
intrabunt eo q xpm qui est hostm p quod
intrat no recipiebat nec alios sinebat
intre incipitu volentes in xpm crede
& eu recipe psequebant. Secundam de gu-
lositatis inordinata concupia qr ipi co-
medebat domos viduar; a quib; extor-
quebat quidqd hebant no phibite p uxos
& ut facilius eas decipent longas oroes
faciebant. Terciam de famosa mani-
gla quia circuibant mare & aridam ut
facerent vnu proselitu. Volentes eni phi-
sei videri zelatores legis & hoc honorari
& reputari in pplo circuibat totu orbem
ut possent aliqne ex gentib; conuerte
& iuden face qui cu fcus erat ex malo ex-
emplo phiseor; erat filius gehene duplo
magis q ante. Quarta de cupiditatis aua-
ricia sicut eni ut dt Jerom Phiseor; auari-
cia ordinatu erat. ut si quis in contencoe
vl assercoe aliqd iurasset p templu & ver;
no dixisset no erat reus alicui conuinis
si iurasset in pecunia vl auro quod sacerdo-
tib; offerebat quitquid stati tenebat solue
& tamen maius erat iurare p templu
q p pecuniam quam offerebat in teplo. Quin-
tam de accidia & spiualium neglia qr ipsa
pua & corpalia obsuabat & maiora & spu-
alia dimittebat. Sextam de intrinseca
& dolosa iracundia quia ipi ingredientes
ingredientes templu purgabat se & vasa
& vestimenta ipor; intus cu erant pleni omni
iracundia & nescia. Septima de luxuriosa
inmundicia qr ipi erant siles sepulchris deal-
batis que extius vident pulchra & intus
plena sunt ossib; mortuor; sic phisei extius videbant
sancti & intus plem erat omni spurcicia &
luxuria. Octaua de emulacois inuidia
qr audientes ipi q pres eor; occiderunt pphas
cupientes videri eis no assilari no ex pietate
sed magis ex quadam inuidia volentes videri
prib; eor; meliores edificabant illis pphis
mortuis sepulchra & ita dicente saluatore
ipimet testificabant q eor; erat filij qui
pphas occiderunt. ¶ Sed hic pnt ee sex
dubitacoes Prima vtru sci viri sine pcto
possint imprecare mala eor; psecutorib;
¶ Secunda vtru sit pctm mortale no sinere iu-
uenes venire ad religionem & ad siruendu deo
¶ Tercia vtru in dapnatis sit maior & minor pe-
na tormentor; ¶ Quarta vtru eor; pena p
bona que faciunt viui possit mitigari
¶ Quinta vtru magis sit obligatoriu iurare
p templu q p oblacoes que offerunt in
templo. Sexta vtru edificare sepulturas
scis hominib; sit meritoriu. ¶ Ad pma est dd;
q qo est dubia p tanto qr saluator mt xpi
aplis & sanctus vrias loqt qu ait Benedi-
cite psequentib; vos & nolite maledice. Et
apls ait Nulli malu p malo reddentes
Dicendu go q docet scos mala pene imp-
care pctorib; & vias domini puertentib; no
optatiue sed indicatiue. nec liuore vindcte
sed amore iusticie nec finalr ad eor; pdicoem
sed ad eor; correpcoem ne amplius peccent &
ad bonor; qos opprimunt & puertut libacoem. et
hoc pbat iure diuino & canonico & huano
Dicit eni ppha Persequere inimicos meos & co il nec
qui donec deficiant. Helias igne de celo postu-
lauit ut deuoraret duos pncipes quinqua-
genarios. Paulus sibi qutum xiij dixit
resistenti eius pdicacoem O plene dolo &
omni fallacia fili dyabli inimice omnis iustic
cie no desinis subuerte domini vias & ecce
manus domini sup te & eris cecus. Sic fecit
petrus de anania & vxore eius qui menti-
ti fuint spiritui sco. Hoc pz canonica aucte
Dicit eni xxiiij q iij qr qui pt obuiare &
perturbare puersos & no facit nichil aliud e
q fauere eor; impietati quia no caret
scrupulo societatis occulte qui manifesta
facinora no desinit obuiare. Vult lex hu-
mana in pncipio institucionum ppter malos pu-
niendos & compescendos regiam maiestate

arms debet esse armatam ¶ Ad secunda est
dicendu q retrahentes homies a religione
et maxime iuuenes moribz xpi no confor
mant. dicit em Aug in libro de bera reli
gione ¶ nullu pctm comitti pt nisi appe
tendo que xps contempsit bel bitando q ipse
sustinuit. qr tota bita dei filij in terris per
hominem que suscipe dignatus e nobis di
sciplina moz fuit. s ut dicit ibi xps bita
uit honores diuitias et carnales delectacoes
Igit retrahe iuuenes bt tale dimittant
a religione no ingrediant sine gram pcto
no sit doctine et psecucoms elbngelistse tales
adusant. quia adolescenti bolenti ee per
fectus dcm est. bade et ben oia q hes et da
pau et be sequere me sicut pdictis phariseis et
phom assiliant. Nam phariseis ore salua
toris dcm est. Ve vobis quia nec bos intr
in regnum celoz nec alios sinitis intre et sup
illo ubo Exo. vo bt quid moises et aaron
sollicitatis ppbm ab opibz suis. Ite ad ona
vrra dt Orig. ¶ Vs sermo pphetic et sacrdo
talis hortat de egiptia de mudo exire ad
seruiendu deo sed anima phome tpalia
bona pmittentibz no pmittit ¶ Ad tecia
e dicendu q hanc dubitacom sup hunc
locu circuitis mare et aridu. bt faciatis
vnu pselitu et cu fctus fuit facitis illum
filiu gehenne duplo maius q vos. determi
nat Orig dicens ¶ expsse de isto loco
colligere possum q eoz qui futuri st filij ge
henne et qui dampnadi st ad infim erit
magna differencia tormtoz quia ex quo ibi
erit bnus filius simpliciter et alius duplici
necessario seqt pdictu saluatoris q mag
erit ibi dra tormentoz q dra bt ait vl
pt referi ad statu xpianoz et iudeoz vl
ad nu pctoz. Ita gentiles antq fierent
iudei simplr erant filij gehenne qr erra
bant simplr legem no recipientes postmod
fci iudei et contra legem agentes exemplo
phariseoz erat filij gehenne dupl et sic in
telligend e de Iudeis respcu xpianoz
qr iudei erunt in duplo filij gehenne ma
gis q gentiles et eam magis q iudei si
contingat eos dampnari. Si vero referat
ad nu pctoz tunc sic exponit q sicut
iustus saluandus scdm nu iusticiaz
et meritoz augebit in gla etna sic pctor
dampnandus scdm nu pctoz multipli
cabit gehenna et pena inferni ¶ Ad qr
ta est dicendu. q si bolum seqm dicta
Augustini coginu pone bona p biuos fca
pdesse dampnat no ad pene libacom s
ad pene mitigacom Sicam mecrchendion
et in libro adulatiu de him conmb. ponit
expsse in or esse gna defunctoz. quia
aliqui sut balde boni aliqui balde mali
aliqui mediocriter boni aliqui mediocriter
mali. et pro balde bonis bona q fiunt dicit
esse graz acciones p balde malis biuoz.
consolacoes. sed p mediocribz bonis ex
istentibz in purgatorio balent bt aut
bt plena finalr fiat eoz remissio. sed
p mediocriter malis dampnat balent.
bt tolerabilior eoz fiat dampnacio. et
hec distinccio ponit p Gracianu xiij
q. ij. balent igit bona p biuos fca dap
natis definiciis mediocrit malis ad pe
ne mitigacom no totale libacom. Et
pt intelligi. q ista mitigacio fiat iiijor
modis ¶ Primo p pene subtraccom qr per
talia bona multi qui fiunt eoz exemplo
corrupti subtrahuntur et no dampnabuntur
et sic subtrahent de pena eoz pistoz sal
uacom. scdm quem mod dicit Aug q
pena Arrij nodu est taxata qr nodum
st terminati qui eius doctrina fiunt corrup
ti ¶ Secundo per sbi fortificacom fortifi
catur em et sustentat natura eoz per
talia bona bt melius possit penam
portare ¶ Tercio p dicte pene alicuius
ptis relaxacom quia aliquibz relaxat
de pena eoz p bonis bone no scdm quanti
te s scdm pporcionem bt dicunt aliqui vl
quantu taxat a deo bt fiat relaxacio s
nunq libacio ¶ Quarto ut dicunt aliqui per
alicuius tpis suspensione quia aliq tpe
p talia bona suspendit eoz pena sed
no tollit et sic intelligi pt q in inferno nul
la est redempcio ex toto liberans s bene
e ibi redempcio relaxans et mitigans
¶ Ad quintam est dicend q ex forma iura
di vl templu vl altare magis obligat
q iurare p pecuniam et oblacoes que
offerebant in templo quia sicut forma
iurandi magis obligat iurare p deu q
p celestia vl p quamcunq creaturam eo
q iurat p deu bitas confirmat imme
diate ab ipso ¶ Cu vero iurat p creatu
ra confirmatur a deo mediante tn cre
atura ¶ Sic cu iurat p templu et altare
confirmat bitas p rem sacram ¶ Sz cum
iurat p pecuniam et oblacones confirmat

per illa que non sunt sacra nisi propter quod offeruntur in loco sacro contingit tamen quandoque iuramentum esse magis obligatorium non ex forma iuramenti sed vel ex consciencia iurantis. Ut si quis credidit se magis teneri iurare per creaturam quam per deum magis obligaret etc. vel propter scandalum. Ut si quis in loco privato iuraret per deum et in sollempni per evangelia plus obligaret secundum quam primum racione scandali quod posset oriri ex fractione iuramenti vel racione contemptus. Ut si quis iuraret per creaturam blasphemando et contempnendo ipsam talis contemptus faceret iuramentum magis obligatorium. ¶ Ad sextam est dicendum quod questio est dubia quare salvator imprecatur maledictionem phariseis edificantibus prophetis et suis patriarchis sepulturas decorantes. Videtur enim esse pium eciam suis preciosas sepulturas preparare cum contrarium faciat eciam. Ad hoc quidem respondet Crisostomus dicens quod non salvator reprehendit phariseorum opus sed intencionem. Non enim edificabant prophetis sepulturas preciosas propter honorem et reverenciam illorum quorum occasi erant. Sed vel propter timorem pene ne ipsi punirentur sicut legebant patres eorum fuisse punitos qui prophetas occiderunt vel propter appetitum mane glorie cupientes videri et reputari sanctiores et meliores patribus eorum. Unde licet fecerint bonum opus non tamen faciebant bene et virtuose. Sepulturas ergo honorificas preparare sanctis viris propter honorem et reverenciam sanctorum ipsorum proximo et orationibus eorum se commendando est meritorium opus. Unde Thobias de sepultura mortuorum multipliciter erat commendandus. Et quanto persone sunt sanctiores et digniores tanto in loco magis digno et honorifico debent sepeliri. Ut dicitur xiii causa questione secunda. Lectio tercia

Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Serpentes genimina viperarum quomodo fugietis a iudicio gehenne. Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas et ex illis occidetis et crucifigetis. Et ex eis flagellabitis in sinagogis vestris. Et persequimini de civitate in civitatem ut veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram a sanguine abel iusti usque ad sanguinem zacharie filii barachie quem occidistis inter templum et altare. Amen dico vobis venient hec omnia super generacionem istam. Ierusalem ierusalem que occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt. Quociens volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis et noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis non me videbitis amodo donec dicatis benedictus qui venit in nomine domini.

¶ Posita phariseorum maledictionis imprecacione. In parte ista ewangelista ponit eorum malicie mercusacionem. Et ponit excusacionis eorum quantum ad tria. Primo quantum ad prime sceleris imitacionem. Secundo quantum ad eorum universalem punicionem. Tercio quantum ad civitatis subversionem. ¶ Quantum igitur ad primum dicit: Vos ipsi pharisei et iudei mendaci non poteritis excusari tamquam essent filii eorum qui prophetas occiderunt quia ipsi imitatores erant sceleris patrum. Modo quo serpentes a serpentibus nascuntur et ideo merito gehenne iudicium et penam eternam excipient. Unde quod dicit: Implete mensuram patrum vestrorum ubi est predicantis non imperantis ut dicit Crisostomus. Est enim sensus quod sicut patres eorum prophetas occiderunt sic futurum erat quod ipsi occidere deberent prophetas et sapientes et scribas id est apostolos quos Christus missurus erat ad predicandum eis qui ut dicit glossa varius fuerunt prophete in futurorum revelacione sapientes in divinorum cognicione et scribe in legis interpretacione et futurum erat ut eos persequerentur de civitate in civitatem flagellantes eos in synagogis eorum. ¶ Quantum vero ad secundum dicit quod omnis sanguis iustus venire deberet super eos id est omnis pena debita pro effuso sanguine iusto a principio usque ad eius adventum ut a sanguine abel iusti quem frater suus cayn interfecit usque ad sanguinem zacharie filii barachie quem iudei interfecerunt inter templum et altare et non solum parentes videat tangere sed etiam. Amen dico vobis omnia hec mala pena vel ultio et vindicta veniet super hanc generacionem iudeorum non solum presentem sed eciam preteritam et futuram. ¶ Sed quantum ad tercium dicit quod Ierusalem que talia mala debebat perpetrare prophetas occidendo et lapidando relinquenda erat deserta per romanos principes quod ad literam factum est tempore Tyti et Vespesiani. Et ne excusarent se iudei quod non essent premoniti a deo subdit quod non semel sed pluries voluit congregare eos et ad bonum attendendum commovere quandoque per legem nature demum per legem scriptam sicut gallina congregat pullos suos sub alis eius et ipsi noluerunt. Tandem sicut gallina insinuatur cum conspicit pullos

eius infirmiori sit sapientia dei patris pro liberatione iudeorum insinuata e carnem assumendo
et eis predicabo predicando et adhuc rebelles
et increduli extiterunt. propter quod in textu subdit
Si vero commisi fuistis et priam asserit si me
credideritis esse illum quem prophete cecinerunt
filium scilicet omnipotentis dei patris tamen videntem
venientem in nomine domini. non me videbitis
Confiteantur ergo iudei et increduli christum videntem
qui venit in nomine domini d. et orant ei qui conspi
cient. ut dicat Johannes. ¶ Sed hic possunt esse quinque
dubitationes. ¶ Prima utrum pena peccati origi
nalis puniatur filius pro peccato patris. ¶ Secunda
utrum pena peccati personalis filius patiatur
pro peccato patris. ¶ Tertia utrum peccatum patris possit
puniri in filiis usque ad quartam generationem.
¶ Quarta utrum omnia mala pene debita pro
peccatis a principio mundi venerunt super iudeos
¶ Quinta utrum ille zacharias qui a iudeis
interfectus fuit inter templum et altare fuit
pater Johannis baptiste. ¶ Ad primam est dicendum
quod sicut comparantur nostri parentes primi parentes. ut pater
et mater ad primum parentem omnium adam. sicut
rivuli comparantur ad fontem si enim aqua fon
tis esset infecta et maculata derivaretur in ri
vulis trahentes aquam ex ipsis rivulis tra
herent aquam infectam et maculatam non quod
fuit infecta in ipsis rivulis sed quia fuit
infecta et maculata in fonte. sic mea natura
nascitur infecta et maculata in fonte. peccati
cui insunt penalitates debent corporalis quamdiu
homo vivit. ut mors infirmitas et multa alia
et spiritualis ut ignorantia dum vivit et carentia
visionis divine post mortem non quod infecta
et maculata fuit in proximis meis parentibus
tamquam in rivulis sed quia maculata et infecta
fuit in primo fonte ut in adam a quo infec
ta et maculata transiuit in meos proximos
tamquam rivulos per quos derivata est ad nos
puniimur ergo penalitatibus peccati parentum originalis
pro peccato parentum meorum. non quod parentum meorum
proximorum quia illam naturam dederunt qualem
receperunt a fonte sed pro peccato primorum paren
tum ut ade et eve a quibus tamquam a fonte
derivata natura mea in parentes meos proximos
sicut in rivulos. unde dicit apostolus ad ro
v°. ¶ Per unum hominem peccatum scilicet origi
nale intravit in mundum et per peccatum
mors. ¶ De primis ergo parentibus verum est quod
ipsi comederunt uvas acerbas et dentes mei
et omnium filiorum eorum obstupescunt. ¶ De talibus
similiter parentibus potest intelligi quod scribitur Tren

ultio. ¶ Patres nostri peccaverunt et non sunt et nos
iniquitates eorum portavimus. ¶ Ad secundam est
dicendum quod filium puniri pro peccato patris personali
potest intelligi dupliciter. ¶ Primo quod puniatur pena spi
rituali et pena corporali eterna et sic filius
numquam pro peccato personali vel actuali patris nisi
forte esset imitator peccati patris. ¶ Et tunc non est
dicendum quod punitur pro peccato patris a quo recepit
imitationem sed magis pro peccato suo proprio. et
quod pena spirituali filius non debeat puniri
pro peccato patris patet per illud quod scribitur levi
tici. ubi dicitur quod filii chorum sacerdotum
si patris mortui non fuerunt imitatores non
solum sacerdotes. verum etiam summi sacerdotes fi
unt. quod sicut pena eterna non debeat eternaliter
mori pena corporali pro peccato patris. patet
illud quod scribitur Ezechiel xviii°. ¶ Omnes
anime mee sunt sicut anima patris. ita anima filii
¶ Anima igitur que peccaverit ipsa morietur. filius
non portabit iniquitatem patris et pater non porta
bit iniquitatem filii. scilicet pena corporali et tem
porali non eterna. planum est quod filius tali pe
na punitur pro peccato patris. ut est aliquis
patris et populus pro peccato principis. ut est aliquis
servus principis. et servus pro peccato domini. ut est
aliquod iumentum domini. ¶ Nam puniti sunt filii sodo
morum morte temporali pro peccato parentum sicut scribitur
in Genesi. et si fuerunt puniti eterna pena non
videndo eternaliter deum hoc fuit pro peccato ori
ginali non pro peccato personali proximorum parentum
¶ Ubi populus fuit interfectus pro peccato david
regis sicut habetur ii° Regum ultimo. isto ergo modo
filius bene punitur pro peccato patris. ¶ Ad tertiam
est dicendum quod homines possunt tam diu vivere quod videt
quartam generationem. ita homo potest nubere in xiiii°
anno et si uxorem fecundam habet in xv° potest genera
re. Igitur in lx annis homo potest videre quar
tam generationem quia est xv valent lx
et quia homo potest vivere lxxx annis planum est quod
quartam generationem potest videre. propter quod si lo
quimur de punitione patris in filiis quantum
ad culpam dicendum quod filii potissime imita
tur patres dum vivunt et ideo si filii sequuntur
et imitantur peccata patrum deus punit peccata
eorum usque ad quartam generationem quia tamdiu du
rat talis imitatio. ¶ Si vero loquimur de pu
nitione peccati patris in filiis quantum ad penam
eternam sed temporalem tunc dicetur quod cum filius sit
quedam res patris et multum affligit et cruciat
pater ex afflictione filiorum potest pater sic
cruciari et sic affligi pro peccato suo in filiis
usque ad quartam generationem quia tanto tempore

potest videre filios suos puniri et cruciari de pcto suo quoz pena redundat in eum quia enim pena spualis et etna filius non punit p pre vel p pcto penali pris pena tamen corpali et penali vix filius punit pro pre ut sup dictu est ¶ Ad qrtam e dicend sup hunc passu. venient h oia sr gnacoez ista tps ondit mala om pcedencium gnacomi a principio mundi venisse super iudeos primo refend hoc ad mala cul pe. Secundo refend hoc ad mala pene Tercio refend ad utruq. Ait enim primo q sicut omnia bona que in singulis gna coib a constitucone mundi omes sancti merebant illis novissimis iudeis dona ta sunt qui xpm receperunt et in xpm cre diderunt. sic omnia mala que in singulis gnacoib a constitucone mundi pati me ruerunt omes iniqui venit sup noviss simos iudeos qui xpm repulerunt et in eum non crediderunt. Secundo sic ondit na sicut iusticia om scoz pcedencium tm bonum mereri non potuit quantu gre datu e hominibus appo sic pcta om impioz tanta corpalia mala mereri non potue runt quanta gnacio iudeoz post mortem xpi passa est a romanis et postmodum passi sunt et paciuntur usq ad finem mundi p universum orbem dispsa. Tercio sic de clarat q cu deus gente vel gnacoem aliq non statim punit pena spuali vel corpali sed expectat p multas gnacones cu post modu ultima punit. videt pati omnia illa que omes pcedentes merebant ut iudei non recipientes xpm videntur puniri p pctis om pcedencium qui peccavit. et puniri a deo expectati sunt. Sed sicut supradictu est pena spuali et etna non fuissent ipi puniti pro pctis pcedencium nisi eos in pctis et malicia fuisset imita ti. Unde salua or St. Imple. me. pa. vrorum ¶ Ad quintam est dicendum q Origenes dicit sup hunc passu in quodam libro se in uenisse q in teplo Salomonis quidam loc iuxta altare adorand deum erat vir ginibus deputatus. in quo loco mulieribus corrupte et thorum viralem expte adorare non licebat. cu igit bta virgo maria postq genuit xpm templum domini

ingrederetur et in loco virginum staret ad orand Iudei qui noverant ea iam filiu genuisse phibebant ipam ne in loco virginum staret Zacharias ergo pr Johanis bapte dicens et assrens maria esse digna loco virginum quia virgo erat et virgo genuerat ideo xm iudei tunc ipm zachariam tamq mani feste dicentem et agente contra lege occi derunt int templu et altare. et sic pr Johis scdm hunc modu ille zacharias qui a iu deis intfectus fuit. Sed scdm Jeronimus iste zacharias fuit filius ioiade qui dicitur e filius barachie a filius sacdotis. Nam barachia lingwa hebraica intptat be nedictus dni. Iste igit zach filius ioiade sacdotis cu reprehenderet iudeoru ppim q artet cont dei mandata. lapidatus est iuxta templu regis in atrio domus domini. Unde scribit II° Pali. xxiiii c. q induit sps dni zachariam sacdote filiu yoiade et dixit in conspectu omis ppli. quare transgre dimini pceptum dni quod vobis non pderit dereliquistis dnm ut derelinqueret vos. Qui congregati adusus eum miserunt lapides et occiderunt eu iuxta altare templi dni. quia ergo fuit iste zacharias het in textu de pre Joh bapte q fuit intfectus ex illa causa non hetur p aliqua autentica scriptura. Ideo magis credendum est secundum dictu q pmu. Cap. xxiiii

Et egressus ihus de templo ibat Et accesserunt ad eu discipuli eius ut ondet ei edificacones templi. Ipse aute respondens ait eis. videtis h oia Amen dico vobis. Non relinquetur hic la pis sup lapidem qui non destruatur. Sedente aut eo sup monte oliveti accesserunt ad eum discipuli eius secreto dicentes. Dic nobis qn hec erunt et qd signu adventus tui et consumacionis scli Et respondens ihus dixit illis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim veni ent in nomine meo dicentes Ego sum xpus et multos seducent. Audituri enim estis plia et opiniones pliorum. Videte ne turbemini. Oportet enim hec fieri sed nondu est finis. Consurget enim gens in gentem et regnu in regnum xxiiii

Et erunt pestilentie et fames et terremotus
per loca. Hec autem omnia inicia sunt dolorum.
Tunc tradent vos in tribulacione et oc
cident vos. Et eritis odio omnibus gentibus
propter nomen meum. Et tunc scandaliza
buntur multi et invicem tradent et odio
habebunt invicem. Et multi pseudo p
phete surgent et seducent multos. Et quoniam
habundabit iniquitas refrigescet caritas
multorum. Qui autem perseveravit usque in fine
hic salvus erit. Et predicabitur hoc evangelium
regni in universo orbe in testimonium om
nibus gentibus. Et tunc veniet consumatio.
Ostenso quod xpus in reprehensione ha
buit vitiosam audaciam hic ondit quo
in impugnando habuit bellorum experienciam.
Debet autem rex vel dux vir expertus in bel
lo, in iiii^or per ordinem facere in suis bellato
ribus. Primo debet eos promovere ad viri
lem animacionem. Secundo ad insidiarum
congregacionem. Tercio ad signorum ostensionem.
Quarto ad continuam pugnacionem. Ista ergo
iiii^or facit salvator in hoc xxiiii^o capitulo.
Secunda ibi Cum ergo videntes. Tercia
ibi Statim autem. Quarta ibi De die autem
illa. In primis autem racione salvator pri
de iiii^or confortat et animat suos disci
pulos in persona omnium credencium. Primo
ut non timeant de templi et civitatis
yhrlm subversione. Secundo ut non de
cipiantur ex falsorum hominum decepcione.
Tercio ut non paveant de preliorum et tribu
lacionum superventu. Et quarto ut non con
sistent de tyrannorum persecucione. Quan
tum ergo ad primum dicit quod audientes disci
puli super dixisse xpm templum et yhrlm
esse subvertenda recedente eo quod de templo
ostenderunt sibi apostoli edificacionem templi
non utique eos vidisse vel quod ipse ignoraret
sed mirantes apostoli edificacionem et structu
ram templi tam mirabilem et audi
entes ipsam esse destruendam cupi
entes eum flectere ad pietatem onderunt
sibi hanc edificacionem. Ut dicit Raban
sua tamen inflexibilis permansit. Ideo
subdit quod visa edificacione dixit Vi
detis hec omnia tam mira et magna
dico vobis quod non remanebit lapis
lapidem qui non destruatur. Quantum vero
ad secundum dicit glossa quod ex hoc dicto xpo
sedente super montem oliveti discipuli quesive
runt ab eo secreto Dic nobis domine quando
hec erunt et quod signum adventus tui
et consumacionis seculi. Crediderunt enim
quod statim yhrlm et templo destructis
finale iudicium esset fiendum. Previdens
ergo salvator quod per hoc a multis decipi pos
sent. Ait Videte ne quis vos seducat
quia multi venient in nomine meo
dicentes. Ego sum xpus et multos seducent.
Audientes enim aliquam malam iudei et
multi alii yhrlm esse subvertendam in
surrexerunt dicentes se esse xpos et
multos seduxerunt quos Paulus appellat
falsos fratres et Johannes antixpos quorum
unus fuit Nicolaus de quo dicit Joh.
Apocal. ii^o Hoc habes quia odisti facta
nicolaitarum que ego odio ut dicit glossa.
Quantum vero ad tercium dicit Videte ne tur
bemini quia audituri estis prelia et sedi
ciones et opiniones preliorum. Ut prelia veni
unt ad presentem visionem, sed opiniones
ad futurorum locucionem. Surget enim gens in
gentem et regnum in regnum et erunt pe
stilentie quantum ad infeccionem aeris et fa
mes quantum ad sterilitatem, terremotus
quantum ad respectum rerum desuper. Omnia enim
hec ut dicit salvator oportet fieri ante
subversionem yhrlm vel ante diem iudicii,
non tamen statim erit finis. Inicia enim
hec erunt omnia dolorum supervenientium.
Sed quantum ad quartum ne apostoli viden
tur immunes ab istis persecucionibus et sic
extra timorem ponerent, subdit Statim
quod tunc talibus periculis instantibus tradent
vos tyranni in tribulacionem et occident
vos quantum ad persecucionem corporalem et
odio eritis omnibus incredulis falsis et
malis propter nomen meum quantum ad timo
rem mentalem et multi scandalizabuntur
et odio se ad invicem habebunt quantum ad
odium venale et multi pseudo et falsi prophe
surgent et seducent multos quantum ad er
rorem intellectualem et quia iniquitas
habundabit frigescet multorum caritas.
Quanto enim magis in uno quoque surripit

iniquitas tanto amplius in corde eius a cbr
caritas extinguit. Ut dicit Remigius. Sz qui perseuera
uit usque in finem mortis sue in caritate sal
uus erit. et tunc predicatum fuit euangelium in uniuerso
orbe in testimonium omnibus gentibus i. in accusa
cione illorum qui credere noluerunt. ita quod credentes
testes erunt legittimi eorum dampnacionis cum
consumato venerit. siue hoc intelligatur de consumacione
ciuitatis iherusalem. siue de consumacione seculi.
¶ Sz hic possunt esse quatuor dubia. ¶ Prima utrum
conueniens fuit templum dominum destrui ut lapis
super lapidem non remaneret. ¶ Secunda utrum
post tunc templum debeat reedificari per Iudeos
uel xpianos. ¶ Tercia utrum in predicendo xpi aduen
tum ad iudicium possit multipliciter falli et decipi.
¶ Quarta utrum predicacio euangelii debeat
compleri ante finem mundi. ¶ Ad primum est dicendum
quod tres raciones assignat Augustinus quare fuit con
gruum illud templum destrui. Prima fuit propter le
galium cessacionem. Quia sacrificia legalia in
templo illo offerebant et cerimonie legis
ibi celebrabant. Si igitur iam reuelata ueri
tate euangelica illud templum non fuisset destructum
credidisset nonnulli et paruuli in fide quod adhuc
fuisset necessitas obseruandi legalia loco preser
uato. Unde sicut diuina prouidencia ordinatum
est. ut post mortem moisi qui fuit doctor
illius legis nullus unquam sciret uel cogno
sceret eius sepulchrum ut dicit Deuteronomii ultimo
ne iudei ipsum tamquam deum adorarent qui proni
erant ad ydolatriam. sicut dicit ibi Glosa.
Sic dei prouidencia prouisum est. ut statim lege
euangelica promulgata templum illud quod erat
locus legalium sacrificiorum destruerent ne aliqui
qui crederent amplius illa sacrificia esse offe
renda et legalia seruanda. Secunda propter
ueram adoracionem. putabant enim Iudei deum
non esse adorandum nisi in templo ut dicit
Augustinus super Iohannem. Unde deridebant Sa
maritanos qui in monte ubi antiqui patres
Abraham et Iacob adorauerunt ipsum adora
bant. Planumque est quod uera adoracio non
claudit deum in aliquo loco. Nam angeli
uere deum adorant et tamen templum
materiale non habent in quo adorent. Unde sal
uator dicit Iohannis iiii° mulieri samaritane
Uenit hora et nunc est quando ueri adoratores
neque in monte hoc adorabunt. sed in spiritu
et ueritate. Igitur ad excludendum illum er
rorem et ad ostendendum quod in spiritu et in templo
spirituali fienda erat uera oracio. congruum fuit
illud templum destrui. Tercia propter figure
implecionem. Figurabat enim templum illud
corpus xpi ipso dicente. Soluite templum hoc et post triduum excitabo
illud. et hoc dixit de templo corporis sui. sed figura debet
conformari figurato. sicut igitur corpus xpi fuit in morte
solutum quia anima fuit a corpore separata. sic illud templum
quia figura completa debebat destrui et dissolui.
¶ Ad secundam est dicendum quod sicut ille ubi Secunda ad Thessalonicenses
ii° Uenerabilis beda presbiter filius perdicionis qui extol
letur super omne quod dicitur deus. ita ut in tem
plo dei sedeat ostendens tamquam sit deus dicit Glosa.
Ipse antixpus sedebit a romanis destructo
sed a iudeis edificato. Per Iudeos quoque non per
xpianos templum edificabit in fine mundi et hoc
satis erit conueniens. Primo ut dicit saluator
Iohannis v°. Ego ueni in nomine patris mei et non recce
pistis me. alius ueniet puta antixpus ueniet in nomine
suo et illum recipietis. igitur antixpus recipietur
per iudeos et per eos honorabitur. igitur eodem modo per eos
ipsi antixpo templum edificabitur ut in tali
templo faciat se a iudeis adorari. Ut qui ueritatem
respuerunt falsitatem recipiant. xpiani autem
non recipiunt ipsum. Ideo persequetur eos et gla
dio faciet interfici. non solum illos nolentes
ipsum adorare ut deum. sed eciam enoch et elyam
qui ipsum adorantes faciet occidi. ita ut corpora
eorum iaceant in platea iherusalem per tres dies cum
dimidio quia iudei non sinent ipsa sepeliri. gau
dentes super eorum occisione. ut scribitur Apocalypsis xi°.
¶ Ad terciam est dicendum quod apostoli bis quesiuerunt
a xpo de tempore finalis iudicii. Primo ante passi
onem Matthei xxiiii°. quando dixerunt. Dic nobis quando hec erunt
et quod signum aduentus tui et consummacionis seculi. Ad qua
questionem xpus respondit determinando. sed premonendo dicens
Uidete ne quis uos seducat. ostendens quod seduci et
decipi poterant propter tria potissime. Primo propter falsorum
predicacionem quia multi uenturi erant in nomine xpi
dicentes. ego sum xpus. Secundo propter signorum uisionem
quia uisuri et audituri erant prelia et opiniones
preliorum. Tercio persecucionum recepcionem. quia
capiendi et occidendi erant a tyrannis et persecu
toribus fidei. sed habundante iniquitate et frigesce
cente caritate non tamen hiis omnibus uenientibus statim
debebat esse finis seculi. quod sic uidemus esse factum
et completum quia omnia predicta et plura in nostris
temporibus uidemus et uidemus omni die que in nostris
cordibus recipiamus ut dicit Glosa. Secundo apostoli
de hoc quesiuerunt post resurrectionem Actuum i° quando di
xerunt. Domine. si in tempore hoc restitues regnum israel.
Ad quam questionem respondit non determinando sed silen
cium eis imponendo dicens. Non est uestrum nosse
tempora uel momenta que pater posuit in sua potestate
Non enim de die uel hora quesierunt. sed solum de
tempore et tamen saluator dixit. hoc non esse eorum
nosse. Thessalonicenses eodem modo a Paulo quesi
uerunt de cognicione finalis iudicii ad quam

Capitulum

credit prima epistola .5. de temporibus autem et momentis non est necesse ut scribam vobis. Ipsi enim scitis quod dies domini sicut fur in nocte veniet. In secunda ad Thessalonicenses: rogo ut non cito moveamini a vestro sensu neque per spiritum vel per angelorum bonorum vel malorum revelationem neque per sermonem vel per aliquem prophetae vel apostoli vel doctoris praedicationem neque per epistolam vel per sophisticam prohibite evangelicae vel apostolicae interpretationem formet. Ergo tales ... In hiis potest multiplex falli et decipi in quibus praemoniti sunt ut non deciperentur et de quibus neque christus neque apostoli voluerunt aliquam dicere determinationem sed solum praemonitionem et ne presumerent de hoc aliquid dicere prohibitionem. Si tale quid est tempus finale iudicii. Igitur summopere cavendum est ne de hoc homo decipiatur.

Ad certam est dominum quod in hoc videtur controversia inter Crisostomum et Augustinum. Nam Crisostomus dicit: Ex praedicatio evangelii in universo orbe completa est ante subversionem Jherusalem civitatis. Nam anno xlii post passionem domini sub Vespesiano et Tyto Romanis principibus civitas Jherusalem cum templo subversa est. Et hoc fuit magis virtute signum domini quod in xxx annis vel parum plus praedicatio evangelii fines orbis terrarum implevit. Istud autem probat Crisostomus per hoc quod dicit propheta: In omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terrae verba eorum. Nam Paulus de Jherusalem in Yspaniam cucurrerit et si unus tamquam pro curatione suscepit excogitare debemus quanta reliqui apostoli operati sunt. Et quamvis evangelium per apostolos ubique praedicatum fuit non tamen omnes crediderunt. Exponit ergo Crisostomus istud verbum de consumatione et destructione Jherusalem ut sit sensus: quando fuit evangelium regni praedicatum in universo orbe in testimonium illorum qui noluerunt credere tunc fuit finis et consumatio vel destructio civitatis Jherusalem. Sed Augustinus dicit quod evangelium regni in toto orbe terrarum per apostolos non esse praedicatum certissime probatum est quia in Affrica ubi ipse erat multe barbare et innumerabiles gentes erant in quibus nondum praedicatum esse evangelium per illos qui inde captivi ducebantur manifestum erat. Neque ut autem potest dici quod illas non pertinere ad promissionem illam Abrahe quia non in persona solum Romanorum vel Yspanorum sed omnium gentium dominus est Abrahe: In semine tuo benedicentur omnes gentes terrae. In quibus ergo gentibus non est ecclesia oportet ut sit, non ut omnes credant, ut autem sed ut aliqui credant et aliqui non. Cum enim dixit salvator: Eritis odio omnibus hominibus, non sic intelligendum est ut omnes odiant quia credentibus non habebunt odio sed a non credentibus. Sic in omnibus gentibus evangelium regni praedicabitur et tamen non omnes credunt quia igitur multe non solum barbarorum sed etiam interiorum gentium nondum audierunt evangelium et christianitatis verbum. Ideo Augustinus exponit hunc textum de fine universalis iudicii ut sit sensus quod cum gentes omnes audierunt evangelii praedicationem et praedicatum fuit evangelium regni in universo orbe tunc veniet consumatio et erit finis seculi. Et quod dicit in omnem terram sonum apostolorum exivisse exponit quod propheta exponit tempus praeterito pro futuro. Est enim sensus ut autem in omnem terram exibit sonus eorum et in fines orbis terrae verba eorum. Sed Origenes exponit se in medio istorum dicens utrumque est verum quia tempore apostolorum evangelii praedicatio est completa quantum ad famam et praedicationis auditum. Non est enim putandum esse aliquam gentem quae famam apostolorum qui dispersi fuerunt per quatuor partes mundi non audiret et quae nomen christi saltem per auditum ignoraret. Quamvis enim omnes gentes non habuerunt praedicatorem tamen ex vicinis hanc opinionem fidei non potuerunt ignorare. Unde dicit Origenes: Igitur quantum ad famam et praedicationis auditum verum est per apostolos evangelium regni in toto orbe terrarum praedicatum fuisse. Sed quantum ad praedicationem sentiunt ut in omnibus gentibus ecclesia sit fundata credentium in christum ita dato quod non omnes credant tamen in omni gente praedicatur nomen christi et ecclesia credentium in christum in omnibus gentibus fundetur ante finem seculi talis praedicatio evangelii non completur. Sed cum sit evangelium regni in toto orbe et in omnibus generalibus fuerit praedicatum tunc adveniet consumatio et finis seculi. Amen.

Lectio .ij.

Cum ergo videritis abhominationem desolationis quae dicta est a Daniele propheta stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Tunc qui in Iudea sunt fugiant ad montes. Et qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua. Et qui in agro non revertatur tollere tunicam suam. Ve autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus. Orate autem ut non fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi usque modo neque fiet. Et nisi breviati fuissent dies illi non fieret salva omnis caro, sed propter electos breviabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est christus aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi et pseudoprophetae et dabunt signa magna et prodigia ita ut in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Ecce praedixi vobis. Si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire; Ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente et apparet usque in occidentem ita erit et adventus filii hominis. Ubicumque fuerit corpus ibi congregabuntur et aquile.

¶ Posita bellatorum animacione. In hac parte vult dice-
bat salvator premonet eos ad insidiare inimicorum
cognitam. Et primo premonet eorum inimicorum insidi-
as cognoscere propter prophetarum vaticinacionem. Secundo
propter inimicorum flagiciorum initi[a]cionem. Quantum ergo
ad primum dicit: Cum videritis abhominacionem deso-
lacionis que dicta est a Daniele propheta stantem in
loco sancto, qui legit intelligat. Secundum Augustinum tunc
impleta est ista prophecia Danielis quando civitas Iherusalem
post passionem Christi destructa est et templum
dissolutum. Unde Luce xxi scribitur: Cum videritis
circumdari Iherusalem ab exercitu Romanorum, tunc scitote
quia appropinquavit desolacio eius, et tunc qui in Iu-
dea sunt fugiant ad montes. Quod ad literam factum
fuit, quia omnes credentes qui erant in Iherusalem
premoniti divino oraculo fugerunt et venerunt in
Bethleem civitatem, et ibi steterunt sub presidio
regis Agrippe donec destructio facta fuit, ut dicit
Josephus. Et quia clegibilius erat tunc modo
corpore salvari quam tollere vestimentum, dicit quod qui
in tecto est vel in agro non descendat aliquid
tollere de domo sua, et ideo multo male fuit et
gravius pregnantibus illis diebus, quia pregnantes non
poterant fugere propter honus uteri, et nutrientes
propter honus extrinsecum. Et subdit quod optandum erat ne
fuga eorum non fieret in hyeme in frigore pedorum
nec sabbato in ocio bonorum operum, quia tunc fuit
tribulacio sic magna qualis non fuit ab initio
seculi neque fiet, et nisi dies persecucionis illius fu-
isset abbreviata non fuisset salva omnis caro. Ita
ut dicit Glosa: Romani tunc non solum persequeba-
bant existentes in Iherusalem sed et alios ubique
terrarum permanentes, inter quos multi erant electi
a deo, et iam ad fidem Christi conversi, propter quorum salutem
dies illi abbreviati sunt, non inestimabiliter mundo.
¶ Quantum vero ad secundum dicit: Si quis tunc vobis dixerit
talem tunc ad tempus antichristi initii et preones di-
xerint: Ecce hic Christus vel illic, nolite credere, quia
non occulte sicut in primo adventu sed clare et
manifeste est venturus, ita ut precone non indi-
geat, ante tamen quam ipse sic clare et manifeste
apparere debeat, multi pseudo et falsi prophete
insurgere debent dicentes et facientes signa
et prodigia magna, quia tamen antichristus quam ministri
eius acceptiores sunt tunc tantum potestatis
quantum unquam fuerunt. Et ideo dicit: Ecce Christus
est in deserto, ut simplices ibi possint decipere et depra-
vare, vel Ecce in penetrabilibus, ut homines
sublimes antichristi potestate possint concludere,
non erit credendum, quia sicut fulgur non indi-
get inicatore sed in momento ab oriente patet
usque ad occidentem, sic erit manifestus adve-
ntus Christi, et quia non veniet solus sed cum multi-
tudine angelorum apostolorum martirum confessorum et vir-
ginum. Et ideo subdit quod ubicumque fuit corpus
illuc et aquile. ¶ Sed hic potest esse v dubitacio
¶ Prima utrum adventus secundus Christi possit dici abhominacio.
¶ Secunda utrum per numerum dierum qui ponitur in Da-
niele possit sciri determinate adventus antichristi.
¶ Tercia utrum per numerum dierum qui ponitur in Apocalypsi
determinate adventus Christi possit cognosci. ¶ Quarta
utrum antichristus per Gog et Magog debeat ecclesiam
expugnare. ¶ Quinta utrum in subversione Iherusalem
maior tribulacio et persecucio fuit quam tempore antichristi
esse debeat. ¶ Ad primam est dicendum quod adventus
Christi potest dici abhominacio quantum ad eius generacionem,
quantum ad eius predicacionem, quantum ad eius signorum
operacionem et quantum ad Iudeorum subversionem. Primo
quantum ad eius generacionem, quia generabitur ex for-
nicacione in Babilonia egipti ex tribu Dan,
sicut videtur dicere quedam Glosa Genesis xlix. Ita
quod abhominabili operacione dyaboli generabitur,
non quidem quod ex dyabolo et humano semine fiat una persona
sicut dei filius operacione spiritus sancti una persona
fuit in duabus naturis, sed generabitur ex fornicatoribus
per dyaboli instigacionem, ut dicit Damascenus iiii libro.
¶ Secundo quantum ad predicacionem, quia predicabit in tem-
plo dei a Iudeis tunc reedificato et honorem dei
debitum sibi faciet exhiberi, et ad confirmacionem
sui erroris utetur sapiencia librorum, simulacione vir-
tutum, testimonio scripturarum, resurreccione pse-
udorum et permissione divinarum. ¶ Tercio quantum
ad signorum operacionem, quia venturus est ut dicit
apostolus in signis et prodigiis mendacibus, antequam
hominis per fantasmata decipiet, ut quod
non erit faciet videre esse, vel quia faciet etiam
signa intencione fallendi et decipiendi, ut dicit
Augustinus. ¶ Quarto quantum ad Iudeorum subversionem,
scribit enim ad Thessalonicenses ii°: Cuius ipse veniet
in omni seduccione iniquitatis hiis qui pereunt
et caritatem dei non acceperunt ut salvi fierent.
Ideo mittet eis spiritum erroris ut credant
mendacio, quia non crediderunt veritati sed consen-
serunt iniquitati. Iusto namque dei iudicio et occul-
to consilio fiet ut Iudei qui Christum venientem
in nomine patris cum humilitate et iusticia non rece-
perunt antichristum recipient venientem in nomine
suo cum feritate et iniquitate ad decepcionem eorum
ut dicit Augustinus. ¶ Ad secundam est dicendum quod Daniel
xii scribitur: Beatus qui expectat et pervenit
usque ad dies M. ccc xxxv. Per quos dies volu-
erunt aliqui dicere tempus adventus antichristi
posse sciri. Sed hoc est manifeste falsum, quia
ut dicit Augustinus dato quod numerum dierum qui ponitur
in hac prophecia vellemus intelligere numerum annorum per
ad hoc non possemus scire tempus adventus eius.
Cumque iam tot anni transierunt ab adventu
Christi usque nunc nondum tamen signa apparent, per numerum
enim dierum positorum in hac prophecia intelligitur

nus dierum quibus ipse antixpc predicabit et quibus
persequitur ecclia fidelium cuius persecucio durabit tribus
annis cum dimidio et hoc expresse patet per illud
quod dicitur apocal. xj° ubi dicitur quod antixpus et
membra sua calcabit civitatem sanctam i. persequentur
ecclam iuste et sancte viventem et congregatam
et virtutibus munitam tribus annis cum dimidio
quibus ipse antixpus regnabit ut dicit Gloza
¶ Ad tercium est dicendum quod apocal. xij scribitur mulier
fugit in solitudinem ubi habuit locum paratum a deo
ut ibi pascat illam diebus m. cc. lx. per quos
similiter non intelligitur certus numerus annorum ab adventu
xpi dato quod per dies annos vellemus intelligere
eodem modo intelligitur certus numerus annorum quibus xpus
predicavit in hoc mundo. Unde dicit Gloza super dicto
verbo quod mulier puta ecclia fidelium fugit in solitu-
dinem quia a voluptatibus mundi separata m. cc. lx.
diebus in toto tempore quo subsistit ecclia predica-
cione xpi facta tribus annis cum dimidio et hoc
patet quia tanto tempore predicabit Enoch et He-
lyas. Unde super illo verbo apocal. xj. Dabo duo-
bus testibus meis et prophetabunt diebus m. cc.
lx. dicit Gloza quod isti dies non perficiunt tres
annos et dimidium quia sicut dicitur non complebunt
dimidium anni sue predicacionis sic illi duo
prophete non perficient integre tres annos et dimidium
quod sic apparebit quia ipsi inficient per ipsum an-
tixpm et morientur ante eum. Unde eciam quo illo
tribus annis et dimidio persequitur ecclam dei
isti ante predictum tempus morientur ¶ Ad quartum
est dicendum quod sicut scribitur apoc. xx. Cum
consummati fuerint mille anni solvetur Sathanas
de carcere suo quia maiorem potestatem recipi-
et et exibit et seducet gentes que sunt super
iiii^or angulos terre Gog et Magog et congre-
gabit eos in prelium quorum numerus est sicut are-
na maris et ascendent super latitudinem terre
et circuibunt castra sanctorum et civitatem dilectam
Super quibus verbis ut videtur dicit Gloza Gog
ad literam has duas gentes reclusas et abscon-
sas a dyabolo dyabolus primo decipiet et per eas et
eas perdet ad seduccionem et persecucionem fide-
lium. Antixpus ergo per has duas gentes reclusas
et absconsas in angulis terre quarum numerus est
sicut arena maris persequitur ecclam dei. Vel
Gog et Magog idem est quod dicitur tectum detectum. Reclu-
sit et absconse gentes exibunt de reclusis et
absconsis locis seducte dyabolo seducte et
per eas excitabit persecucionem adversus ecclam
xpi. Quod autem dicit de civitate dei xx° exponens ista
verba in apocal. scripta dicit quod gentes iste quas
Iohannes appellat Gog et Magog sic accipi-
ende sunt ut sicut aliqui in aliqua parte
terrarum tamquam barbari et non commixti aliis
nacionibus quas aliqui appellant Gotos et
Massagetas i. primas et alienigenas gentes

secrecius et semotas a Romano Imperio sed
naciones in toto orbe terrarum similiter cum aliis
existentibus intelligere in quibus dyabolus tamquam
abysso intelligitur esse inclusus et tectus sed in
tempore antixpi exibit tamquam tectus de tecto
quia detecta et occulta exibit in manifesta
et apertam persecucionem. Nam ante per multa et
varia mala seducet multos sed tunc immine-
te finali iudicio universa civitas xpi in toto
orbe terrarum ab universa civitate dyaboli contraria
que erit diversa super terram apertam et manife-
stam persecucionem pacietur ¶ Ad quintum est dicendum
quod Aug. solvit hanc dubitacionem dicens secundum
Iosephum scribentem iudaicam historiam
tanta et talia mala fuisse tunc iudeos pas-
sos ut incredibilia videantur et in hoc maxi-
ma virtus crucis xpi ostensa est quia numquam
tantam et talem persecucionem passi sunt
iudei nec sunt passuri quantam et qualem tunc
sustinuerunt et nisi pauci credentes fuissent ubique
terrarum fuisset extimati. Non tamen ut dicit Aug.
fuit sic magna et universalis persecucio tunc
sicut erit tempore antixpi. Sed quod dicitur quod sic magna
fuit qualis nec ante fuit nec postea futura
erit intelligendum est ut ait quantum ad iu-
daicum populum. Nam persecucionem antixpi populus
iudaicus non experietur quia ipsi recipient
eum cum magno gaudio et edificabunt ei tem-
plum et mestis duobus prophetis letabuntur de mor-
te ipsorum et munera et dona mittent ad invi-
cem illis tribus diebus cum dimidio quibus ia-
cebunt in plathea Ierusalem. Maior ergo perse-
cucio illata per antixpm fidelibus xpi quam fuit
illa quam passi sunt iudei cum persecucio xpi
non tanget iudeos sed quantum ad eos illa
fuit maior et cetera

Leccio iij

Statim autem post tribulacionem
dierum illorum sol obscurabitur et luna non
dabit lumen suum. Et stelle cadent de celo et
virtutes celorum commovebuntur. Et tunc apparebit
signum filii hominis in celo. Et tunc plangent
omnes tribus terre. Et videbunt filium hominis
venientem in nubibus celi cum virtute magna
et maiestate. Et mittet angelos suos cum
tuba et voce magna. Et congregabunt electos
eius a quatuor ventis. A summis celorum
usque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici
discite parabolam. Cum iam ramus eius tener
fuit et folia nata scitis quia prope est estas
Ita et vos cum videritis hec omnia scitote quia
prope est in ianuis. Amen dico vobis quia
non preteribit generacio hec donec omnia hec fiant
Celum et terra transibunt verba autem mea non transibunt iij

Narrata istoriarum prognosticatione. In parte
ista saluator premonet suos ad signorum ostensionem
Consueuerunt enim in bello ostendi vexilla et signa
aliqua quibus dux belli cognoscatur et inimici
ab inimicis discernant. Et primo ponit demo
stracionem signorum. Secundo ponit obediencia
iudicantis ministrorum Et tercio adducit similitudo
exemplorum. Quantum autem ad primum dicit quod
statim post tribulationem dierum illorum quibus antix
persequetur ecclesiam et dicit statim quia in illo cito ter
minabuntur propter electos sol obscurabitur et luna
non dabit suum lumen veniente maiori lumine
et stelle cadent de celo quia tenebrose videbuntur
ac si in celo non essent in comparatione maioris
lucis Et dicit secundum et virtutes celorum puta
angeli qui sunt motores celorum mouebuntur et
admirabuntur in tam mirabili commotione creatu
rarum et tunc apparebit signum filii hominis scilicet
salutiferum crucis quo viso plangent omnes tribus
terre quia sibi credere noluerunt. Quantum vero
ad secundum ait Completa scilicet mundi innouatione
et completa mortuorum resurrectione videbunt omnes
resurgentes oculis corporalibus filium hominis ve
nientem in nubibus celi. Sicut enim credentes
strauerunt vestimenta sua sub pedibus christi veni
entis in iherusalem ad mortem et passionem
sic per omnes nubes celestes substernet sub cor
pore christi venientis in glorificatione. Veniente
dico non in infirmitate carnis sed cum virtute mag
na et maiestate. Longe enim veniet cum ma
iori gloria quam apparuit in transfiguratione
tunc enim apparuit tantum transfiguratus. Sed tunc videb
unt eum gloriosum omnes gentes. Non veniet
solus sed cum multitudine angelorum et ministrorum
obedientium sibi quia mittet angelos cum tuba
non quidem corporali sed voce angelica tubam
appellat ad cuius clamorem omnis mortui re
surget. Unde subdit quod congregabunt an
geli a iiii^or ventis electos quia a quatuor cli
matibus mundi occidente oriente septentrione
et meridie congregabunt. Insuper a summis celorum
usque ad terminos eorum id est electos omnes qui sunt vel
fuerunt a principio mundi et erunt usque ad finem.
Sed quantum ad tercium addit ab arbore autem fici
discite parabolam cum enim ramus eius tener
fuerit et folia nata scitis quia prope est
estas ita eodem modo cum omnia signa predicta
videbuntur signum erit quod christus cito ad iudicium
veniet. Semper enim ut dicit Crisostomus Cum aliquid
venturum certitudinaliter predixit rerum
naturalium similitudines adducit. Moraliter
tamen secundum Augustinum per arborem fici intelligitur genus
humanum propter pruritum carnis quia cum in filiis
hominum ramus tener fuerit ad fidem christi nominem
vocati tunc ad honorem adoptionis filiorum ad
mittuntur ut fructus spirituales faciant et ut
firmiter credant que supra dicta sunt esse verita
subdit quod non preteribit generatio hec iudeorum scilicet
non solum qui erant sed qui futuri erunt donec
omnia ista fiant quia celum et terra transi
bunt non quantum ad annichilationem sed quantum ad
innouationem verba autem mea non preteribunt
quin impleantur. Sed hic possunt esse iiii^or
dubitationes Prima utrum ante iudicium sol et
luna debeant obscurari. Secunda utrum
ante iudicium mundus per ignem debeat purgari
vel innouari vel cremari. Tercia utrum corpora
resurgencium illo igne possit cruciari et non
cremari. Quarta utrum christum omnes resurgen
tes debeant videre corporaliter. Ad primam est
dicendum quod corporaliter et spiritualiter verum est quod ante
diem iudicii sol et luna obscurari debent.
Unde tempore finalis iudicii propter persecutionem antix
multi magni viri et magni prelati recedent
a fide. Unde super illo verbo apostoli In tempore illo dis
cedent quidam a fide attendentes spiritibus er
roris dicit Glosa quod naturaliter aut quidam qui nobi
les et magni erant in ecclesia illi qui tunc a
fide recedent quorum deceptio et recessus a luce
fidei potest dici obscuratio solis et lune et stellarum
Iuxta illud Iohelis sol et luna obtenebrati sunt
et stelle retraxerunt lumen suum. Naturaliter vero
potest tripliciter verificari Primo quantum ad ignis
fumationem dicit enim Origenes quod sicut
magnis ignibus succensis tenebre et fumo ge
nerate multum malum generant ita ut lumen
celestium corporum non videatur sicut in die iudicii
illo igne quo totus mundus est succensus
ardente ex fumositatibus inde generatis sol et
luna videbuntur obscurari. Secundo quantum
ad maioris luminis apparitionem Nam naturale
est quod ad presentiam maioris luminis minus lu
men videtur esse obscurum et quasi annichilatum
et extinctum ad presentiam corporis christi in forma glorio
sa venientis ad iudicium omnia luminosa cor
pora obscura et tenebrosa apparebunt. Tercio
quantum ad luminis realem priuationem sicut enim
tempore passionis christi realiter sol obscuratus est
ad terrorem iudeorum sic realiter ad tempus corpora
celestia lumine priuabuntur ad timorem reproborum
ut iudicantis virtus et potentia ostendatur

in signum quod omnis creatura contra eos se armabit. Unde in omnibus aliqua signa apparebunt. Ad secundam est dicendum quod Augustinus xx de civitate dei in fine dicit: Per ista circa illud finale iudicium hec tres didicimus esse ventura: Heliam testantem fidem iudeorum, antichristum persecuturum, christum iudicaturum, mortuorum resurrectionem, bonorum malorumque diremptionem, mundi conflagrationem eiusdemque renovationem, que quidem omnia esse ventura credendum est. Sed quibus modis aut quo ordine veniant magis tunc docebit rerum experientia quam nunc ad perfectum hominum valeat consequi humana intelligentia. Non enim oportet remanere affirmandum secundum Augustinum in quo ordine predicta sint ventura, tamen saltem quod quantum ad aliquid operationis ignis debeat precedere finale iudicium, auctoritate et ratione potest probari. Auctoritas est prophete dicentis: Ignis in conspectu eius exardescet, vel ignis ante ipsum precedet ut dicit alia littera. Super quo verbo dicit glosa: Quia ignis iste materialis et corporalis quo combibentur facies mundi et mali comburentur et mali purgabuntur iudicem precedet. Ratio non est talis: Ignis iiii^or proprietates videtur habere. Prima quod est maxime activus et corruptivus. Secundo est maxime purgativus. Tertio est maxime illuminativus. Et quarto est fumativus. Igitur quantum ad duas primas proprietates ignis faciem iudicis precedet, quia corpora mixta ut plante et animalia omnino comburentur, iam cessante animali vita, et totus mundus purgabitur ab infectionibus quas contraxit ex habitatione peccatorum ex mutua mixtione elementorum. Sed quantum ad alias duas proprietates sequetur iam datum iudicium, quia facto iudicio totus mundus et potissime elementa erunt luminosa et clara, et quidquid claritatis est et luminositatis est in igne et in omnibus elementis superius resignabit ad gloriam beatorum, quidquid vero fuit igne fumositatis et obscuritatis quantum ad quartam illarum proprietatum totum involvet cum impiis et mittetur in infernus ad penam dampnatorum. Ad tertiam est dicendum quod in hac dubitatione est triplex difficultas. Prima est de motu ignis comburentis et purgantis mundum, quia in fine mundi debeat cessare motus celi quia sol et luna stabunt in habitaculis suis. Stabit enim sol in oriente et luna in occidente et non movebuntur amplius. Preter quod angelus apocalypsis x^o iuravit per viventem in secula quod amplius non erit tempus. Cum igitur cessante primo motu celi debeat cessare omnis motus elementorum, non videtur quod ille ignis conflagrationis debeat post cessationem motus celi moveri ad mundi purgationem et penam vel cruciatum dampnatorum. Secunda est de ipsis corporibus resurgentium, quia dicunt corpora illa non posse pati ab illo igne ubi stabunt tunc illa corpora resurgentium mundo toto ardente et ipsis nondum repositis vel locatis in propriis locis, quia nondum erit factum celum novum ubi collocari debent corpora beatorum, et nondum erit data sententia de reprobis ut ad infernum descendant ubi debent locari corpora dampnatorum. Ad primam difficultatem est dicendum quod non est necesse omnem motum cessare celi motu cessante. Nam tempore Iosue stante sole in medio celi filii Israel movebant manus et pugnabant contra infideles. Cessante ergo motu celi cessabit omnis motus omnium illorum qui in seipsis non habent principium motus, sicut gravia et levia possunt moveri cessante motu celi. Aliter dici potest quod illius ille erit instrumentum iustitie divine. Nec poterit moveri absque motu celi, quia tamen dicitur in de causis cessante motu cause secunde qualis causa est celum non cessat causa prima influere et movere. Ad secundam est dicendum quod corpora resurgentium poterunt reservari in superiori parte celi ad quem non ascendet flamma ignis illius sicut nec ibi ascendit aqua diluvii. Vel potest dici quod in corporibus beatorum post resurrectionem erit duplex habitus impressus, unus preservans a corruptione et alius preservans a passione, sicut et tempus et tres fuerunt in corporibus trium puerorum in camino ignis. In corporibus vero dampnatorum erit unus habitus preservans a corruptione sed non alius prohibens passionem. Ad tertiam est dicendum quod christum venientem ad iudicium iudicandos videre potest tripliciter intelligi. Primo quantum ad gloriosam humanitatem. Secundo quantum ad eius divinitatem. Et tertio quantum ad utriusque nature comprehensibilitatem. Primo modo videbunt christum venientem boni et mali, boni quidem ad letitiam et mali ad penam. Videbit enim eum ut dicit Iohannes omnis oculus etiam qui eum pupugerunt et videbunt in quem transfixerunt. Sed secundo modo non videbitur nisi a salvandis, quia non potest secundum divinitatem oculo corporali videri nec oculo intellectuali

nisi ab illis qui sunt mundo corde. Beati mun-
mundo corde quoniam ipsi deum videbunt mali ante
et dampnandi mundum cor non habebunt ac
per hoc divinitatem xpi videre non poterunt.
Sed tamen modo tres persone solum seipsas videbunt
quia divinitatem comprehendere non queunt
nisi illi qui est deus, sed non est deus nisi pater
et filius et spiritus sanctus et sic tali visione divini-
tatem solum videre convenit trinitati etc.

iij De die autem illa Lectio iiij
et hora nemo scit neque angeli celorum
nisi pater solus. Sicut autem fuit in diebus noe
ita erit et adventus filii hominis. Sicut enim
erant in diebus ante diluvium comedentes
et bibentes nubentes et nuptum tradentes
usque ad diem eum quo intravit in archa
noe. Et non cognoverunt donec venit diluvium
et tulit omnes. Ita erit et adventus filii hominis.
Tunc duo erunt in agro unus assumetur
et alter relinquitur. Due erunt molentes in
mola, una assumetur et una relinquitur.
Duo in lecto unus assumetur et alter relinqui-
tur. Vigilate ergo quia nescitis qua die
hora vester venturus sit. Illud autem scitote quoniam
si sciret paterfamilias qua hora fur venturus
esset vigilaret utique et non sineret perfodi do-
mum suam. Ideo et vos estote parati quia ne-
scitis qua hora dominus filius hominis venturus
sit vel est. Quis putas est fidelis servus et
prudens quem constituit dominus super familiam
suam ut det illis cibum in tempore. Beatus ille ser-
vus quem cum venerit dominus invenerit sic facientem.
Amen dico vobis quoniam super omnia bona sua
constituet eum. Si autem dixerit malus ille
servus in corde suo moram facit dominus
meus venire et ceperit percutere conservos su-
os manducet autem et bibat cum ebriosis
veniet dominus servi illius in die qua non
sperat et hora qua ignorat et dividet
eum partemque eius ponet cum ypocritis. Illic
erit fletus et stridor dencium. Sermo-
sa significatur sonsione. In parte ista ut supra dicebat
salvator hortatur suos ad continuam preparationem.
Est autem in bello necessaria continua preparacio propter
tria. Primo propter temporis bellandi occulta-
tem. Secundo propter bellancium indisposicionem.
Et tercio propter ducum et principum belli improvida
attencionem. Quantum ergo ad primum dicit
salvator. Quamvis ergo multis signis superdictis adven-
tus xpi expectandus sit, ignoramus tamen de
die illa qua venturus sit, nemo scit neque an-
geli neque filius nisi solus pater. Secundum Augustinum
Non solum diem vel horam verumeciam mensem
aut annum illius adventus debemus credere esse
ignotum quia alibi dictum est: Non est vestrum
nosse tempora vel momenta. Ut tamen non
credamus filium nescire diem illum sui adventus
nisi secundum significacionem. Ut dicit Origenes
Dicitur enim nescire diem quia ipse iudicandus non
erat, sicut dicitur nescire peccatum quia non peccat
secundum se tamen diem illum scit, quod probatur quia
modum vivendi predicat dicens quod sicut tempore
noe hominibus bibentibus et comedentibus et nup-
tias celebrantibus subito venit diluvium
et sic subito erit adventus filii hominis. Hoc
idem probat se scire illum diem per aliud signum
quia tunc erunt duo in agro et unus assumetur
et alter relinquitur et due molentes in mola
una assumetur et alia relinquitur, et duo in
lecto unus assumetur et alter relinquetur.
Per ista tria dicit Remigius. Tres ordines
ecclesie designantur. Nam per duos in agro labo-
rantes intelligitur ordo prelatorum quibus commis-
sus est ager ecclesie. Per duos in mola in-
telligitur ordo conjugatorum qui dum per diversas
curas nunc ad hoc nunc ad aliud flectuntur
quasi molam in circuitu trahunt. Sed per duos in
lecto intelligitur ordo continencium quorum requies
nomine lecti designatur. In omnibus enim istis or-
dinibus sunt aliqui boni et aliqui mali et
aliqui assumuntur ad vitam et aliqui re-
linquuntur ad penam. Quantum vero ad secundum
quasi concludendo et ex premissis dicit quod quia ad-
ventus domini et tempus bellandi est ignotum
Ideo summopere vigilandum est, quia si paterfa-
milias sciret qua hora fur veniret semper
vigilaret et non mitteret perfodi domum suam
a fure, sic nobis semper est vigilandum, quia
hora qua non putamus veniet filius hominis.
Secundum enim Gregorium. Ille vigilat qui aspectum
veri luminis oculos apertos tenet. Ille bene
vigilat qui servat operando quod credit.
Ille potissime vigilat qui a se corporis
negligencie tenebras expellat. Sed quantum
ad tercium dicit quod ille fidelis servus et prudens
est et loquitur ut dicit Crisostomus de prelatis
ecclesie qui sunt constituti super familiam xpi

ad requirendum etiam qui tunc sunt fideles qui habent bonorum ecclesie fidelem retentionem ut que sunt data intuitu dei in subsidium pauperum et viduarum non devorent in superfluis conviviis et cum histrionibus et pompis armorum et ut non excusent se sub tali pretextu quod qui evangelium annunciat de evangelio debent vivere solum cibum necessarium et simpliciorem et necessaria vestimenta per talem intelligentiam debent intelligere posse recipere ut dicit Origenes. Tunc autem sunt prudentes qui huiusmodi bonorum ecclesie habent discretam dispensationem ut prudenter cognoscant inter quos et quibus et quando dispensanda sunt. Prelatis autem negligentibus ista et contrarium facientibus repromittit pena quia si non timentes sunt in bonis ecclesie conservandis habere fidelitatem nec in dispensandis habere prudentiam et sagacitatem putantes dominum tardare multum ad veniendum pro retributione bonorum et malorum et propter tale retardationem incipiat percutere conservos suos. Quod tunc fit ut dicit Origenes quando qui non ut conservi christi fidelibus ministrant sed ut domini imperant, tunc fit quando non ut presbiteri sed ut amari tiranni dominantur, et tunc fit quando non esurientes pascunt sed cum luxuriosis et ebriosis epulantur. Portio enim talium prelatorum dicente domino in die iudicii ponetur cum ypocritis et dampnatis in inferno ubi erit fletus et stridor dentium. ¶ Sed hic petit esse iiii^or dubitationes. ¶ Prima utrum dies iudicii determinate possit per scripturam predici quando erit. ¶ Secunda utrum possit predici tempus propinquius illius diei. ¶ Tertia utrum diem illam filius nesciat aut spiritus sanctus sed solum pater. ¶ Quarta utrum signa precedentia adventum christi debeant esse signa pacis vel prelii. ¶ Ad primam est dicendum quod si adventus christi determinate quis posset scire vel sciret per signorum demonstrationem vel per prophetarum revelationem vel per christi determinationem. Non primo modo quia signa immediate precedentia adventum christi erunt dubia. ¶ Primo totius mundi discessio quia ut dicit glossa super illo verbo nisi ad Thess. 2° nisi venerit discessio primum ante adventum christi erit triplex discessio in mundo. Primo omnium hominum separatio a romano imperio. ¶ Secundo omnium particularium ecclesiarum a romano pontifice. ¶ Tertio multorum magnorum a fide catholica. ¶ Secundo debet precedere adventum christi apertio quia primo revelabitur homo peccati filius perditionis qui extolletur et elevabitur super omne quod dicitur deus aut colitur

tamquam deus super quo verbo dicit Augustinus quod non veniet ad iudicandum vivos et mortuos christus nisi prius venerit ad seducendum mortuos in anima adversarius eius antichristus. ¶ Tertio prophetarum predicatio et occisio quia illi duo prophete Enoch et Elias venient tunc temporis predicare contra antichristum et finaliter per eum occidi. Sed ista sunt nobis sic ignota sicut adventus christi cum ista alia tribulatione multis aliis tribulationibus deceat precurrere ut dicit Gregorius. ¶ Secundo non potest determinate sciri per prophetarum revelationem quia prophetia Danielis non loquitur de numero annorum vel dierum quibus expectetur adventus christi sed loquitur de numero annorum quibus regnabit antichristus ut supra dictum est. Similiter prophetia Johannis in apocalypsi non loquitur de tempore quo christus ad iudicandum sit venturus sed de numero annorum vel dierum quibus christus in carne assumpta predicavit. ¶ Tertio non potest sciri per christi determinationem quia licet apostoli de tali tempore quesierunt. ¶ Primo ipso ad passionem appropinquante qui dixerunt dic nobis quando hec erunt et quod signum adventus tui. ¶ Secundo ipso celum ascendente quando dixerunt domine si in tempore hoc restitues regnum israel et nunquam aliquam determinationem voluit dare sed attente precepit eos vigilare ad semper ergo per scripturam non potest sciri adventus christi sed magis ubi indeterminatus et incognitus ponitur quod dicit eius adventus. ¶ Ad secundum est dicendum quod adventum christi ad iudicium esse propinquum dupliciter possumus intelligere. ¶ Primo per continui temporis elongationem quia quanto elongamur ab adventu christi in carne tanto magis appropinquamus ad eius adventum ad iudicium secundum quem modum dicit apostolus Ro. 13 propior est nostra salus quam cum credidimus. Ipse Salvator dicit Respicite et levate capita vestra quoniam appropinquat redemptio vestra. ¶ Secundo possumus intelligere per continuationem etatis completionem scimus enim quod in fine istius temporis venturus est quia dicente apostolo nos sumus in quos fines seculorum devenerunt nam ut dicit Augustinus in libro 83 questionum sicut variatur homo per diversas etates ut prima sit eius infantia ¶ Secunda pueritia ¶ Tertia adolescentia ¶ Quarta iuventus ¶ Quinta gravitas ¶ et sexta senectus ¶ sic mundus

p diversas etates variatus est. Prima in prima
etate sunt ab adam usque ad noe. Secunda
ab noe usque ad abraham. Tertia ab
abraham usque ad moysen. Quarta
a moyse usque ad david. Quinta a
david usque ad incarnationem christi et in
sexta usque ad finem. Prima incipiens ab
adam quem plasmavit deus etas ad
noe distruxit. Secunda sequens ab abra
ham ad david extendit etas. Secunda 3a et
4a ad transmigrationem in babylone fuit
Quinta facit cursum christi veniens
ad ortum ad finem currit mundi. Sexta pat
claudit in regione storum [illegible] tunc clau
dit fulgore [illegible] nulla potest tamen
tamen potent dura re ista sexta etas
quantum omnes iste precedentes etates
secundum aug. Et ideo possimus
intelligere quantum iudicium de [illegible] quia
sicut iudicium pro aliquem factum tunc
fuit quando multum multiplicata erat
malicia hominum et quando tota cogi
tatio cordis intenta erat ad malum
sic iudicium fiendum per ignem tunc
erit magis propinquum quando multum
excreverint peccata hominum. Unde Sal
vator multas similitudines adducit
ad iudicium factum tempore noe
[illegible] sic potest intelligi iudicium tale propin
quum esse quia multum frigescit cari
tas et superhabundat iniquitas. Sed
etiam est dubium quia Jeronimus dicit
filium nescire diem illam non in se
sed quia apostolis querentibus de illa die
respondit: non est vestrum nosse tempora
nosse vel momenta dicitur ergo filius
nescire quia apostolos de hoc querentes
nescire voluit et eos nescire fecit
Basilius vero dicit se legisse in quodam
libro quod filius hic positus non
intelligitur pro filio naturali unigenito
patris eterni quia si sic acciperetur [illegible]
talis filius sit deus eiusdem substancie

et nature cum patre angeli filii non
proposuisset ipse christus. Sic enim dixit de die
illa et hora nemo scit neque angeli celorum
neque filius nisi solus pater. Accipiatur ergo
hic filius pro filio adoptivo de qua fili
atione scribitur Jo. i. dedit eis potestatem fi
lios dei fieri hiis qui credunt in nomine eius. Et planum
est quod tales filii diem illam ignorant
quia apostoli sunt tales filii adoptivi
et tamen eis non datum scire. Sed aug.
dicit quod ideo christus qui erat unigenitus
dei patris dixit se diem illam nescire
sed solum patrem quia quod ipse scit non
habet a se sed a patre sicut enim a patre habet
quod sit filius, ita quidquid scit et quidquid
habet filius nascendo a patre accipit. Nichil
namque est a patre magis proprium filio quam doctrina
et sapientia cum apostolus clamet predicamus
christum dei virtutem et dei sapientiam. Et in
Jo. dicit mea doctrina non est mea
sed eius qui misit me patris. Negat
ergo filius se nescire quia a se non
habet quod sit filius. At per hoc [illegible]
a se quod sit sciens quia quidquid scit na
scendo scit et nascendo accipit. Secunda sexta
est dubium quod non est dubia pro tanto
quia supra dixit salvator: Prima ante
diem iudicii surget gens in gentem et
regnum et erit tribulatio magna qualis
non fuit ab initio seculi nec postea
erit. Et sic ante diem iudicii erunt signa
et prodigia. Sed hic ait: sed sicut tempore
diluvii erant homines bibentes et come
dentes et nuptui tradentes usque ad illum
diem quo intravit noe archam et nullus
cognovit donec venit diluvium, sic erit
adventus filii hominis. Et ita videtur quod ante
illam diem debeant esse signa patris ad
hoc secundum Jeronimum videtur triplex responsio
ut dicatur quod post signa predicta erunt aliqua
induciae patris. ait enim quod post pugnas et
prelia quibus vastabit [illegible] temporis brevis
subsecutura erit pax que quietem omnia
repromittat ut fides credentium reprobetur.

Secundo ut ista signa pacis non referantur
ad iustos et sanctos qui semper fuit in
timore / sed ad peccatores malum peccandum .
imitantes ut sicut tempore noe ipso et fi
liis suis caste et sancte viventibus alii
peccatores luxuriantes et epulis vacantes
erant etiam viventes in medio ipsorum quia ma
la futura indicabit / ita tempore filii in
dicam suas omnes honeste et sancte viventibus
peccatores absque timore et tremore sereno va
cabant inmundiciis et peccatis / non obstan
tibus persecutionibus et tribulationibus que
erunt iudicia propheti et futuri mali magis
quam pacis et / Tercio ut ista signa pacis
non referantur ad omnes sed solum ad malos
qui tunc erunt recipere antichristum et pro deo
ipsum adorare ab eo non pacientur persecu
tiones supernas et varietas sed letabuntur
simul cum eo et ducunt signa pacis et
gaudii atque victorie Unde dicitur apocalipsis
xi Cum occiderit illis duobus prophetis
per antichristum et iacentibus in platea ierusa
lem inde gaudebunt super morte ipsorum
et iocundabuntur et munera mittent ad
invicem

Capitulum xxvi

Tunc simile est regnum celorum x virgi
nibus que accipientes lampades suas
exierunt obviam sponso et sponse / Quinque
autem ex eis erant fatue et quinque pruden
tes. Sed quinque fatue acceptis lampadibus
non sumpserunt oleum secum Prudentes vero
acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus
Moram autem faciente sponso dormitaverunt
omnes et dormierunt / Media autem nocte /
clamor factus est Ecce sponsus venit exi
te obviam ei Tunc surrexerunt omnes vir
gines ille et ornaverunt lampades suas
Fatue autem sapientibus dixerunt / Date nobis
de oleo vestro quia lampades nostre extinguuntur
Responderunt prudentes dicentes Ne for
te non sufficiat nobis et vobis. ite pocius ad
vendentes et emite vobis Dum autem irent
emere venit sponsus. Et que parate erant cum
eo intraverunt ad nupcias et clausa est ianua
Novissime autem venerunt / et relique virgines
dicentes domine domine aperi nobis At ille
respondens ait Amen dico vobis nescio vos

Vigilate itaque quia nescitis diem neque
horam / Ostenso qualiter salvator non impu
nando habuisset stellarum experienciam. In parte
ista ut supra dicebatur ondit quomodo in re
munerando habuit ponderatam iusticiam Et
primo ondit qualiter habuit ponderatam iusti
ciam quantum ad intendentes humanam laude
propriorum bonorum / Secundo qualiter quantum
ad negligentes utilitatem suorum promovere
Et tercio qualiter quantum ad discussionem omnium
iudicandorum Secunda cum ibi / Sicut enim
homo peregre proficiscens / Tercia ibi Cum autem
venerit filius hominis. In prima autem lectione tan
gunt / quia primo intendencium laudem
humanam de bonis operibus ponitur condicio.
Secundo ponitur eorum ad iudicium advocacio
Et tercio ponitur eorum a iudice reprobacio Cir
ca autem ad primum sciendum est quod secundum augustinum
et gregorium. ista parabola de x virginibus ad la
mi salem ecclesiam fidelium debet pertinere. Ut
per quinque virgines intelligantur quinque corporis sen
sus per virginitatem vero intelligatur contine
ciam ipsorum ab omnibus illicitis. per lampades
vero intelligantur que secundum talem contine
ciam fiunt / sed per oleum intelligatur gaudium
et leticia consciencie predicte et predictorum bonorum
operum Per fatuas autem virgines illi intelligun
tur qui non gaudent interius in consciencia de co
ntinencia et bonis operibus ut deo placeant / sed
ut laudibus hominum fulciantur Sapientes vero
virgines sunt illi qui intus oleum et leti
ciam in vasis suis preservant gaudentes soli
deo placere omnes tamen dicuntur virgines quia
in utroque sapientia est quinque sensuum et operacio
bonorum operum quia ex diverso fonte procedunt per sponsum
autem intelligitur christus et per sponsam ecclesia
fidelium Tardante ergo sponso venire scilicet
christo ad iudicium omnes tam fatue quam sapien
tes virgines dormiunt et sompnum mortis
recipiunt / et hoc quantum ad virginum con
dicionem quantum vero ad iudicium advocacionem
subauditur quia media nocte nullo sci
ente ecce clamor factus est quia in voce
archangeli et in novissima tuba veniet
est dominus et resurgent omnes predicte et
aptabunt lampades suas quia rationes red
dendas operum suorum preparabunt omnes enim

dicente apostolo Oportet nos astare ante tribunal
christi et tunc dicet stulte sapientibus date nobis
de oleo vestro quia lampades nostre extinguntur
ex quo enim laude extrinseca hominum bona corporis
opera cremabuntur illa subito extinguentur
et quia tunc quilibet reddet racionem pro se et si
vix sufficiet homini testimonium sue consciencie
multo magis non sufficiet sibi alienum Unde
ad inquit sapientum responsio dicencium Ne forte
sufficiat nobis et vobis Ite pocius ad
vendentes et emite vobis Adulatores enim
proprie ut dicit Augustinus vendunt oleum qui sine
falsa sive incognita laudando animas in errorem
mittunt et aliqua de bonis operibus in eodem
vel equorum vel pecunie vel honoris tamquam
fatuis consiliando repromittunt non tamen
putandum ut dicit Augustinus Sapientes virgi
nes fatuis consilium dedisse sed magis
crimen earum modo aliquo commemorasse
ac si dicerent Videamus nunc quid vos ad
iuvat illi qui nobis laudes vendebant et
in errorem inducebant Ut non coram deo
sed ab hominibus gloriam quereret et dum habet
eius temporalem laudem quam eternam non cu
rauit querere Venit christus sponsus qui iu
dicabit secundum sciam non per visionem oculorum
et que parate erant intraverunt ad nupcias
et ad gaudia eterna cum christo et ianua clau
sa est quia post iudicium non patebit peni
tentiorum locus ¶ Sed quantum ad terciam
concludit quod cum virgines fatue venissent
et petivissent eis ianuam aperiri non quidem
datum est oleum emisse quia iam nullo re
manente eis de alienis gaudiis gaudium
voluit in angustiis et tribulacionibus potest
ad implorandum dei clemenciam redde sed mag
na erit post diem iudicii dei severitas
tum ante iudicium magna est misericordia omnibus
prerogata Ideo respondent eis per sponsum
Amen dico vobis nescio vos ac si diceret
ut ait Augustinus Non ut hoc ars et sapiencia
dei ut intrent in gaudium eius qui non
coram deo sed ut placeat hominibus non sit
aliquid secundum eius precepta operati et dura et
irrevocabilis sentencia in illo iudicio est ex
pectanda Ideo subdit Vigilate itaque quia

nescitis diem neque horam ¶ Sed hic possent
esse quatuor dubitaciones ¶ Prima utrum
quicumque desiderat laudem humanam de bono
opere sit fatua virgo ¶ Secunda utrum
vendens oleum fatuis virginibus moraliter
peccet ¶ Tercia utrum virginitas cum voto
sit magis meritoria quam sine voto ¶ Quarta
utrum virgo raptam sive corrupcionem vio
lentam sibi factam possit premium virginitatis re
cuperare ¶ Ad primam est dicendum quod propter
tria quis potest laudem humanam desiderare
Primo propter sue fame conservacionem Secundo
propter proximorum edificacionem Et tercio propter ali
cuius honoris vel temporalis commodi acquisicionem
In omnibus enim hiis tribus potest homo incurrere
peccatum fatue virginis ac per quod peccatum mortale
quia fatuis virginibus clausa est ianua pa
radisi que non clauditur alicui nisi per mortale peccatum
Si enim aliquis desiderat sic famari et laudari
apud alios ut testimonium aliorum preferat
testimonio dei et testimonio sue consciencie talis
non portat oleum secum quia gaudium divini
operis totum sit in testimonium aliorum non in con
sciencia sua referendo in deum de talibus dicitur Johannis
xii Qui dilexerunt gloriam hominum magis quam dei
Sed si quis cupit famari vel laudari apud
alios portando semper oleum secum et gaudium
bonorum operum de fama et bono opere vel laude
aliorum servando in consciencia sua ad laudem
dei cui principaliter sunt offerenda illa opera
preferendo semper testimonium dei et sue consciencie
testimonio cuiuscumque modo quo dicebat apostolus
Gloria nostra hec est testimonium consciencie nostre
puto quod talis non sit fatua virgo nec mortaliter
peccat Si enim aliquis peccat ad instruc
cionem proximorum verbo doctrine et exemplo boni
operis et sancte vite de quibus laudatur et
laudem illam principaliter intendit adhuc est
fatua virgo quia ut dicitur Jeremie ix Non debet
gloriari sapiens in sapientia sua nec
fortis in sua fortitudine sed in hoc scire se
cognoscere deum Sed si talem laudem ad hunc
finem referant ut proximi in via dei instru
antur et deus per eum glorificetur modo quo sal
vator dixit discipulis Luceat lux vestra
coram hominibus ut videant opera vestra bona
et glorificent patrem vestrum qui in celis est

non est fatua virgo. Tercio si quis ordinat
laudem humanam ad acquirendum honore
vel aliquod temporale comodum vel lucrum
preferendo talia divine caritati et mandati
dei ita quod propter dei mandata permittat fatua
virgo est. Sed si homo non repugnat dilectioni
dei nec prefert ipsa mandati dei fatua virgo
non est dubium dicendum. ¶ Ad secundam
est dicendum quod Augustinus super Johannem dicit quod adulato
res vendunt oleum quando sive falsa sive
mala sive ignota laudando animas in
errorem mittunt. Sed cum mittere animas in erro
rem et mala et falsa laudando non fit sine
peccato mortali consequenter dicendum quod Augustinus ¶ Quod adu
latio est mortale peccatum hoc videtur sentire
Jeronimus qui dicit quod magis nocet lingwa adulato
ris quam gladius persecutoris super illo verbo gla
dius eorum intrent in corda ipsorum confirmatur
hoc quia canones penam mortalis peccati
adulatoribus ordinant. Dicitur enim xlvi distinctione Cle
ricus qui adulacionibus vacare deprehendit degra
detur ab officio. Sed ibidem Augustinus in libro
de igne purgatorii dicit. Si quis aliquem
blandiciis fovit et cuicumque maiori persone adulare
voluit amplius quam oporteat si pauperibus mi
nus dehiciosa convivia preparavit si in ecclesia
vel alibi ociosis sermonibus se occupavit
hec et hiis similia ad minuta peccata que nos
scent pertinere. Dicamus ergo quod vendentes oleum
et ipsi adulatores vel ordinant eorum decepcionem
et fraudulencia quecumque falsa vel vera bona
vel mala laudato et sic Augustinus nominat adula
tores cum peccatis venialibus. ¶ Ad terciam est dicendum
quod una operatio potest esse magis meritoria quam
alia propter tria. Primo si fiat cum maiori conatu
et cum ardenciori permissione. Tunc enim opera
cio non sit meritoria nisi quia voluntaria
quanto plus in operatione est de conatu et
aviditate voluntatis tanto magis est meritoria.
Ideo namque dilectio beate salis marie magdalene
multum fuit meritoria quia multum fuit
de conatu et de aviditate voluntatis.
Secundo si fiat cum maiori oblatione
nam ceteris paribus plus meretur qui
offert deo duo quam unum. Tercio si fiat cum
firmiori observatione. Sed enim Augustinus
non inchoasse sed perfecisse est opus perfec

tionis. Propter ergo tria possumus dicere quod vir
ginitas cum voto est magis meritoria quam
sine voto. Primo quia cum maiori conatu
et cum ardenciori permissione. Est enim votum
permissio spontanea et voluntaria facta deo
Quia ergo virginitas servata cum voto est pro
missa et dicata deo cum toto conatu et
libera operatione voluntatis et hinc est quod qui
non sunt tales vovere non possunt. Secundo
quia est cum maiori obligatione nam
servans virginitatem cum voto deo offert
duo scilicet voluntatem et opus. Servans
vero sine voto solum offert unum scilicet
opus. Sicut ergo plus meruit petrus quia
dimisit omnia et secutus est christum quam so
crates plus qui solum temporalia di
misit vel alius qui dimittet divicias
et christum non sequitur. Ita plus meretur
virgo servans virginitate cum voto
quia offert arborem et fructum servans
vero sine voto solum offert fructum. Tercio
sic quia fit cum perpetua et firma observatione
non servans virginitatem sine voto potest
resilire a proposito quando vult. Sed voventibus
virginitatem et servantibus ipsam cum voto
non solum nubere sed velle nubere est dampnabile
ut dicit Jeronimus et ponitur xxvii q. prima. ¶ Ad quar
tam est dicendum quod ius divinum et humanum in
hoc concordant quod vim violentia retrahatur
et mandato comparatur. Si enim quis non con
sentit in homicidium factum non ignoranter
homicida apud deum non reputatur ac si fe
cisset vel mandasset homicidium illud fieri.
Si ergo virgo sic violenter corrupta et post
modum consentiat in talem corrupcionem
perdit aureolam et premium virginum quia
apud deum habetur voluntarie corrupta
et perdit irrecuperabiliter quia consensus in re
iam factam non potest recuperari nec ex toto
de ipso penitere. Et dico ex toto quia bene
potest penitere quod ille consensus et volun
taria corrupcio non imputetur sibi ad eternam
penam consequenter tamen ad recuperandum aure
olam vel illius premium accidentalis quod de
betur virginibus irrecuperabiliter perditur.
Sed si virgo sit violenter corrupta et postmodum

consenciat in aliquam corrupcionem fien
dam non illam iam factam poterit Vt pro
to de illo consensu penitere non solum vt
eciam penam transeat. verum eciam vt
recipiet aureolam et premium virginibus
debitum. ab rati habitacio ita trahetur
ante in futurum sicut retro in preteritum

Sermo

Sicut enim homo peregre proficis
cens vocavit servos suos et tradidit
illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta
alii autem duo alii vero unum unicuique
secundum propriam virtutem. Et profectus est sta
tim. Abiit autem qui quinque talenta accepe
rat. Et operatus est in eis et lucratus est
alia quinque. Similiter et qui duo acceperat lucratus
est alia duo. Qui autem unum acceperat
abiens fodit in terram et abscondit pecu
niam domini sui. Post multum vero temporis ve
nit dominus servorum illorum et posuit
racionem cum illis. Et accedens qui quinque
talenta acceperat obtulit alia quinque
talenta dicens domine quinque talenta tradi
disti michi. Ecce alia quinque superlucratus
sum. Ait illi dominus eius. Euge serve bone
et fidelis quia super pauca fuisti fidelis
super multa te constituam. intra in gau
dium domini tui. Accessit autem et qui duo
talenta acceperat et ait. Domine duo talenta
tradidisti michi ecce alia duo superlucratus
sum. Ait illi dominus eius. Euge serve bo
ne et fidelis quia supra pauca fuisti fide
lis supra multa te constituam intra in
gaudium domini tui. Accedens autem
qui unum talentum acceperat ait. Domine
scio quia homo durus es metis ubi non
seminasti. Et congregas ubi non sparsisti
Et timens abii et abscondi talentum tu
um in terra. Ecce habes quod tuum est.
Respondens autem dominus eius dixit ei
Serve male et piger sciebas quia meto ubi
non seminavi et congrego ubi non sparsi.
Oportuit ergo te committere pecuniam me
am nummulariis et ego veniens recepis
sem utique quod meum est cum usuris. Tol
lite itaque ab eo talentum et date ei qui

habet decem talenta. Omni enim habenti
dabitur et habundabit. Ei autem qui non
habet et quod videtur habere auferetur
ab eo. Et inutilem servum eicite in te
nebras exteriores. Illic erit fletus et stri
dor dencium. Posita ponderata iusticia re
gis mei ihesu christi quantum ad humanam lau
dem querentes propter honorem. In parte ista
ponderata ponitur iusticia quantum ad ne
gligentes utilitatem suorum proximorum
Et primo ponitur christi donorum diversa parti
cio et dispensacio. Secundo subdit recipiencium
diversa condicio et negociacio. Tercio subiungitur
peccatorum duorum racionis requisicio. Et quarto
concludit negligentis servi dura et aspera
condempnacio. Quantum ergo ad primum dicit
Ecce homo quidam id est christus qui singulariter
fuit homo quia singulariter conceptus pe
regre proficiscens quod tunc fuit quando in ea
carne quam assumpsit abiit in celum.
Carnis enim locus proprie terra est que qua
si ad peregrinandum ducitur dum redemp
torem nostrum in celo collocatur. proficiscens
ergo vocavit servos suos et tradidit eis bo
na sua et uni dedit quinque talenta alii
duo alii vero unum. Vt per quinque intelligamus
scienciam quinque sensuum exteriorum. Per duo
vero intelligamus intellectus scienciam et
operacionem. Sed per unum solum intellectus sci
enciam debemus intelligere. Vt dicit gregorius vel
quinque duobus et uno diversas gracias hominibus
distributas secundum capacitatem recipiencium
debemus intelligere Vt dicit primum. Quantum
vero ad secundum dicit qui accipiens quinque
talenta negociatus est in eis et lucratus
est alia quinque. quod tunc fit quando homines
per exteriores corporales sensus et sensibilium atque
corporalium scienciam celestium noticiam
duplicant ex creaturis intelligentes creato
rem ex corporalibus incorporalia et ex tempo
ralibus sempiterna. Accipiens vero duo
lucratus est alia duo quia sunt nonnulli
qui dum intelligendo et operando aliis predicant
quasi duplum de negocio lucrum repor
tant. Sed accipiens unum fodit in terra
et abscondit pecuniam domini sui secundum
eius errorem. Talentum quippe in terra

absconditum est acceptum a deo ingenium terrenis actionibus implicare. ¶ Quantum autem ad tertium dicit quod post multum temporis venit posuit rationem cum istis servis quibus sua bona distribuerat et dicit post multum tempus, quia longum et magnum tempus erit ab ascensione domini usque ad diem iudicii et reddita ratione per primum qui lucratus est alia quinque et per secundum qui lucratus fuit alia duo utterque audivit a domino Euge serve bone et fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam intra in gaudium domini tui. letatur enim dominus de lucro et fidelitate atque bonitate servorum suorum quod demonstrat per hoc quod dicit Euge quod est interiectio letantis et pollicetur eis quod super plura alia bona eos constituet quia vere dicente apostolo Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in vobis ¶ Sed quantum ad quartum quod dominus durissime servum pigrum domini pecuniam abscondisse condempnavit quia mandavit ut talentum sibi datum ab eo reciperetur et illi qui super lucratus est quinque alia talenta commendaretur, servus vero negligens et malus in tenebras exteriores mittetur, quia ex quo in tenebras interiores decidit lucem scientie sibi collate abscondendo iuste per penam in exteriores cadet tenebras. Sic dicit Gregorius ¶ Sed hic possunt esse quatuor dubitationes ¶ Prima utrum dona gratiarum dentur a deo secundum propriam virtutem et nature capacitatem ¶ Secunda utrum dona a deo recepta sint sibi cum usuris reddenda ¶ Tertia utrum proprium sit deo metere ubi non seminat et colligere ubi non sparsit ¶ Quarta utrum pro negligentia multiplicandi talentum domini homo debeat eternaliter dampnari ¶ Ad primam est dicendum quod natura humana et angelica recipit dona gratie secundum capacitatem nature, sed secundum quod cum maiori conatu et minori, et secundum quod magis et minus intense fertur in deum per actum liberi voluntatis ipsius sed cum natura angelica sit superior quam humana, et cum habeat aliquod retractivum. Videtur quod magis intense et cum fortiori conatu feratur quam humana natura et sic ut videtur nunquam natura posset repleri tanta gratia quanta repletur natura angelica quod est falsum ¶ Primo de Christo qui recepit spiritum non ad mensuram ¶ Secundo de beata virgine que super choros angelorum est elevata ¶ Et tertio generaliter de omnibus sanctis qui assumpti et assumendi sunt ad ordines angelorum per quorum ascensionem natura angelica erit reparata ¶ Ad hoc ergo dicunt aliqui quod angelus loquendo de naturali potentia in comparatione ad gloriam quam posset mereri per omnes actus vel per multos si esset maior nunquam posset homo recipere tantam gloriam quam recipet angelus ¶ Sed loquendo de gloria quam meruit per unum actum suum potest homo mereri per plures actus tantam vel maiorem gloriam per unum solum non obstante quod natura est superior et in conatu fortior vel intensior unde non potuit angelus tantum mereri de gloria per unum actum intense et ex conatu quantum meretur homo per plures actus a principio usque ad finem. De Christo vero de beataque virgine est dicendum ¶ Quod in humana natura est duplex potentia una naturalis alia obedientialis et ista potest repleri duplici gratia ¶ Primo propter comparationem ad deum in natura humana substantificetur personaliter in divino substantivo per gratiam unionis ¶ Secundo per comparationem ad deum et ad omnem aliam gratiam preter gratiam unionis in Christo ergo utroque modo potentia obedientialis fuit repleta, quia natura humana in Christo repleta fuit gratia unionis et omni alia gratia sanctificationis ¶ Dicitur autem obedientialis potentia quidquid deus facit in creatura quod sibi placet ¶ In beata autem virgine per potentiam hanc obedientialem capacitas eius fuit repleta omni alia gratia preter gratiam unionis maiori quam posset impleri ergo

xxxvj

cepto q no fuit psonaliter vnita diuine
psone et quia fit natura ancjelica potencia
obedienciali no fuit repleta ideo replecio
intrinseca marie excedit replecionem omnis
creature ancjelice vel humane preter xpm
in alijs aut sanctis dicendum est q possunt
ad gloriam equalem et maiorem anglorum
peruenire quia per plures actus possunt
tantum mereri quantum angeli per vnum
ex toto conatu suo et maxime quia tales
actus plures recipiunt augmentum meriti
et premij multa ex merito passionis xpi
Ad secundam est dicendum q cum xpus dicit
pecuniam suam committendam esse nummu
larijs ut veniens ipse cum vsuris recipi
at quod suum est. Locucio est similitudina
ria et methaphorica. Nam secundum Johannem
per nummularios quibus xpi pecunia commit
titur vel possunt intelligi sacramentorum admi
nistratores vel sacre scripture expositores
uel consiliorum obseruatores. Omnes enim isti
cum vsura debent xpo reddere quod suum est.
Quia sacramentorum administratores tunc
cum vsura reddunt quando misterium admi
nistrant et fidem seruant. Ita enim dicit
apostolus sic nos existimet homo ut mi
nistros xpi et dispensatores misteriorum dei
et postea subdit hic queritur inter dispensa
tores ut fidelis quis inueniatur. Ergo tunc
tales sunt xpi nummularij quando dispensant
et quando fideliter faciunt. Sacre vero scripture
tunc cum vsura reddunt quando et verbo do
cent et exemplo confirmant. Quia tunc dicen
te apostolo duplici honore digni sunt. Sed con
siliorum obseruatores nummularij xpi sunt
quia mandata implent et consilia super
erogant. Sciendum est tamen ut dicit
Gregorius q sicut in presenti sermone quo
dicitur pecuniam reddendam esse xpo
cum vsura aspicitur periculum doctorum
et maiorum de ecclesia si pecuniam domini
teneant et no multiplicent si aspiciatur pericu
lum auditorum quod cum vsuris requi
ritur ab eis que audierunt ut per illa que
audierunt studeat no audita intelligere

et opera adimplere. Ad terciam est dicendum
q sicut secundum Augustinum contrarium est deo ex ma
lis eliciere bona aliter ipse mala in mundo fieri
no sineret. Sic contrarium est ei metere ubi no semi
nat et colligere ubi no sparsit. Seminat enim
homo dispergendo bona temporalia pauperibus
et ipse deus metit et colligit ex hijs bona
spiritualia quia que eis fiunt reputat sibi
esse facta. Item seminat homo iustus ex
suo libero arbitrio cum auxilio gracie xpi
aliqua spiritualia opera et ipse deus ex illis
metit et colligit vitam eternam. In tercio
ergo seruus ille piger abscondens pecuniam
domini sui secundum Johannem fuit reprehendendus
et dampnandus. Primo in superbia quia
dixit Scio quia durus es calumpniam
enim et blasphemiam domino imposuit cum
ipse sit suauis et mitis omnibus inuocantibus
eum. Secundo in diffidencia quia dixit
metis ubi non seminas et colligis ubi no sparsisti
aut enim hoc credebat de deo aut no crede
bat sed diffidebat et planum est q nullum
credebat q si hoc credidisset seminasset tempora
liter ut deus meteret in eo spiritualiter et spar
sisset ut deus sibi fructum redderet. Et quia
homines hoc no credunt perfecte posse. scilicet
pro minus magna pro corporalibus spiritualia pro tem
poralibus eterna recipere. Ideo dicente apostolo
Ira dei venit super filios diffidencie quam
iram meruit iste seruus piger qui dominicam
pecuniam abscondit. Tercio in negligencia
quia dixit abscondi talentum tuum in terra
vel in archa et nec in vita nec in morte vo
luit manifestare. Unde Gregorius ponit in di
alogo q cum tres aurei fuissent inuenti
quos absconderat quidam suus monachus
mandauit ut nullus monachus sibi loqui
deberet preter illum qui sibi ministrabat. Quod
cum ille quesiuisset que esset causa audiuit
tale mandatum esse factum propter pecuniam
absconsam per eum quo audito ingemuit
et sic est mortuus et sepultus in sterquilinio.
Demum ordinauit Gregorius ut sacra obla
cio pro eo offerretur usque ad xxx dies quibus
expletis apparuit defunctus monachus et
dixit se esse de pena liberatum. Quomodo qualiter

tamen secundum Gregorium Illi qui dona scie
et gratie recipiunt adeo et negligunt dispe
sare gravissime peccat et cessaunt adeo in
dicabunt Unde ait quod valde timendum est
ne nos qui plus ceteris in hoc mundo acce
pisse adeo aliquid cernimur ab auctore
mundi gravius inde iudicemur ¶ Ad
quartum est dicendum quod sicut dicit Crisostomus
super hunc passum etiam pena potest homo
dampnari non solum pro peccato commissionis
committendo adulterium furtum seu homi
cidium verum etiam pro peccato obmissionis
Unde ait quod non solum qui rapit aliena
aut qui mala operatur punitur ultima
pena sed etiam qui bona non facit non enim
dives ille epulo fuit dampnatus quia
rapuit aliena sed quia propria bona laza
ro non communicavit Dupliciter ergo negli
gentia potest esse peccatum mortale Primo
ex parte operis quod negligitur ut si negliga
tur cultus dei omnino ipsum pretermittendo
scilicet omnia illa mandata que nos ordinat
ad cultum eius Vel si negligitur salus
propria aut dilectio proximi scilicet omnia
mandata que nos ordinat ad caritatem
proximi et universaliter si negligatur
omnino illud quod est necessarium ad
salutem consequendam tunc est peccatum
mortale Secundo ex parte voluntatis
a qua contempnitur Quia negligentia oppo
nitur diligentie Planum est autem quod
rationis et voluntatis humane est apponere di
ligentiam debitam in omni operatione vir
tuosa quia pretermissa virtuosa non
esset et si talis diligentia est apponenda
in virtutibus humanis multo magis in
operibus virtuosis que nos ad deum ordinat
Si ergo diligentia necessaria contemp
natur per voluntatem sine peccato es
se non potest si tamen non obmittatur
diligentia Sed si non apponatur tanta
et sic intense et ex tanto conatu sicut decet
fragilitate humana existente non est
tunc putandum esse peccatum mortale sed
veniale

Cum autem venerit Lectio iii
filius hominis in maiestate sua
et omnes angeli eius cum eo Tunc sede
bit super sedem maiestatis sue Et congre
gabuntur ante eum omnes gentes Et
separabit eos ab invicem sicut pastor segre
gat oves ab edis Et statuet oves quidem
a dextris Edos autem a sinistris Tunc
dicet rex hiis qui a dextris eius erunt
Venite benedicti patris mei possidete pa
ratum vobis regnum a constitutione mun
di Esurivi enim et dedistis michi man
ducare Sitivi et dedistis michi bibere Hos
pes eram et collegistis me Nudus et co
operuistis me Infirmus et visitastis me
In carcere eram et venistis ad me Tunc
respondebunt ei iusti dicentes Domine
quando te vidimus esurientem et pavimus
Sitientem et dedimus tibi potum Quando
autem te vidimus hospitem et collegimus
te Aut nudum et cooperuimus te Aut
quando te vidimus in carcere aut infirmum
et venimus ad te Et respondens rex di
cet illis Amen dico vobis quamdiu fecistis
uni de hiis fratribus meis minimis michi fe
cistis Tunc dicet et hiis qui a sinistris
eius erunt Discedite a me maledicti in
ignem eternum qui paratus est dyabolo
et angelis eius Esurivi enim et non de
distis michi manducare Sitivi et non
dedistis michi potum Hospes eram et
non collegistis me Nudus et non operuistis
me Infirmus et in carcere et non visitas
tis me Tunc respondebunt et ipsi dicen
tes Domine quando te vidimus esurientem
aut sitientem aut hospitem aut nudum
aut infirmum vel in carcere et non mi
nistravimus tibi Tunc respondebit
illis dicens Amen dico vobis Quamdiu
non fecistis uni de minoribus hiis nec
michi fecistis Et ibunt hii in supplicium
eternum Iusti autem in vitam eternam
¶ Sicut supra dicebat hic ponitur

ponderata iusticia nostri salvatoris. Quantum ad discussionem omnium iudicandorum. Et primo ponitur omnium iudicandorum ante iudicem presentatio et congregatio. Secundo omnium electorum bonorum operum numeratio et rememoratio. Tercio omnium reproborum malorum operum examinatio et condempnatio. Et quarto sententie late executio et irretractabilis renovatio.

¶ Quantum ergo ad primum dicit: Cum enim filius hominis venerit in maiestate sua. Video enim ante passionem suam beatorum remunerationem et malorum dampnationem repromisit ut futura scandala passionis primo compensaret. Ut dicit Iohannes Crisostomus. Et dicit filium hominis venturum in maiestate sua quia in forma humana videbit enim impius et in forma quam ex nobis accepit in iudicio apparebit. Ut dicit Augustinus. Non tamen solus veniet sed omnes angeli eius cum eo ut sint testes in iudicio quantum administraverunt missi a deo ad hominum salutem procurandam. Dicit Crisostomus. Et tunc ipso sedente in solio suo congregabuntur ante eum omnes gentes. Omnes enim dicente apostolo ante tribunal Christi oportet presentari quorum presentatio et congregatio ante iudicem per ministerium angelorum fiet. Ut dicit Augustinus. Nec erit commixtio palee cum tritico nec zizanie cum frumento sicut in presenti quando per speculum et obscure cognoscimus, sed separabit iudex malos a bonis sicut separantur oves ab edis et oves statuet a dextris propter humilitatem et fructuositatem, edos autem a sinistris propter superbiam et tumositatem. Dicitur enim Proverbiorum iiii°: Vias que a dextris sunt novit dominus, perverse vero sunt a sinistris.

gure. Auctoritas est Jo. 19 ubi dicitur quod iudei
eo die quo christus passus est non intraverunt
in pretorium ut non contaminarentur sed mandu-
carent pascha. planum est autem quod luna xiiii
manducabant pascha ut dicitur Exo. 12 / et
Levit. 23. Alii dicunt quod ihesus christus pascha

fecit cum discipulis suis predicto die pascha in
dicto. Quod probant per illud quod dicitur Jo. xiii
Ante diem festum pasche sciens ihesus quia ve-
nit hora eius cena facta cum discipulis suis
et pedes eorum lavit. Et Jo. expresse dicit sup-
plicium passionis quod ihesus christus prima die azimorum
que erat 12 primi mensis qua agnus a iudeis
immolabatur et luna erat plenissima et nichil
fermenti in domibus iudeorum inveniebatur tunc cum
suis discipulis pascha celebravit. Unde Mat.
xxvi dicitur prima die azimorum qua pascha immo-
labatur tunc accesserunt discipuli ad ihesum dicen-
tes: Ubi vis paremus tibi comedere pascha. Igitur quando iudei
manducabant pascha tunc ihesus christus cum dis-
cipulis manducavit quod ex precepto legis erat
xiiii luna que tunc venit quinta feria et per consequens
sexta feria luna xv passus est. Quod non dicitur de
figura agni paschalis solvit Remigius dicens
quod illa nocte qua agnus paschalis immola-
batur non est passus id est crucifixus sed verum tentus
et ligatus fuit a iudeis et suum corporis et san-
guinis misterium discipulis celebrandum tradidit
et sic sue immolacionis et passionis sacramenta
exordium. Quod autem subditur de introitu iudeorum
in pretorium dicendum quod ibi ut Crisost. dicit non accipitur
comedere pascha pro agno paschali sed pro
paschalibus panibus. Nam sicut scribitur
Levit. 23 sequentibus diebus post comestionem
agni paschalis solempnius et celeberrima
habebatur. vel omnibus diebus illis sex post
primam diem azimorum in qua agnus immo-
labatur dies paschales vocabantur et cibis pas-
chalibus utebantur puta azima quia fermentum
in hiis diebus aput iudeos inveniri non
debebat / et hoc est illa racio Crisost. Quod autem
dicitur in Johanne Ante diem festum pasche accepit
Johannes pascha illum diem solempnem post comes-
tionem agni paschalis antequam ihesus christus

cena cum discipulis fecit et lavit pedes eorum
¶ Ad sciendum est Decimo quod crux dicat quod ille pater familias apud quem ihesus christus cum discipulis
suis agnum paschalem comedit dupliciter admi-
racione et commendacione dignus fuit. Primo quia
ignotus et non cognoscebat ihesum christum et tamen ex-
stat adhuc ihesu christi discipulorum cognicione
eum hospicio recepit. Secundo quia multorum odium
contempsit. Cum enim iudei notarent tanquam
inimicos omnes ihesum christum recipientes magno
periculo se exposuit dum odium omnium iudeorum
contempsit. Hospes igitur sic mirabilis et commen-
dabilis redditur / ihesus christus quare non ex-
pressit eum nominaliter. Ad hoc videtur Hilarius
dicens hoc ideo fuisse quia nondum ad eorum
nomine credentibus erat positus. Ambrosius
non dicit patrem familias huiusmodi pauperem hominem
fuisse non nominatum in plebe divina aliqua mul-
titudine vel nobilitatis magnitudine / ideo licet
ihesus christus sciret nomen eius / ne tamen crede-
retur quod fuit homo nobilis et magne reputacionis
noluit nomen eius exprimere. Sed Theofilus dicit
quibusdam iudeis quod ideo ihesus christus nomen eius
non expressit ne Iudas proditor eius cognito
nomine domum panderet phariseis qui venien-
tes cepissent ihesum antequam cenam faceret et an-
tequam sacramentum corporis et sanguinis sui discipulis
traderet. ¶ Ad sciendum est Undecimo quod ritus et modus
comedendi agnum paschalem ponitur Exodi 12
ubi dicitur Sic eum comedetis Renes vestros
accingetis / calciamenta habebitis in pedibus vestris
tenentes baculos in manibus et comedetis festi-
nanter. Antiqui igitur renibus et stantes tenebant
comedere agnum paschalem / Cum igitur de ihesu christo
dicatur quod vespere autem facto recumbebat cum xii
discipulis non videtur quod secundum ritum legis illum
paschalem agnum comederit. Ad hanc igitur
dubitacionem sic videtur Theofilus dicens

Si quis querat qualiter dominus recumbens dicatur
cum iudei stantes pascha manducarent dicatur
quod dum manducaverunt pascha steterunt stantes
postmodum non accumbuerunt manducantes alios
cibos. Secundo tunc querit crux. Si ihesus christus
more iudeorum pascha comedit / Numquid nos
eum imitari debemus in hoc ut pascha nostrum
ritu iudeorum comedamus. Ad quod videtur
quod ihesus christus factus est sub lege non ut eos
qui sub lege erant sub lege relinqueret sed
ut ex lege eos educeret. Aliqua tamen carnaliter
celebrata in comestione agni paschalis
spiritualiter observamus in sumpcione corporis christi
que in azima sinceritatis et veritatis dicente
apostolo accipere debemus. ¶ Ad quintum est Duodecimo quod
quod sicut dicitur Exodi 12 Luna xiiii primi mensis
ad vesperam ille agnus paschalis debebat
immolari cuius sanguine postes domorum
iudeorum debebant aspergi. Cum igitur immolacio
illius agni figuraret immolacionem ihesu christi cuius
sanguine postes fidelium secundum crucem aspergerentur
videtur quod hora vespertina missa debeat celebrari
et confirmatur hoc quia tali hora luna xiiii
ad vesperam ihesus christus corpus et sanguinem
suum dedit et sacramentum conficiendum in missa
instituit. Ad hoc igitur est sciendum quod sicut habetur
de consecracione di. prima. Excepta nocte nativitatis
domini aliis temporibus in diebus missarum sollempnia
celebranda sunt / et satis congrue quia sacramentum
tunc celebrandum in missa ad tempus gracie spectat
quod per diem reputatur iuxta illud apostoli Nox precessit
dies autem appropinquabit. Pro statim signis
diei apparentibus misse peculiares et devote
dici possunt. Inferius non et diebus sollempnibus
in tercia / tunc enim vocibus iudeorum ihesus christus
est crucifixus / et spiritus sanctus super apostolos descendit
ut dicitur eadem distinccione. Temporibus non ieiunii et
in sexta quia tunc ihesus christus crucifixus est ma-
nibus militum / et in nona quia tunc exspi-
ravit / misse possunt celebrari / Verum

tamen i ordinibus magna deuocio et preparacio requirunt potissimo in sabbato sancto propter prolixitatem officii multum apponi de tempore ideo scribitur c. 1 distinctione 76 quod ordines presbiterorum et leuitarum hora vespertina et crepusculo seu mane celebrari possunt. Quod non dicitur de immolacione agni paschalis et tradicione sacramenti eucaristie non facit ad propositum. Quia sicut dicit beatus Augustinus corpus suum dedit tunc post cenam discipulis quo tamen ordine postmodum esset sumendum apostolis ordinandum reliquit. Ita quemadmodum tempore vespertino tale sacramentum instituens et seipsum ad immolandum tradidit. Quo tamen tempore postmodum tale sacramentum esset celebrandum esset ordinandum reseruauit. Quia ut dicit Origenes ideo ipse publice voluit esse ut nos a seruitute legis liberaret. ¶ Dubitacio est utrum tunc xpus corpus suum dedit Jude. Quidam dicunt aliis sicut Augustinus non nos occultis peccatoribus sacramentum negemus. Sed planum est quod anteque intinctum panem daret Jude corpus suum dedit discipulis omnibus. Quia ut Lucas dicit postquam xpus accepit panem et benedixit ac fregit et dedit discipulis dicens. Accipite et comedite hoc est corpus meum. Et facto similiter de calice tunc dixit. Ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Quo audito petrus innuit Johanni qui recumbebat super pectus ihesu quis esset ille de quo xpus dicebat quod deberet eum tradere. Et tunc ihesus Johanni querenti a leuo dixit. Ille est cui intinctum panem porrexero et intincto pane dedit Jude dicens. Quod facis fac cicius. Quod non fuit verbum precipientis vel consulentis facinus sed exprobrantis et ostendentis quod nolebat sua passionem impedire ut dicit Crisostomus. Nullus tamen cognouit propter hoc proditorem. Vel quia ihesus sciuit discipulos nullo audiente nisi forte Johanne ominacionem ad eum ante protulit verbum non tamen malum reddidit de Juda propter eius innocenciam. Vel quia dato pane intincto adiecit sed facis facis cicius

accidebant quod quia dispensator erat ut mandaret ei aliquid emere vel pauperibus dare. Nam sicut quod dicit Crisostomus si sciuisset petrus eum interfecisset. Patet similiter quod in buccella intincta ihesus xpus suum corpus non dedit Jude. Quia tunc non recitauit formam consecracionis. Non enim legitur dixisse hoc est corpus meum sicut antea dixerat quando corpus suum dedit omnibus discipulis. Quare autem panem intinctum soli Jude dedit. Augustinus dicit quod fuit propter ostendendam eius fictionem. Non enim omnia que insignitur abluuntur sed multa eciam intinguntur ut inficiantur. Sic ut ostenderet solum Judam esse infectum et non lotum panem intinctum dedit ei quia alii premissi fuerant vos mundi estis sed non omnes. ¶ Dubitacio est de dicto quod Augustinus in libro de consensu ewangelistarum monet hanc dubitacionem dicens quod de introitu dyaboli in Judam non solum alii ewangeliste quam mattheus dicunt tunc dyabolum in Judam intrasse quando iuit ad principes sacerdotum dicens. Quid vultis mihi dare et ego eum vobis tradam et ipsi pacti sunt in promissione illi pecuniam dare quod fuit contra scriptum sed et Johannes contrarius sibi ipsi videtur. Nam Johannis 13° dicitur. Ante diem festum pasche sciens ihesus quia venit hora eius cum dyabolus iam misisset in cor ut traderet eum Judas Symonis scarioth. Postmodum non multa subditur quod post buccellam intinctam introiuit in eum sathanas. Ad hoc igitur respondet Augustinus quia dyabolus introiuit in Judam primo sibi suggerendo et cogitaciones malas inmittendo ut ihesum xpum traderet. Quod fuit contra scriptum sed postmodo plenius ipsum tanquam suum possidendo et per eum omnia sua temptamenta implendo tunc in eum introiuit quando panem intinctum a domino accepit sicut apostoli primo receperunt spiritum sanctum statim post resurrectionem sed plenissime receperunt in die penthecostes. Unde dicit Beda quod primo intrauit in Judam dyabolus tanquam alienum temptando sed secundo vice tanquam suum possidendo et per eum omnia agenda

implendo. Et tamen istius assignat Crisostomus dicens
quod quidem iudas in collegio aliorum apostolorum fuit
corpore non fuit animo in eum mente. Unde notandum
in eum dicitur intrasse sed immisisse in cor eius ut
traderet ihesum christum sed in manifestatione proditionis ihesu
christi quod esset proditor et propinquus expulsio
de collegio bonorum liberius in eum intravit et po
tissime quia sumpto ihesu christi indigne et re
cepto buccelle panis non sentiebat eum am
plius cum ihesu christo stare. Unde dicit Origenes super
illo verbo Et post buccellam continuo exivit
ego existimo quod diabolus post panem receptum ingres
sus in iudam non collocabat eum esse in eodem
loco cum christo. Et Crisostomus ait in omelia de
machabeis quod post communionem mense in iudam
diabolus intravit ut discas quod indigne et ficta
mente misteriorum secreta recipientes celebrantibus
adversus precipue impendit et magis ac magis ad
temptandum illos quia non eque [illegible] comitatur
festinat quia sacrificium domini cibus spiritualis est qui
non nutrit nisi animam viciis omnibus expurgatam
sicut cibus corporalis non nutrit corpus nisi prius
sit malis humoribus evacuatum. lectio iiij

Cenantibus autem illis accepit ihesus
panem et benedixit ac fregit deditque
discipulis suis et ait. Accipite et comedite
hoc est corpus meum. Et accipiens calicem
gratias egit et dedit illis dicens. Bibite ex
hoc omnes. hic est sanguis meus novi testamenti
qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.
Dico autem vobis non bibam amodo de hoc
genimine vitis usque in diem illum cum illud
bibam vobiscum novum in regno patris mei.

Completa typici paschae dispositione impleta ut ostenderetur
dicebatur post cenam corporis et sanguinis
domini nostri ihesu christi consecratio. Unde Jeronimus
continuans hanc partem ad precedentem dicit quod
postquam christus typicum et figuratum pascha
comedit cum suis discipulis ad verum

pascha transiturus ad sacramentum. Dicit quod cenanti
bus illis christo scilicet et discipulis. Iam enim pascha
legis agnum comederant sed adhuc stabant
in cena comedentes alios cibos accepit
tunc ihesus panem de grano frumenti quia ipse grano
frumenti se comparat ut glosa dicit. Unde de alio
pane sacramentum confici non potest. Accepit igitur
et benedixit et ascendendum est quod oculos ad ce
lum elevavit quia in suscitatione lazari legitur
ad celum oculos levasse ac fregit. Quia
cum hostia frangitur et sanguis de calice
in ora fidelium funditur nichil aliud quam
quod immolatio corporis christi in cruce et sanguinis
effusio de latere designatur sed duplex. Deditque
discipulis suis dicens. Accipite cum mentis pu
ritate et comedite cum mentis sinceritate co
gnitione. hoc est corpus meum finita oratione
consecrationis et hec quantum ad rem supra dicta.
Et similiter post cenam dominus ihesus christus hoc sacramentum
[illegible] apostolis dederit, quo tamen ordine
postmodum esset sumendum ecclesie reliquit de
cernendum. Unde dicit Augustinus et ponitur de consecratione
distinctione ij placuit spiritui sancto in honorem sacramenti
tanti ut in os christiani prius dominicum corpus intraret
et quia corporalis refectio sed glosa sicut pabulum
et potum ita [illegible] cibus et potus dominus nobis
spiritualem refectionem [illegible] quod perficit
Et accipiens calicem id est vinum cum aqua [illegible]
in calice gratias egit. Quare autem gratias
egit Crisostomus assignat triplicem causam. Primo ut nos
doceat cum quanta gratiarum actione hoc sacramentum perficere
Secundo ut ipse effundendo suum sanguinem gratias egit
sic nos quidquid patimur pro ihesu christo cum gratiarum
actione recipiamus. Tertia in signum quod
effusio sanguinis christi nos a diaboli servitute
liberavit sicut in signa immolatio agni
paschalis liberavit populum israeliticum ab egip
tiaca servitute. Et dedit illis scilicet apostolis
dicens. Bibite ex hoc omnes hic est sanguis

nouum testamentum id est confirmatus nouum testamentum. Nam secundum apostolum testamentum in morte confirmatum est sic et testamentum ihesu christi in morte et effusione sanguinis eius fuit roboratum et confirmatum. Cum enim sanguis pro multis immo pro omnibus sufficiat sed pro multis efficaciter effunditur in remissionem peccatorum. Vel dicit pro multis secundum [illegible] quia non solum vnam gentem ihesus christus venit saluare sed de qualibet gente ihesus christus multos saluat. Et quia de passione domini sui fuerat locutus statim de retributione secundum quod simone inducit dominus dicens autem vobis Non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. Id est non enim exponit non bibit vinum usque in diem retributionis quia retributio regnum patris appellat ut dicit Crisostomus. Tunc enim cum apostolis bibit vinum nouum quia nouo modo. Cum enim iam esset immortalis factus non bibit tamen vinum ad necessitatem quia indigeret sed ad probationem et retributionis veritatem et hoc fuit nouo modo bibere. Et quod post retributionem bibit cum apostolis patet per illud quod dixit petrus [illegible] cum manifestum fieri non omni populo sed testibus preordinatis a deo nobis qui manducauimus et bibimus cum eo postquam surrexit a mortuis. In vino quo vtitur ihesus christus suum sanguinem dedit. Vnde non in aqua nec in aliquo alio liquore sanguis christi potest confici, quia ut Crisostomus dicit vitis non aquam nec liquorem aliud sed solum vinum generat. Et in pane azimo [illegible] ihesus christus carnem puram non corruptam fermento peccati suscepit et in fermento [illegible] quia verbum patris vnitum est humane nature et est verus deus et verus homo sicut fermentum coniungitur farine. Vnde patet presbiter latinus conficiens in fermentato tamen et in azimo et in fermentato verum sacramentum conficit ut Crisostomus dicit.

¶ Ex hoc patent esse viii dubitationes.

¶ Prima utrum hoc sacramentum corporis et sanguinis ihesu christi perfecte remaneret. ¶ Secunda utrum illa que dicuntur sine peccato ab aliquo possint pretermitti. ¶ Tercia utrum in prefatione consecrationis istius sacramenti debeat dici aliud quam invenitur. ¶ Quarta utrum ad [illegible] hoc sacrum debeat dici ad quod epistola. ¶ Quinta utrum ad oblationem [illegible] istius sacramenti debeat dici ad quod offerenda. ¶ Sexta utrum in consecratione istius sacramenti debeat dici ad quod hoc est corpus meum. ¶ Septima utrum in [illegible] istius sacramenti debeat dici ad quod pater noster. ¶ Octaua utrum in gratiarum actione istius sacramenti debeat dici ad quod postcommunio.

¶ Ad primam est dicendum quod in hoc sacratissimo sacramento continetur ipse gloriosus ihesus christus saluator noster non solum per gratiam sed per operationem virtutem omnis sacramenti [illegible] sacramentis vendicat ipse totus realiter continetur. Ideo est tractandum cum maiori reuerentia cum maiori munditia et cum maiori diligentia et efficacia. Cum maiori reuerentia quia est omnibus dignius. Dicit enim scriptura in [illegible]. Sufficit enim [illegible] potestas maior est enim omni laude. Cum maiori munditia quia est ceteris sanctius. Dicit enim [illegible] Custodi pedem tuum ingrediens domum dei. Cum maiori diligentia quia est ceteris vtilius. Vnde [illegible] Omni diligentia serua cor tuum quia ex ipso vita procedit. Ex hoc enim sacramento [illegible] viuimus mouemur et sumus sicut corpus [illegible] ex vita cordis. Possumus ergo dicere quod in missa ponuntur [illegible] preordinate que faciunt ad reuerentiam munditiam et diligentiam istius sacramenti. Prima est digna preparatio. Secunda est fidelium [illegible]. Tertia est sacrarum oblatio. Quartum est oblate consecratio. Quintum est ipsius sacramenti [illegible]. [illegible] est [illegible] gratiarum actio. [illegible] ad ista [illegible] perfecte [illegible] sacratissimum sacramentum reputatur in missa. Sed quia [illegible] ipsa missa habet [illegible] partes. Prima incipit ad introitum et terminatur in epistola. Secunda incipit in epistola et terminatur in offerenda. Tertia incipit in offerenda et terminatur in Te igitur clementissime pater

Quarta incipit in Te igitur et terminat in Pater noster
Quinta incipit in Pater noster et terminat in post communionem
et sexta incipit in post communionem et terminat in fine
misse. ¶ Ad secundam dicendum quod eorum que dicuntur in
missa aliqua pertinent ad ipsius misse celebrande
ordinationem, Aliqua non ad ipsius misse, ut pacis
et unionis conservationem, et aliqua pertinent ad misse solemp
nitatem et decorationem. Illa enim que pertinent ad
misse celebrande ordinationem, primo ab apostolis
tradita sunt, dicitur in de consecratione di. prima. quia Iacobus
frater domini secundum carnem cui tradita est primo ierosolimitana
ecclesia, et Basilius cesariensis episcopus cuius clari
tas per totum orbem refulsit in scriptis addi
derunt nobis misse celebrationem. Quia ordo ce
lebrandi missam primo ab eis institutus est
ut glosa ibi dicit. Illa non que pertinent ad
misse consecrationem, immediate a domino nostro ihesu
christo prolata sunt quia ut dicit Ambrosius et habetur
de consecratione di. ii. a solis verbis prolatis a domino
ihesu christo panis convertitur in corpus christi et vinum
in sanguinem. Quia multa alia dicuntur in missa que
spectant ad celebrationem misse que per successores
apostolorum ut per Gregorium et alios doctores addita
sunt que cum faciant ad eius decorationem et misticam
significationem ac devotam incitationem per certum
sunt ampliata, unde dicitur di. xi. capitulo Ecclesiasticarum
quia non solum ea dicimus in missa que in ewangelio continentur
vel ab apostolo Iacobo inserta sunt in preceptis
sed plura alia adicimus magis quam videtur quedam
ta misteriis. Omnia igitur predicta quia consilio
spiritus sancti ecclesia accepit veneranda et observan
da non licet aliam permittere sed omni pietatis
affectu inviolabiliter et reverenter observare
ut dicitur di. supradicta. ¶ Ad tertiam dicendum quod in prima
parte misse agitur de digna preparatione accedendi
ad sacramentum corporis ihesu christi. Sunt autem quatuor
que faciunt ad hanc dignam preparationem. Primum
divine laudis decantatio. Nam per introitum

divine laudis nobis ostenditur iter et via qua
pergimus ad salutem nostram, iuxta illud Sacrificium
laudis honorificabit me et illuc iter quod ostendam
illi salutare dei. Secundum misericordie subvenientis
nam experto interiori miseria ignorancie
misericordie et penitencie in quibus indigemus nobis
primum admittitur misereri et subveniri
Tertium est celestis glorie pax et quietatio. Cum enim
spiritui nostro corpus sit inquietum non possumus
perfectam pacem habere donec requiescat in deo. Quartum
est divine gratie largitio quia nisi ipse deus sua
gratia preveniat et subsequatur, sibi nostra opera
non accepta nec placita esse possunt. Ista igitur
quatuor que faciunt ad dignam preparationem istius sacra
menti petuntur in prima parte misse. Nam divine laudis
decantatio petitur per introitum, qui ut in pluribus
accipitur de psalmis, quia secundum dictum psalmus per modum
laudis totam sacram scripturam continet. Item
non misericordie subvenientis petitur per kyrieleyson
quod interpretatur domine miserere, et repetitur ter
secundum aliquos ad imperitudinem animi ut pluries
ierarchie angelorum sicut enim tempore defectus
ignorantie culpe et penitencie quam patitur ut
supra dictum est. Celestis autem glorie pax et quietatio
per Gloria in excelsis deo petitur quod in festivitatibus
sanctorum dicitur, quia consortium nobis permittitur, dimitti
tur in missis de ploracionibus et luctuum et specialiter in
septuagesima usque ad pascha a hora nona, quia sicut oratio
hominis gaudium contulit angelis per omnibus
successionem reparanda erat eorum ruina, ita
potius eius cum in media agitur in predicto tempore
intulit eis dolorem et tristitiam, quia tunc letitia
primo modo eis et nobis per virtute Christi restituta
est sicut dicit de consecratione di. prima. Quartum divine
gratie largitio petitur per oraciones, et quia gratia et be
nignitas per ihesum christum facta est, ideo semper in fine
orationis dicitur per dominum nostrum ihesum christum etc.
¶ Ad quartam dicendum quod in hoc sacramento sacrificio
potissime est necessaria instructio fidei quia
nisi credamus non intelligemus iuxta illud

ysa vij° Nisi credidit' nō intelliget' Inp
quo v̄bo dicit aug⁹ q̄ nisi crederem⁹ h' p̄ri
dē nō intelligerem⁹ ī patria papa vbi p̄or
Ad p̄fectā at instructiōz fidei s̄t q̄tuor
necc̄aria p̄m⁹ ē p̄phetica p̄nūciaco que p
aplos ē diuulgata sup̄ id Inoniez tram
expmit s̄o ē ordīe dicte doct̄e delecta
ꝛ augmētaco / deley eni h̄s delectū ī doct̄a
ihū xpi sup̄ id Letabor ego s̄r elo⁹ t sicut
qui inuenit s̄po mlt / ꝛ ex h̄oc nictur h̄o
q̄ quibusdā gradibus add̄i cogit̄or ascedē
sup̄ id ibūt de virtute ī virtute videbi dē
deor ī syon Tciū ē p̄mus doct̄a fidei tra
dicio / ꝛ q̄mus tradico doct̄e s̄t p̄or q̄
eius p̄nūciaco via p̄fectōis / tm̄ via p̄pa
racōnis ē prior p̄nūciaco q̄ tradicio
Certitudo ē p̄dicte doct̄e ꝯfirmaco ꝛ robōraco
ꝛ defensio at infallibilis adhesio Ista
ꝯo q̄tuor p̄ ordine ponūt ī h̄a p̄te miss̄
s̄c ī q̄ ut dicebā de fidei instructiōe agi
Na p̄o legi ul' cātatur ep̄la siue p̄phia
q̄ ē incoriū doctrine fidei p̄nūciaco ul'
p̄mulgaco / s̄o cātatur graduale ū al
leluia ī fest' ul' dr̄ tractus in diebus
luctus ꝛ ploracōis p quod intell' ꝛ de
notat doct̄e fidei delectaco ꝛ p̄gressio
ꝫo legi ul' cātat euuāge⁹ in q° exp̄mi
dicte doct̄e tradicio p ih'm x̄p qui fuit
deus ꝛ hō s̄r n̄r / q̄rto cātat Credo
potissime ī fest' virginis ꝛ aplor̄ p quos
fides fuit defensata ꝛ ꝯfirmata ꝛ roborata
Nō aūt legi' ī fest' Iohis bap̄te q̄ t̄pe suo
q̄ fidei doct̄a erat ī itarā incliosa lic3 ip̄e
s̄c erat lucerna ardens ꝛ lucens ante dūm
Adq̄nta ē dd̄m q̄ ī di oblacōe aliquid
cōsiderandū ē ex p̄te rei oblate / aliqd
ex p̄te eius cui offertur Na ex p̄te rei
oblate dr̄ ē supplicaco ꝛ dilecco / q̄ hila
rem datorem diligit deus ut d̄t aplus
ī ad cor Ex parte vero offerentium

debz ēe deuocio / vn dicit dd̄ i p̄mi palip ca°
vltio Scio dñe q̄ p̄bas ꝛ simplicitatē di
ligas vn ego ī simplicitate cordis mei obtuli
vniu'sa h' q̄ de manu tua accepi / Ex ex p̄te
eius cui offert' debz ē laudis confessio
ꝛ expressio s̄c n̄ scribi ysa 2° Gra3 actio
ꝛ vox laudis s̄p̄it ī ore tuo / ꝛ s̄ ysta tria
ī tria p̄te misse s̄° p̄° p̄ r̄e oblatū delec
taco ꝛ supplicaco Na p̄ple offert aliquid
deo ad ministroꝝ sustētacōem q̄ nō debet
tū fine exp̄ntus ī missa q̄ aliq̄d offerat
vn dr̄ de ꝯs̄r̄ di s̄a Omnis xp̄anus ad miss̄
sar̄ solēpnia aliquid offerat ꝛ reducat
ad memoriā q̄d dr̄ deut° 16 Nō appebis
ī ꝯspectu dūi vacuus Sacerdos nō off
pane ꝛ vinū ꝛ aquā adysus sacrificii
confeccōz / q̄ ut dr̄ de ꝯs̄r̄ di 2a adco
ficiēdū corp⁹ ꝛ sāg⁹ dūi ihū x̄ nichil
s̄t pane vinū ꝛ aqua debz offerri Delca°
ꝯo ī oblacōe q̄ fit a p̄plo exp̄mit' ī tribus
oronibus q̄s dicā Na sup̄ cat p̄ si et
alioꝝ saluacōe qū d̄t / ut in ꝛ illis p̄fi
ciat ad salutē p̄ d̄ma accepcōe qū dicat
ī ꝯspectu tue maiestatis cū odore sua
uitatis ascēdat / ꝛ p̄ scōꝝ intercessiōe qū
ait ut ip̄i p nobis intercede' dignent' in
celis q̄ꝝ memoriā faci ī t'ris / s̄° pōit
ꝛ exitat offerēciū deuocō ꝛ h' ī p̄facōe
qū dr̄ Sursum corda / Et ponūt in
canōe xo p̄facōnes ut dr̄ de ꝯs̄r̄ di
s̄a / q̄ vna ē de s̄c̄o sp̄u / s̄a de s̄ca trinitate
t'ia de aplis / q̄rta de ihū x̄pi natiuitate
q̄nta de eiꝰ app̄icōe / s̄exta de eiꝰ iciuniis
s̄eptia de cruce dūi n̄ri ihū x̄ / octaua
de r'one dūi / nona de asc̄nsōe Addi
ta tū ē decia de gloriosa virgine maria
ut dr̄ h̄p di c'a° Dcīctoriū canonum
Tercio ponit' illius cui offert' laudis

confessio et expressio / Debemus enim confiteri et
exprimere ihesu christi laudem quantum adeius divi-
nitatem cum angelis et hoc facimus cum dicimus
Sanctus sanctus sanctus / dominus deus sabaoth sicut cherubin
clamat ysaie 6 / et quantum ad eius humanitatem
cum pueris hebreorum et hoc facimus cum dicimus Benedic-
tus qui venit in nomine domini sicut clamabant
pueri matthei 21 ¶ Ad septimum est dicendum quod verba
consecrationis non dicat sacerdos in persona sua sed in persona
christi unde statim cum incipit Te igitur predicere quod pa-
tet omnibus illis verbis usque quo finita est
consecratio corporis et sanguinis utitur in persona
ihesu christi Ante tamen consecrationem ponit aliquorum
petitionem / et post consecrationem fit aliqua commemoratio
Petitur autem v. ante consecrationem primo pax ecclesie
et specialiter omnium sublimium et maiorum quando dicit
In primis que tibi offerimus / Secundo salus nostra
et omnium benefactorum quando addit memento / Tertio
presidium omnium sanctorum et maxime maiorum quorum
auxilio indigemus ad consecrationem tante rei / quando
subdit Communicantes / Quarto petit consumma-
tionem quando adiungit hanc igitur oblationem usque con-
cludit in electorum tuorum iubeas grege numerari
Quinto effectus sacramentorum quando postponit Quam
oblationem tu deus in omnibus quesumus et cetera ¶ Post consecrationem
vero deinceps fit commemoratio primo ipsius misterii
ut eius passionis resurrectionis et ascensionis quando dicit
Unde et memores nos domine et cetera Secundo devotionis
primorum antiquorum specialiter illorum per quos sacramentum fuit si-
gnatum ubi Supra que propicio ac sereno vul-
tu Tertio presentationis angelorum quando adiungit Iube hec
perferri per manus sancti angeli tui Secundum et gregorium
in libro dialogorum infallibiliter credendum est
ad vocem sacerdotis dicentis hoc est corpus meum ce-
los aperiri angelorum choros adesse et infima
summis coniungi Illud quarto pronunciat de mistico
corpore mistico ecclesie militantis quod petimus
representari et transferri per angelos
in sublime altare ecclesie triumphantis

Quinto fit rememoratio absolutionis et libera-
tionis defunctorum / ut quamvis sacramentaliter hoc sacra-
mentum sumere non possunt per tamen oblationem
liberentur / quando addit memento domine et cetera Sexto
remissionis nostrorum peccatorum quando proponit Nobis
quoque peccatoribus ¶ Ad octavum est dicendum quod in precepto
eius sacramenti aliqua dicuntur in persona totius populi quibus sacramentum
est dispensandum / Aliqua non in persona sacerdotis et ministro-
rum ecclesie per quos sacramentum est ministrandum / et aliqua
in persona utriusque eorum pacis est obstaculum / Ad prepara-
tionem sacramenti devota receptione sacerdos dicit in ora-
tione dominica in qua petitur panis non solum corporalis
sed sacramentalis et spiritualis fidelibus domini Ad
ministrorum non a malis et peccatis liberationem
sacerdos dicat secrete Libera nos quesumus domine
Ad utriusque pacis et delectationis acquisi-
tionem dicat Agnus dei / et dicat ter
quia tria sunt tempora nature gratie et glorie / Et
quia prima duo tempora sunt misere / tamen non erit
pacis ideo in primis duobus dicitur miserere
nobis in tertio vero dicitur dona nobis pacem
In missis vero defunctorum mutatur pax
et dicitur dona eis requiem ¶ Ad nonum est dicendum
quod suscepto benedicto sacramento venia est gratiarum actio
quia christus facta cena cum discipulis suis et dato
eis corpore suo sub specie panis et sanguine
sub specie vini ympnum dixit ut patet in textu
Sunt autem tria necessaria in gratiarum actione Primo
populi assistentis dictatio et hoc fit in postcommunione
Secundo sacerdotis celebrantis relatio et hoc fit in oratione
in qua sacerdos refert gratias deo de perceptis munusculis
Tertio diaconi vocatio et hoc fit vel ite
missa est vel benedicamus domino vel requiescant
in pace Sunt enim tres partes corporis ihesu christi
mistica videlicet ipsorum fidelium / quia aliqui sunt in
exultatione / aliqui vero in pugna / et alii in ex-
pectatione perpetue quies et tamen bonis dicitur Ite
missa est ac si diceret hostia sanctus apud
nobis missa est per mediatorem est inter nos

missa e pmitoria passione xpi festinet
ingredi ad illa regnum ubi sancti iam
exultant, pro mortuis non purgatis dicant
Audivimus dno. sed pro existentibus in purgatorio
regem exspectantibus dr Requiescant in pace.
Et ympno dicto exierunt Lectio v
in montem oliveti Tunc dixit illis ihs
Omnes vos scandalum patiemini in me in ista
nocte Scriptum est enim percutiam pastorem et
dispergentur oves gregis postquam autem sur
rexero precedam vos in galileam Respondens
autem petrus ait illi Et si omnes scandalizati
fuerint in te ego numquam scandalizabor.
Ait illi ihus Amen dico tibi quia in hac
nocte antequam gallus cantet ter me nega
bis Ait illi petrus Etiam si oportuerit me
mori tecum non te negabo Similiter et omnes
discipuli dixerunt. Postea corporis et sanguinis
ihu xpi consecratione Impleta ista salvator
post suorum discipulorum minatorum et confortatione
Nam secundum Crisostomum exhortatus ihus xpus predixit
discipulis scandalum quod passuri erant de pas
sione sua predicendo eis sic tamen eos minatur
et confortati sunt ut non exspectarent salutem
sed agentes penitentiam liberarentur cum excepti essent
eventum rei quod ihus xpus predixit licet
quod agricola circa messem pat tenera timeat
de quod ympno dicto illo aspectu forte dicitur
pauperes et sani et laudibus dei iugiter secundum Crisostomum
arguuntur illi qui sumpta potius ad mensa
intrant et de mensa surgunt et nec in principio gratias
agunt nec in fine ympnum dicunt dicto igitur
ympno exierunt in montem oliveti et dixit
tunc ihs discipulis suis Omnes vos scandalum
patiemini in me ista nocte Est enim scanda
lum ruina vel impactio pedum spiritualis
quod hoc tunc patiuntur scandalum quando aliquis im
pedit eum ne ad salutem eternam via rec
ta incedat Et quod apostoli nocte passionis

xpm reliquerunt perdentes fidem divinitatis eius
ex hoc scandalum passi sunt Et hoc ihus xpus
confirmat propheta Zacharie dicente xiij capitulo
percutiam pastorem vel percute pastorem ut dicit
textus et dispergentur oves gregis. Immissa tamen perturbacione
statim subiungit consolationem dicens postquam autem
resurrexero precedam vos in galileam ac si diceret
Non velut statim ascendam nec longe a vobis rece
dam sed ad consolationem et salvacionem vestram
ut non diu permaneatis incredulitate post resurrectionem
vobis me manifestabo Sed petrus quia iam securus
erat se non esse proditorem confidens de se ait
Et si omnes scandalizati fuerint in te ego numquam
scandalizabor Sed tamen non est mentitus petrus quia
tota mente sua non dixit nec demerint quia
voluntas ad hoc quod dicebat promptus erat
tamen erat ardens affectus et fides sincera
circa dominum salvatorem Sed quia petrus non solum
sic cum aliis apostolis scandalizatus est in mor
te ihu xpi verum etiam erat cum ter negaturus
ideo xpus dixit illi Amen dico tibi quia in hac
nocte antequam gallus cantet ter me negabis
Quod sic factum est ut patebit infra Sed quia
petrus credidit quod tunc mortem ihu xpi di
terz cum negaturus ideo ait Etiam si oportuerit
me mori tecum non te negabo Et eodem more
et fervore alii discipuli dixerunt Quia enim non
erat comprehensum in predicione voluerunt cum petro
attestari quod non erant eum negaturi ut dicit
Crisostomus Sed quia hic agitur de misterio crucis quod
credentibus sunt salutis remedium non cre
dentibus vero damnacionis scandalum ideo hic
cruces de ipsa cruce fieri permittuntur Prima nota
in serie misse sunt septem ordines crucium
Secunda nota in primo ordine solum tres cruces coti
neantur Tercia nota in secundo ordine vij cruces
fieri debeant Quarta nota in tercio ordine
sunt solum quinque cruces Quinta nota in
quarto ordine sunt tres cruces fiende

Sexta mutatio in quinto ordine sunt signa alie tres
cruces. Septima mutatio in vii° ordine sunt signa
quinque cruces, tres infra calicem et due extra calicem.
Octava mutatio in viii° ordine solum sunt tres cruces.
Ad primam est dicendum quod crux Christi fuit causa nostre sancti
ficationis, fuit causa nostre salvationis et fuit causa
nostri inimici eiectionis et quia in missa totum myste
rium crucis commemoratur ideo congrue vii ordines
crucis continentur propter ista tria. Primo propter significationem
que representatur septiformis gratia spiritus sancti. Secundo propter nostram
salvationem, ut sicut opus creationis vii
diebus intelligitur esse completum sic opus nostre salva
tionis et redemptionis septem ordinibus crucis
confirmatum est. Tertio propter dyaboli eiectionem quia sicut
muri Jericho in septem diebus corruerunt ut
scribitur Josue vi, sic vii ordinibus crucis dyabolus
eiectus est foras et corruit potestatus eius.
Primus ergo ordo crucis incipit ibi: uti accepta
habeas hec dona etc. Secundus ibi: oblationem quam
tu omnibus benedictam. Tertius ibi: offerimus maiestati
tue. Quartus ibi: sacrosanctum Christi filii tui. Quintus
ibi: Supplices hec omnia domine semper bona creas. Sex
tus ibi: per ipsum et cum ipso. Septimus ibi: pax domini.
Ad secundam est dicendum quod tres cruces fiunt in primo ordine
propter tria que apponuntur, propter tria que intelliguntur,
propter tria que significantur et propter tria que petuntur.
Apponuntur enim tria que in corpus et sanguinem
Christi transmutantur scilicet panis, vinum et aqua. Ta
lia illa que sunt magis necessaria et magis utilia
et magis sustentativa vite humane, sic commoda
sunt ut in corpus et sanguinem Jhesu Christi transformentur.
Tria in istis intelliguntur fides que magis adimpletur
intuitur in vino quod ascendit intelligitur spes
in pane nos qui confortat intelligitur caritas. Vel
in pane qui fortificat intelligitur filius qui est
nostrum gaudium, in aqua que lavat intelligitur
spiritus sanctus juxta illud: Effundam super vos aquam
mundam. Vel in aqua intelligitur munditia
castitatis, in pane fortitudo operis pietatis, et
in vino quod ascendit rectitudo intentionis
equitatis, hiis gradibus virtutum venit

esse vestiti qui digne volunt hoc sacramentum
recipere et ministrare. Tria autem significantur
namque per tres cruces, significatur quod Christus fuit tra
ditus a dampnate, a deo patre, a Juda et a Judeis.
Quartum tria petuntur namque ut sint accepta deo
bona nostra nature, bona gratie et bona glorie.
Ideo dicimus hec dona, hec munera, hec sancta sacri
ficia illibata, ut dona referantur ad naturam,
munera ad gratiam, et sancta sacrificia ad incor
ruptionis gloriam. Ad tertiam est dicendum quod septem
cruces facimus propter eorum que fuerunt in Jhesu Christo completa
propter eorum que sunt nobis necessaria petitiones et propter
eorum que significant representationes. Considerans
namque in Jhesu Christo in eius corpore et sanguine apposita
transformentur septem prerogativas. Primo donorum et
gratie bonitatem, secundo honoris dignitatem,
tertio eternam potestatem, quarto geminam caritatem
addendam et adponendam, quinto benedictionis sanctitate
ad transformandum panem et vinum in corpus et sanguinem
suum. Per tres ergo cruces primas dicimus quod apposita
sunt benedicta bonitate eius donorum, sint accep
ta eius honoris dignitate et sint rata eius
eterna potestate. Et per duas crucis significationes
dicimus quod per eius geminam caritatem quia animam
et corpus pro nobis posuit fiet nobis illud
quod appositum est corpus et sanguis eius. Et
per duas cruces tertio loco positas benedicimus panem
transformandum in corpus et vinum transformandum in
sanguinem, quia ipse Christus Jhesus benedicendo pa
nem et vinum in suum corpus et sanguinem transmutavit.
Et figurantur per tres cruces tertio loco positas talis transfor
matio fit quia tria fuerunt tempora: ante legem,
sub lege et post legem quod est tempus gratie
in quo Jhesus Christus venit in mundum. Talis trans
formatio non fit virtute nature nec virtute legis sed solum
gratia et virtute Jhesu Christi. Secundo propter eorum que sunt nobis
necessaria petitiones namque per tres primas cruces
petimus propter timorem eius potestatis preceptorum ob
servationem, propter honorem eius dignitatis morum
honestatem et infortiorum et propter dona eius bonitatis
eternorum premiationem. Per duas non sequentes
cruces petimus ex participatione corporis eius

angelorum et beatorum associatione et exoptacione
eius sanguinis peccatorum remissionem. Sed per
alias duas cruces tercio loco positas petimus
panis in corpus ihesu christi transformationem et vini
in eius sanguinem conversionem. Secundo per cruces que
significatur reputacionem. Nam per tres cruces secundo
factas super utraque apposita reputatur triplex
vendicio ihesu christi. Fuit enim venditus sacerdoti-
bus scribis et phariseis per duas non factas
divisim reputatur venditus et venditor. Sed per
alias duas reputatur quod sumpto ihesu corpore sacramenti
valet nobis ad salutem anime et corporis. Ad tertiam
est dicendum quod facta consecratione corporis et sanguinis non
facimus cruces ut iam cum quo est sanctus sanctorum nobis
benedicamus sanctificemus sed ut petimus pura
digne hostia tam sancta et pura sumamus
et offeramus. Et ideo in isto ordine v cruces facimus
primo ad reputandum. Nam per v cruces eius v plage
reputantur quas sustinuit in pedibus in ma-
nibus et in latere. Secundo ad aliquid commendandum.
Nam ihesus christus fuit hostia pura in passione. Fuit
hostia sancta in resurrectione. Fuit hostia immaculata in
ascensione. Fuit panis vite eterne caritate
esurientibus et fuit calix salutis perpetue iu-
sticia sicientibus. Unde dicas ob memoriam passi-
onis resurrectionis et ascensionis domini nostri ihesu christi.
Nam ex immutacione eius passionis efficiamur
puri et offerimus hostiam puram. Ex immutacione
eius resurrectionis efficiamur sancti et offerimus hostiam
sanctam. Ex immutacione non eius ascensionis
efficiamur mundi et offerimus hostiam immaculatam
exoptacione autem panis sancti vite eterne
consequimur fortitudinem dilectionis et exoptacione
calicis salutis perpetue consequimur gaudium eterne
exultacionis. Ad quintam est dicendum quod in quinto or-
dine tres cruces facimus propter tria significata
propter tria requisita et propter tria operata. Nam
per duas cruces quibus signamus corpus et
sanguinem ihesu christi significantur vincula et fla-
gella que in passione sustinuit. Per terciam
non crucem qua signamus nos ipsos significatur
quod illa que sustinuit nobis salutis fuerunt
remedia. Requisita non ad consecracionem

istius sacramenti sunt tria: ordo, accio et intencio.
Ordo ut sit sacerdos, accio ut proferat verba
que in cena ihesus christus dixit. Intencio ut dicat
verba intencione consecrandi. Ideo propter ista tria
facta consecracione tres cruces facimus. Ad tercium
quod hoc sacramentum sumptum digne operatur tria:
primo peccata purgat et reliquias peccatorum abstergit.
Secundo virtutes roborat et augmentat. Tercio ad
vitam eternam resuscitat. Ad sextum est dicendum
quod in quinto ordine tres cruces facimus propter tria
que a ihesu christo obtinemus quibus potissime indi-
gemus. Nam indigemus peccatorum remissione baptis-
mali regeneracione et donorum ac graciarum consecucione
ideo dicimus sanctificas peccatorum scilicet remissione
vivificas baptismali regeneracione et benedicas
donorum consecucione. Vel propter tria que de ihesu christo
confitemur. Nam confitemur quod ipse est deus largi-
tor bene ideo nos sanctificat. Est deus fons
vite ideo nos potest vivificare et est deus rex
eterne glorie ideo potest benedicere et quamvis nos causam
quod omnia per ipsum facta sunt tamen in verbo creacionis
cum dicimus per quem hec omnia bona creas non
facimus crucem. Quia natura humana in statu nature
institute licet posset stare non tamen poterat
proficere sine gracia et virtute ihesu christi. Vel propter tria
que in christo ihesu reputamus. Nam ihesus christus pen-
dens in cruce tres ordines fecit. Primo pro persecuto-
ribus eius cum dixit pater dimitte illis quia
nesciunt quid faciunt. Secundum publicacione
a morte cum ait deus meus ut quid dereliquis-
ti me. Terciam pro postulacione glorie cum dixit
pater in manus tuas commendo spiritum meum.
Propter hos igitur tres ordines tres cruces facte in hoc
quinto ordine reputantur. Ad septimam est dicendum
quod in sexto ordine quinque cruces facimus propter
quinque gradus operacionis et propter quinque gradus
reputacionis ostendimus namque ad cognicionem
veritatis per virtutem sancte crucis quinque
gradibus sunt quibus salvari non possumus.
Primo per patris eternitatem, secundo per filii equalitatem
et tercio per spiritus sancti unitatem. Ideo facimus
tres cruces super illis verbis per ipsum et

cuipso et in ipso, verum quia nos qui sumus extra
personas divinas credimus duo de ipso, primo divinus
puta quod sit unus deus et trinus, ideo extra
taliter duas cruces facimus. Vel secundo propter gradus
operacionis. Nam per principium intelligitur creacio, cum
ipso non intelligitur operacio, et in ipso intelligitur consumma-
cio. Per filium enim pater omnia creat, cum ipso ihesu
omnia operatur, et in ipso in unitate spiritus sancti omnia con-
summat, cui est honor et gloria. Et ideo facimus tres
cruces. Vel quia in humana natura quam dei filius
assumpsit extra naturam divinam continet verum cor-
pus et veram animam suscepit, ideo extra taliter
duas cruces facimus, unum quia verus et integer
homo fuit filius dei veniens in hunc mundum in vi^ta^
etate, ideo in omnibus talibus factis in hoc septimo
ordine corpus ihesu christi integre in manibus
tenemus. Vel tres propter gradus temporis. Nam
per tres cruces factas post supra talicem tres ho-
re reputantur quibus ihesus christus pependit in cruce.
Stetit namque in cruce ab hora sexta usque ad
nonam inter quas sunt tres hore. Vel quia
iudei ter clamaverunt crucifige eum. Vel quia
tres cruciatus in cruce passus est, in manibus
in pedibus et in latere. Duas autem facimus extra talicem
propter separacionem anime a corpore, vel propter aquam et sanguinem
que fluxerunt de latere. Tercio notandum est quod in
septimo ordine tres cruces facimus quia in tercia die
dominus ihesus christus resurrexit et quod nobis veram pacem
amicavit. Unde quinque vicibus sacerdos
se vertit ad populum, quia quinque vicibus in die resurreccionis
se christus manifestavit pacem annunciando.
Unde possumus dicere quod triplex est vita. Prima anime
cum corpore, secunda anime separate a corpore, tercia anime
reassumpto corpore. Super prima igitur vita necessaria est pax
que longe facit a crimine et peccato. Nam est
pax impiorum et supplicum que est ordinata eo quod
contempto superiori obediunt inferiori. Est pax
simulata proditorum, nequiunt enim se humiliant
et pacem simulant et intibera plena sunt dolo.
Est pax inquieta fornicatorum. Est pax
scelerata simmaticorum, et est pax dolosa gloria
torum et mistorum. In secunda vita est necessaria pax
que longe est a terrore. In tercia non vita ne-
cessaria est pax que longe facit ab utroque,
consumata perpetualiter in eterna gloria. Ideo dicamus pax
domini sit semper vobiscum. Fiunt autem iste cruces
infra talicem quia in septima etate quam ihesus
christus nobis veram pacem dabit non erit aliquid
quod extimus, quod nos inquietet. Ideo in septimo
ordine fiunt iste cruces pacem annunciantes
in quibus unam partem divina corporis in manibus
tenemus et in talice mittimus duabus
aliis partibus extra remanentibus, quia tres sunt
partes corporis ihesu christi mistica, quarum una
est beatorum existencium in gloria, alia est beatorum
existencium in expectacione, tercia est beatorum
existencium in peregrinacione. Leccio sexta

Tunc venit ihesus cum illis in villam que dicitur
Gethsemani et dixit discipulis suis
Sedete hic donec vadam illuc et orem. Et
assumpto petro et duobus filiis zebedei cepit
contristari et mestus esse. Tunc ait illis
Tristis est anima mea usque ad mortem, sustine-
te hic et vigilate mecum. Et progressus
pusillum procidit in faciem suam orans et
dicens Mi pater si possibile est transeat a me
calix iste. Verumtamen non sicut ego volo sed
sicut tu. Et venit ad discipulos et invenit
eos dormientes. Et dicit petro Sic non
potuisti una hora vigilare mecum. Vigi-
late et orate ut non intretis in temptacionem.
Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.
Iterum secundo abiit et oravit dicens Pater mi
si non potest hic calix transire a me nisi
bibam illum fiat voluntas tua. Et venit
iterum et invenit eos dormientes. Erant
enim oculi eorum gravati. Et relictis illis
iterum abiit et oravit tercio eundem sermonem dicens.
Tunc venit ad discipulos suos et dicit illis
Dormite iam et requiescite. Ecce appropinquabit
hora et filius hominis tradetur in manus
peccatorum. Surgite eamus. Ecce appropin-
quabit qui me tradet etc.

Caplm

Posita aplorum confortacione iuxta pte ut o
dicebatur emmaus ponit ihm x adpciem
devota orone pdamq intellectu e sciendum
q s btur pugne ilo de confusa emmaus post
q ihus xpus cu discipulis cenam fecit
2 sum corpus 2 sanguine eis tradidit/ cumque
adlocum ordinis veniret fecit totum illud
simone que johes ponit No tbet cor
vrui apno ix capli usque ad ig tu Cuc
simone alij emmaus pertinuerunt/ Cilit
i tali intervallo facta e contencio inter discipulos
quis eorum videretur esse maior. Et xps eis dixit
Reges gencium dnantur eorum/ 2c Et petro att
Ecce sathanas expetivit vos ut cribraret
sicut triticum/ Et quesivit ab omnibus quando
misi vos sine sacculo 2 pera nunquid ali
quid defuit vobis/ 2 de vendicione tunice
2 empcione gladij/ q ora lucas ponit/ et
alij tacuerunt/ Eodem modo q p cena ymp
dixerunt/ matth 2 m narrat 2 alij non
posuerunt/ Factis ergo omnibus istis q sicut
dcm e diuersimode ab emmaus ponit
ihus xpus venit ad monte oliveti/ qui
erat trans torrentem cedron/ ut dicat Joh
Et ad que locum i monte oliveti vel matth
explicat dicens/ q venit cu discipulis i villam
q dr gethsemani/ q villa erat situata
s Bedam i latere montis oliveti/ in qua
erat ortus ut dr Johs/ Et m dr q vet
i pdium cui nomen gethsemani Nam an
tiqui ortos 2 campos vel possessiones quas
bello vel preda capiebant predia vocabant
Erat aut talis ortus 2 villa fertilis
vnd gethsemani villa pinguedinis interp
tatur/ 2 illuc ihm xpm decebat orare i
valle pinguedinis/ q sua oro erat vall
p humilitatem 2 pinguis p caritatem. Ductis
ergo discipulis ad locum orationis dixit eis
Sedete hic donec vadam 2 orem Et q
tres assumpsit ad tui significacionem i testio
nium dominitatis 2 claritatis vos tres

accepit ad oracionem i testimonium tristicie et
vere humanitatis/ Ideo ait q assumpto petro
2 duobus filijs Zebedej Jacobo s 2 Johanne
cepit contristari 2 mestus esse/ ut nalez tio
rem de morte insinuans ut dicat hilarius
ut no times mortem/ s Jude tradicionem/ iudeorum
pdicionem 2 aplorum pturbacionem dolens vnd sbdt
Tristis e aia mea usque ad mor sicut hic
2 vigilate mecum/ Tristis dr fuisse usque ad
morte/ no p morte/ i usque q aplos i sua
passione ab infidelitate liberaret ut Remigius dt
vel q tristicia 2 alie nales passiones erant
ihu xpo qui pmittebat carnem pati 2 aiam
condolere 2 vnicuique agere 2 pati quod sibi
pprium erat/ ut dt damascenus/ dicat aut illis
tribus Sustinete hic 2 vigilate mecum ut sopnum
dormicionis prohibens q tempus dormiendi no
erat/ s sopnum infidelitatis excludens q vos
fortiores esse sciebat ut dt Jo/ 2 exemplum humili
acionis tribuens i corde ait/ q pgressus
pusillum/ no longe a discipulis procidit i faciem
sua orans 2 dicens/ Mi pr si possibile e transeat
a me calix iste/ ppt iudeorum compassionem mea
2 morte pdicionem/ Veruntamen no sicut ego volo
s sicut tu sicut ppt omnium gencium salvacionem
Et talice preciosi ab eo transire quantu ad naturalem
humane affeccionem nalem/ s voluntate dei patre
bat fieri quantu ad racionis deliberacionem Et q i
tempestate noctis erat/ 2 oculi discipulorum
a tristicia erant gravati/ ppt illa q ihs xps
pdixerat veniens ad discipulos suos invenit
eos dormientes/ 2 singulariter arguit petrum
q forcior alijs erat i pmittendo vnd dicit
petro Vna hora no potuisti vigilare mecum Vi
gilate 2 orate ut no intretis in temptacionem
No dixit ut no temptemini orate/ quia hoc
e utile viris sanctis/ s ut no intretis i temp
tacionem/ i ut no temptacioni consenciatis/ Et
unusquisque debet orare q xps pmpt e cta
at insurg 2 sic ut dicat Jo o cot teme
rarios 2 psumptuosos qui putant se

xxvij.

consequi quod crediderunt. Nam quantum de ar-
dore meritorum confidimus, tantum de infirmitate carnis
pro timeamus. Tertio autem secundo et tertio orauit ad
ostendendum veritatem humane nature ut Christus dicit
ex quo secundo et tertio repetitur veritas sunt
demonstratiua. Secunda veritate monstrata et secunda
tate data venit ad discipulos suos et ait
illis Dormite iam et requiescite, ac si diceret
nec dormi parata sunt tunc potestis sentire futurorum
malorum pericula que ego sustineo dico, scilicet dico
requiescite. Et ecce appropinquat hora et filius ho-
minis tradetur in manus peccatorum. Sequitur enim pro dixit
horam. Quod quidem diuine dispositionis erat quod hoc
ageretur. Sequitur non autem humanis peccatorum,
ex quo in deteriore necessitate erat opus non quod
ipse esset peccatis obnoxius ut dicit Crisostomus.
Et ex voluntate passus est. Et subdit
Surgite eamus ecce appropinquabit qui me tradi-
turus est in manus peccatorum. Sed videtur hic textus
repugnancia esse ut dicit Augustinus, quia primo ait
Dormite iam et requiescite, et postmodum statim
adiungit Surgite eamus, quo modo potuerunt
requiescere quos cogebat statim ire ut sur-
gerent. Ad quod eciam Augustinus, quod intelligendum
est Ihesum Christum aliquantulum post siluisse postquam
dixit Dormite iam et requiescite, et mo-
dica quiete data Ihesus Christus dixit quod ait
Marcus Sufficit, scilicet satis dormistis. Sur-
gite eamus, ac si diceret Non inueniet nos quasi
mortem timentes, sed ultro pergamus ad mortem
ut confidenciam et gaudium passuri videat
sicut expositum est. ¶ Sed hic primum ex isto
dubitationes. ¶ Prima utrum congruum fuerit
Christum orare. ¶ Secunda utrum debuit tribus
vicibus orare antequam a Iudeis caperetur.
¶ Tertia utrum in sua oratione fuerit exaudi-
tus. ¶ Quarta utrum in eo fuerit tristicia.
¶ Quinta utrum ex timore mortis sudor

eius factus sit sicut sanguis. ¶ Sexto utrum
in sua oratione indiguit ab angelo confortari.
¶ Ad primam est dicendum quod secundum Damascenum tercio
libro capitulo xviii, Ihesus Christus in quantum deus
habuit omnia que deus pater habet preter
ingenerationem, et in quantum homo habuit omnia que
Adam habuit preter peccatum. In quantum ergo Ihesus Christus
fuit verus homo habuit veram humanam
voluntatem, et in quantum homo habuit perfectam caritatem
que in prima creacione eius voluntati Ihesu
Christi infusa fuit caritas. Non ad in sua
et in quantum homo habuit capitis dignitatem
et propter istam Ihesus Christus conueniebat orare
tripliciter. Primo pro se ad exprimendum nostre humane
et naturalis voluntatis et sensualitatis affectum,
quod erat mortem refugere. Et sic orauit
cum dixit Pater mi si possibile est transeat a me
calix iste. Secundo pro suis crucifixoribus et perse-
cutoribus ad exprimendum perfectum caritatis
inimicum, et sic orauit Luce 23 cum dixit
Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt.
Tercio pro suis membris ad dandum nobis pri-
marium orationis exemplum, ut sic apostoli quos
pro se relinquebat orarent pro alijs
sicut ipse caput omnium orans pro eis orabat.
Et sic orauit Iohannis xvii cum ait Non rogo
ut tollas eos de mundo sed ut serues eos
a malo, et non solum rogo pro eis sed pro hiis
qui credituri sunt in me per verbum eorum.
¶ Ad secundam est dicendum quod secundum doctores Ihesus Christus tribus vicibus
orauit propter tres testes et tres apostolos quos
in oratione assumpsit, ut in ore duorum vel
trium stat omne verbum. Et sic tres
fuerunt testes eius supplicationis. Secundum
tres eius orationes. Secundo ut nos doceret
eo quod ter orauit, ut de malis preteritis
petamus veniam, de presentibus tutela
et remedium, de futuris periculis cautela et

subsidium. Vn in missa dicat sacerdos
Libera nos qs dne ab oibus malis pteritis
pntibus et futuris. Vel ut omnis nra
oracio dirigat ad patrem et filium et spm
sctm. Sed sm aug in qdm libro enmag
ppt triplicem temptacoem intelligendum e ter
xpm ihm xpm orasse. Pma e temptacio
cupiditatis auaricie et huic oppo timor
mortis. Amara enim e mors hoi hnti
pacem in vita sua et sua spes. Scda e tempta
cupiditatis honoris et excellencie et huic op
ponitur timor ignominie et contumeliarum.
Tercia e temptacio cupiditatis leticie et huic
opponitur timor doloris et tristicie. Ut ergo tp
temptacoem ihs xps suo exemplo doceret nos tbl
vialibus orare et anxi in postulac. Ad
tercium e dicendum qs sm damascenum 3o li ca 24o
oro e peticio intellectus decencium a deo
vel ascensus intellectus in deum. Ascendere g
in deum et petere aliqua a deo ptinet ad in
tellectum. Non tn intellcs deo debz petere
nisi decencia. In ihu xpo aut aliq erat
decencia bona nalia sicut in nobis ut nol
le mori et nolle pati q nalis voluntas
nalr respuit sicut et conseruari in ee nalr
appetit. Nam ut dr damascenus 2o li ca 23o
voluntas nalis e simplex volendi virtus
q e possibilium et impossibilium et eorum q sunt
in nobis et non in nobis. Nam volumus tali vo
luntate nunquam mori qd tn e impossibile et
volumus nigres fieri qd non e in nobis. Aliq
non erant bona decencia electiue et finalr
ut velle qd e deo placitum et acceptum
et humano generi congruum ad redempcoem
sue salutis. Et ista voluntas apellatur a
damasceno finalis quia non vult nisi illa
q sunt indicata et iudicata eo conueniencia
ad finem vltimum consequendum. Intellcs
go ihu xpi tanquam aduocatus vtriusque ptis
et vtriusque voluntatis nalis et finalis quia
oracione pposuit bona decencia voluntati nali
qua ait Pater si possibile est transeat calix iste a me. Que
non pposuit bona decencia voluntati
finali. Quia ait verumtamen non sicut ego
volo sed sicut tu vis. Cum g querit an
omnes oroes xpi sunt exaudite dicendum e q
in peticoe decencia et conuenienciam voluntati
finali oes eius oroes exaudite sunt, sed pe
ticoe decencia et conueniencia voluntati natali
non sunt exaudite quia nec ille intendebat eas
sua voluntate exaudiri. Ad quarta e dicendum
qs sm damascenum 2o li ca xv tristicie quatuor
sunt species. Pma accidia q e tristicia motem
aggrauans et racoem pturbans. Scda e inuidia
q e tristicia de alienis bonis. Tercia e achos
q idem sonat quod tristicia vocem auferens.
Quarta e mia q est tristicia de alienis malis.
Pma igitur tristicia q e accidia mentem aggrauans
et pturbans in xpo non fuit quia leticia vis
fruct diuinitatis et gaudium superiores virium
non redundabat ad inferiores sicut passio
sensualitatis et apprehensio mortis tanquam finis
omnium tribulacionum in nullo pturbabat mentem
ihu xpi nec pmouebat ad superiores ptes
roins sed vtraque natura vel potencia
mittebat agere quod suum erat ita q q
erat hominis super hoiem agebat et paciebatur
ut damascenus dicit. Scda tristicia q e inuidia
inuidia in xpo non fuit quia talis repugnat
caritati q xpc ihus xpc plenus fuit. Sed
tristicia q e achos vocem auferens qualis
pt euenire in aliquo ex apprehensione alicuius
tribulacionis quam homo naliter refugit communis
mens non negat in ihu xpo fuisse.

tunc propheta david in persona ihesu christi post illud
Laboravi clamans raucae factae sunt fauces meae
In pugno illo dicat Augustinus ad litteram nusquam
non legitur ihesum christum raucum fuisse. Communis
propheta hoc dicat. Ideo christus raucus dicitur fuisse
quia saepe clamavit, vae vobis scribae et pharisaei
Et vae mundo a scandalis, et tamen nec eius votum
fuit impletum nec ab eis exauditus. Ad lit-
teram potest dici ihesum christum raucum fuisse in
passione factum ut propheta ait. Eodem mo-
do quae est tristicia de malis alienis in ihesu
christo perfecte fuit, unde supra in illo Tristis est
anima mea usque ad mortem. dicit [illegible] quod contristabatur
dominus non timore passionis quia adhuc venerat
et potuit volente impedire fortiter [illegible]
erat sed propter infelicissimum iudam et scandalum
omnium apostolorum et reiectionem populi iudeorum et ever-
sionem [illegible] Tristabatur ergo de
alienis malis quod est mia [illegible] Ad quintam est dicendum
quod si dicatur ihesum christum ex timore sudasse omnem
difficultatem expedire et ex timore quod quia
hilarius super illo, Ait pater transeat calix iste
a me dicat quod non orat ihesus christus ut calix
mortis et passionis transeat ab eo quia hoc esset
timentis oratio, sed orat ut ab eo transeat in
alios, ut si diceret Sicut a me bibitur calix
mortis sic a me transeat in alios quod conditum
sit in me ut sic bibat ab eis absque timore
et diffidentia spei et sine amissione fidei. Non
quod ihesus christus timuit. Ergo non dicitur ex timore timore
emisisse sudorem vi dicitur [illegible] eius
quod dicitur quia timor videtur repugnantia habere
ad sudorem, quia sudor videtur accidere ex calore
sive ex forti calore intrinseco vel extrinseco
sudor insurgit in homine, timor non magis
accidit ex frigore vel ex pallore quia sicut
homines dimittentes campos et plani-
cies et fugientes ad castra civitatem

et arte timet sic sanguis qui est amicus
naturae qui dimittit membra exteriora
frigida et pallida et recurrit ad cor
sanguinem est timor. Vel igitur ihesus christus non
timuit sed sudavit in passione, vel si
timuit non sudavit, utrumque tamen dicitur
evangelista fuisse in ihesu christo tempore passionis
Nam Marcus dicit, Cepit ihesus tedere
et pavere. Lucas non ait quod factus est sudor
eius sicut guttae sanguinis decurrentis in
terram. Primam ergo difficultatem solvit
damascenus 3o libro, capitulo 23o dicens timorem
naturalem quo quis naturaliter refugit mortem
et naturaliter appetit vitam et subsistere vere
fuisse in ihesu christo longe tamen aliter quam in nobis
quia nobis involuntarie et ignoranter timemus
sed ihesus christus timere et tristicia et omnes naturales
passiones voluntarie assumpsit et horam
mortis et tempus non ignorabat. Secundam diffi-
cultatem aliter solvit Beda, aliter Augustinus
et aliter Theophilus. Nam Beda dicit quod infir-
mitati ihesu christi deputandum non est quod san-
guine sudavit quia contra naturam est sanguinem
sudare, sed deinde intelligere manifeste hoc esse
factum ut probaret significare quod infidelitate
suorum discipulorum quia humana fragilitate
metuebant suo sanguine purgabat. Augustinus
autem dicit quod ihesus christus orans sudore sangui-
neo significabat de corpore suo toto quod
est ecclesia emanatura omnia martiria. Theo-
philus autem dicit hoc esse dictum per similitudinem. Cum
enim quibus guttas grossas sudoris emittit
sanguine sudare dicitur, et potuisse talis sudor
grossus et sanguinolentus accidere ex timore
mortis propterea quod extra calorem videmus eum quem
in loco morti appropinquat membra infrigidari
et grossissimum sudorem emittere quia natura
non est potens ut illud quod emittit

possit subtiliare et purgare. Quod autem Christo tam est dictum quod secundum Bedam angelos legiones Ihesu Christo affuisse ad ministrandum cum in deserto. Et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei. Et ad confortandum Luc. 22. Apparuit autem ei angelus domini confortans eum. Ut per hoc in Ihesu Christo intelligamus fuisse veram divinitatem secundum quam debebat eum angelorum obsequium et veram humanitatem secundum quam debebat eum angelorum subsidium. Et sicut ipse in natura assumpta fuit tristis et timore mortis similiter sic in tali natura indiguit angelo confortari. Theophilus tamen dicit quod per talem confortationem demonstrata est virtus orationis ut discamus in adversis per orationem proponere quod angelum domini confortatorem habemus. Ita de multis sanctis legimus quod in tempore martirio per angelorum visionem sunt confortati et roborati. Quid autem angelus dixit Ihesu Christo dicit Theophilus quod cum angelus Ihesu Christo apparuit oranti glorificavit eum dicens: Domine quomodo times mori, tu namque es virtus et tu solus potes contra mortem et infernum genus humanum a morte liberare.

lectio vii

Lectio septima

Adhuc eo loquente ecce Judas unus de xii. et cum eo multa turba cum gladiis et fustibus missi a principibus sacerdotum et senioribus populi. Qui autem tradidit eum dedit eis signum dicens: Quemcumque osculatus fuero ipse est, tenete eum. Et confestim accedens ad Ihesum dixit: Ave Rabbi. Et osculatus est eum. Dixitque illi Ihesus: Amice ad quid venisti? Tunc accesserunt et manus iniecerunt in Ihesum et tenuerunt eum. Et ecce unus ex hiis qui erant cum Ihesu extendens manum exemit gladium suum et percuciens servum principis sacerdotum amputavit auriculam eius. Tunc ait illi Ihesus: Converte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrem meum et exhibebit mihi modo plus quam xii legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripture quia sic oportet fieri? In illa hora dixit Ihesus turbis: Tamquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me. Cottidie apud vos sedebam docens in templo et non me tenuistis. Hoc autem totum factum est ut adimplerentur scripture prophetarum.

Sicut supradicebam evangelista ponit Ihesum Christum amicis captorum et debitorum. Quia in hoc gloriosa completa oratione Ihesus Christus voluntarie persecutoribus se exhibuit dicens: Surgite eamus. Ecce appropinquat qui me traditurus est. Johannes evangelista manifestat quomodo sit a persecutoribus captus et detentus dicens quod adhuc eo loquente ecce Judas unus de xii. scilicet immo non minus iam cum discipulis erat quam magistrum tradebat. Venit ad locum ubi sciebat Ihesum Christum esse quia ut beatus Johannes dicit sciebat Judas quod in tali loco frequenter conveniebat Ihesus Christus cum discipulis suis tam orationis et instructionis quia a tumultu personarum erat semotus. Non tamen venit solus sed cum eo turba multa missi a principibus sacerdotum et senioribus populi. Nam cum isti solum accepit cohortem ut Johannes dicit non Iudeorum sed Pilati. Habebat namque Pilatus milites aliquos quos nunc berrovarios appellamus deputatos ad capiendum malefactores. Illos quos perquisivit pontifices Iudeorum ut cum ministris eorum dicta [illegible] quia persecutionem tam diu faciebat ne forte aliqui intenderent eum eripere de manibus ministrorum eorum et venerunt muniti quia cum gladiis et fustibus et facibus et laternis ut dicit beatus Johannes.

xxvij

ne forte latitarent in aliquo loco quia aliquando vo-
luerunt eum capere et ipse abscondit se et eis
inspectantibus exivit de templo. Vel quia multa
iam ardebat in ihesum xpistum dubitantes ne
vellentes eum liberare contra absconsi insidias
ponentes. Vel dubitantes ne ipse secundum opinionem
iudeorum in beelzebub principe demoniorum pu-
tabatur demonia eicere aliquibus maleficiis
uteretur et sic manus eorum evaderet. Propter ista
ergo tria secundum Io. detulerunt arma cum la-
ternis. Et quia aliquando transfiguratus fuerat coram
apostolis ne error esset in capiendo ipsum ideo
Iudas qui tradidit eum dedit eis signum dicens
Quemcumque osculatus fuero ipse est tenete eum
Sed ihesus xpistus respuit osculum proditoris
non quia simulare nos doceat, sed ne proditionem
fugere videatur libenter suscepit osculum unde
ait quia confestim accedens ad ihesum ait Ave
Rabbi et osculatus est eum. Rex quia osculari est
amica non proditoris ideo xpistus dixit illi
Amice ad quid venisti, ac si diceret. Osculans
et impediaris nomen ad quid veneris amicum
fingis cum proditor sis. Secundum Aug.
quia hoc dixit ihesus xpistus illud quod ponit lucas
Iuda osculo filium hominis tradis. Secundo
adiecit quod dicit Math. Amice ad quid
venisti, tamquam diceret. Amici est osculari
amicum sed ad hoc tu non venisti. Tercio
addidit quod beatus Ioh. ponit Quem queritis
Ad ostendendum quod nisi voluisset eum tenere
non potuissent. Ideo retro ceciderunt in terram
quando dixit non ait Si ergo me queritis sinite
hos abire. Et tunc data eis potestate capi-
endi accesserunt irruerunt et manus iniecerunt
violenter et tenuerunt eum vinctum. Et quia ut
dicit beatus Lucas ihesus xpistus secunda cena
dixerat suis discipulis Qui habet

tunicam vendat et emat gladium Et qui habet
sacculum tollat similiter et peram Cum viderent
dixerunt ecce gladii duo hic. Et convenientes
erant in cena illa esse. scilicet gladios propter
agnum paschalem quem comederunt ut dicit
Crisostomus. Istos ergo gladios apostoli audientes per-
secutores venturos ad capiendum ihesum xpistum
secum detulerunt ad ortum in campis illum
contra persecutores qui pro magistro eorum pugnature
ut dicit Crisostomus. Unde ait et magister quod credibi-
lius qui erant cum ihesu extendens manum
exemit gladium et percussit servum principis
sacerdotum amputans auriculam eius dexteram
ut Lucas ponit et beatus Io. describit percucien-
te et percussum. Nam percussor beatus petrus
ex nimio zelo ihesu xpisti eius preceptum vel
visum non expectavit sed statim percussit
et nomen percussi fuit Malchus. Quem cum teti-
gisset ihesus xpistus sanavit eum reddens sibi bo-
num pro malo. Quod ideo fecit, quia ad captivand
ia venit et quod in eo erat factum. Nam
iste postmodum alapam dedit ihesu xpisto dicens Sic
respondes pontifici ut Crisostomus dicit. Ihesus xpistus tamen
zelum apostoli noluit ulterius progredi. Unde ait
Converte gladium tuum in locum suum. An putas
quia non possum rogare patrem meum et exhibebit mihi modo
plusquam xii legiones angelorum, tamquam si diceret
secundum Io. Non indigeo auxilio xii apostolorum
quia si omnes me defenderent pauca essent
potissime quia maius auxilium habere possum. Scilicet
xii legiones angelorum. Secundum enim Io. una
legio sex milibus hominum comprehendit. Unde
xii legiones lxxii milia angelorum faciunt
in quot gentes hominum lingua divisa est
Et propterea omnes apostolos confortabat quia tale
auxilium habere poterat. Et propterea quia subdit Quo-
modo ergo implebuntur scripture quia sic oportet
fieri ac si diceret. Implerentur prophetie in eam

passionem pdixissent si impleri no
deberet Concludit ult tm quod oude
bat ihm xpm voluntarie pati d. qr
i illa hora dixit ihus turbis Tamq ad
latrone exijstis cu gla et fust cop me cot
e ap vos i te do et no me tenuistis
Hz totu hc fctm e ut adimple scptue
pphaz / ac si d s so^m i Latinis offiu est
latere latitare et latet nocere vn latro
nes alatitando dci sunt ego aut no
lateo et absconsus sum q nullu offendi
s multos ex vos docui et sanam sed
semp in teplo et i sinagoga vbi oes iude
conuenit Consulta g fuit illu cu gla
dys et fustibs qre et i nocte ai latnis
qui latitabit pditore inuestigare qsi ?
apud illos i loco maifesto fuit Sz
q vos no erat ausi i teplo me cape
ppt tba me defendetez ego sicut pu
yd voluntarie foras veni ut cape
et loco vobis dare apta me capiendi alr
scptue pphz impleri no posset q oes
pphauerunt me passuz a vobis p salute
huani gnis / Sed hic pnit ee sex
dubitatoes pa utz ihus xps noluit
p traditoz sua et morte Sa utz ostu
lum fuerit signu dctu a iuda ad capi
endu ihm xpm Tercia utz sufficiat
duos gladios ee i cena Qrta utz
utraq gladio cata possit ponte Qnta
utz ois q accipit gladiu sit gladio pi
tur Sexta utz exercitus anglos p le
giones sit ordinat. Ad pm e dicendu q
i traditoe et morte ihu xpi aliqd fuit qd
ipe voluit aliq volun^te / aliqd qd noluit vo
luntate nali et aliqd qd voluit volun^te
electiua Na opatoz iude et pncip iude
oru xpus ihus noluit aliq volun^te

q eoz opatoez et cogitacoez q moti st ad t
dedu ihm xm et int ficiendu erat tanq
mala sicut oia alia pcta Sz ult tn tradio
iude et opacio iudeoz erat sufficiens causa
mortis et passionis q sufficiet fecerunt
id vnde passio et mors ihu xpi subsequeba
t e ideo morte et pena ho nali respuit q
apphendit ea ut nociua et destitua na
x9 nali volun^te talia nolebat ymo dabat
ut fugeret ab eo / Sz volunt^e electiua tradi
cioz iude et opacioz iudeoz ihs x^us dici volu
isse dupl^r pa q potuit impedire et no im
pediuit potuit eni volun^te iude et iudeoz inmutare
ut no procurarent morte eius potuit cor
pus suu ab omni lesione seruasse si voluiss
ut sicut ambulauit sup mare et no fuit
corpus ei9 submersum sic potuit ipm
subponere passionib9 et fugere et no fuiss
pforatu / et potuit suo impio et anglo
obsequio oes psecutores occidere Sco ihs
tradicioz et morti voluit i qtm ut habebat
racon pene acceptabat ex car^te p salute
huani gnis / vt bm dca pt q tradico
iude et opacio iudeoz ut fuit mala et
culpabil nec pcti commissiua no fuit volita
a xpo aliq volun^te / vt no nec nociua
et corruptiua no fuit volita nalr Sz
aut satisfactoria fuit volita finalit
Ad scdm e dicendu q doctores tres mos assignat
i quib9 iudas monstrari potuit ut ppg^o
ad tradendu ihm xm venit osculo p^9
mo^9 e q iudas noluit aliqua inuencoa
magro ferre Cu eni fuiss ei9 discipls
no audebat maifeste ut inimic9 i eu
irruere Sed sub specie fuit osculo Sz9 mo9
e q hc io fecit q timuit q si ipe tanq
aduersariu maifestu se i pncipio ondiss
discipli sibi tanq euadendi et se inuisibile

faciendi potissime quia ipse intsuerat qn
modo voluit eum alias apprehendere et ipse tamquam
per medium illorum ibat non visus ab aliquo
Tamen modo quod magis approbat hoc est quod inter
omnes proditores ut fingentes amare veritatem
osculi signis utuntur Nam cum osculum sit signum
summum dilectionis tradidit Iudas suo prin
cipi cum dolositate sub osculi signo latente
Secunda conclusio est quod cum ihesus xpc diceret disci
pulis Luc 22 Nunc qui habet tunicam vendat
et emat gladium et audiret ab eis Domine ecce
gladii duo hic ihesus xpc respondit Satis est
per quod intelligi possunt ut dicunt Bernardus Eugenio sufficere
duos gladios id est circa duas potestates quarum
una regalis est et alia spiritualis Et planum
est quod quelibet potestas portat suum gladium
sicut apostolus ad Ro 13 Si male egeris potestatem
time Non enim sine causa gladium portat Et gela
sius papa dicit Anastasio imperatori et ponitur
96 di Duo sunt quippe imperator auguste
quibus mundus iste principaliter regitur auctoritas
sacra pontificum et regalis vel imperialis potestas
Nam per gladium corporale quo utuntur imperatores
separatur anima a corpore naturali et per gladium spiritualem
quo utuntur ecclesie pastores separatur anima a corpore
mistico et a congregatione fidelium Si enim ut
dicit Bernardus Eugenio isti duo gladii non sufficerent
ad regendum mundum ihesus xpc non dixisset
Satis est sed minus est Tertia conclusio est quod
per ente utroque gladio potest intelligi duplex
potestas scilicet per immediata iurisdictione vel per non imme
diata coercitione Primo modo utrumque gladium
immediata iurisdictione habet ecclesia non sit
dispensatio sed tribulis ut casus et actus ordina
ta isti duo gladii submittuntur deinde Corporalis
palis ut eius imperio et precepto evaginatur
et in vaginam remittatur Secundo modo corporalis gladius
immediata coercitione ecclesia assumere non debet
nisi in quibusdam casibus qui notantur extra

Si filii sunt liceat etc hoc patet videntes sacra
mentorum quorum pastores et ecclesie sunt administrato
res et per imitationem apostolorum qui non armis
corporalibus sed spiritualibus totum regnum et principatum
mundi ihesu xpo obmiserunt ut Crisostomus dicit super
illo verbo Luc 22 Nunc qui vendat tunicam et emat
gladium Mirandum est quod ihesus xpus discipulos
armari precipit cum paulo ante dixisset
Si quis percusserit vos in una maxilla
prebete ei et alteram Nam si precipit vos
oportebat utique sufficiebat solum habere gla
dios ymo galeas et loricas oportuisset
eos induere quo et tot tot milia
tirannorum et nationum sufficeret arma xpi
apostolorum non ostendere et bellare sed in sanguinibus et
agiis psalmi verum dicunt per gladios qui eme
rent ut Crisostomus dicit insidias iudeorum instantes
esse eum intelligens ihesus xpus Nam facta est
collectio cum discipulis quis eorum videtur esse ma
ior ut eos ab illa presumptione compesceret dixit quando
cum misi vos sine sacco et pera numquid aliquid
defuit vobis Et illis dicentibus nichil
dixit ihesus xpus Nunc autem qui habet tunicam vendat
et emat gladium ac si diceret Non est nunc tempus loquen
di de pace et de prerogativis quis maior sit
sed magis est tempus loquendi de plagis et de gladiis
Nam ego qui sum magister vado ad horribilem
mortem et illa que scripta sunt de me finem
habent Quarta conclusio est quod Augustinus in libro
contra manicheos et ponitur 23 q 1 sic
exponit istud verbum Omnis qui acceperit
gladium gladio peribit dicit quod ille qui minister
accipit gladium et per quem mittitur gladio
perire qui nulla superiori potestate iubente
vel concedente contra sanguinem alicuius armatur
Iohannes non ad deo quibus dicit sex conclusionibus sic quod
ponit dicit quod sed licet secundum nulla gladio
interficiunt et tamen ipsi gladio non moriuntur
sed vel forte moriuntur febre aut forte

suspenduntur aut crucifiguntur. Nam latrones
qui crucifixi sunt cum Ihesu Christo multos occide-
rant, ut et ipsi crucifixerentur qui occiderant, pro-
pter quod sunt crucifixi. Est et secundum Augustinum sensus
quod gladio interficiens gladio moriatur,
quia eo peccato anima moritur et interficitur quo ipse
peccans committit peccatum. Si enim gladio
homo peccatum committit, tali peccato gladio commis-
so anima morietur et iudicabitur; et si lingua
peccatum committit, ipso peccato lingua commisso
homo iudicabitur et morietur; et sic universaliter
de omnibus. Remigius: non dicit quod homo utens gla-
dio ad interficiendum ipse peribit, sive mali-
cia gladio morietur. [illegible] est dicendum quod
secundum Remigium legio sex milibus hominum comple-
batur; xii ergo legiones faciunt hominum [illegible]
angelorum, per quem numerum lxxii linguarum signi-
ficatur, scilicet quorum omnes tempore Titi et Vespasiani
insurrexerunt contra Iudeam, et tunc impletum
est: pugnabit pro eo orbis terrarum contra insen-
satos. Et secundum Augustinum ad Romanos: sicut militum
legionum militie mundialis ordinate sunt,
legiones angelorum celestis militie milita-
cium contra legiones demonum. Nam omnis mili-
cia constituta est contra adversarios. Erant ergo
demones ordinati sic ad impugnandum homines,
ita angeli tamquam milites Dei nobis in auxilium
dati contra demones per legiones et acies sunt ordinati.

Lectio viii

Tunc discipuli omnes
relicto eo fugerunt. At illi tenentes
Ihesum duxerunt illum ad Caypham principem
sacerdotum, ubi scribe et pharisei et seniores conve-
nerant. Petrus autem sequebatur eum a longe usque in
atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro sede-
bat cum ministris ut videret finem. Principes autem
sacerdotum et seniores et omne concilium querebant
falsum testimonium contra Ihesum ut eum morti tra-
derent, et non invenerunt, cum multi falsi testes
accessissent. Novissime autem venerunt duo
falsi testes et dixerunt: Hic dixit: Possum destru-
ere templum Dei et post triduum reedificare illud.
Et surgens princeps sacerdotum ait illi: Nichil re-
spondes ad ea que isti adversum te testificantur? Ihesus
autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi:
Adiuro te per Deum vivum ut dicas nobis si tu
es Christus filius Dei. Dicit illi Ihesus: Tu dixisti.
Verumtamen dico vobis, amodo videbitis filium
hominis sedentem a dextris virtutis Dei et venientem
in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotum scidit
vestimenta sua dicens: Blasphemavit. Quid
adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis
blasphemiam. Quid vobis videtur? At illi re-
spondentes dixerunt: Reus est mortis. Tunc
expuerunt in faciem eius et colaphis eum ceci-
derunt. Alii autem palmas in faciem eius dederunt
dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui
te percussit. Postea Christi amicis capere et
detinere [illegible]
eius adversarii eius denunciatorum. Dedit enim Crisostomus
quando Ihesus postea detentus est et ligatus, amicis et
quos manus iniecerunt in eum apostoli non fugerunt,
sed quando audierunt Ihesum postea dicere: hoc autem totum
factum est; quasi tamquam latronem comprehendistis me ut
impleantur scripture prophetarum. Videntes quod vo-
luntarie morti et passioni se tradebat, non sperantes
amplius hunc locum evadere, relicto
eo omnes fugerunt. Et quomodo fugerunt omnes,
cum beatus Iohannes dicat: et sequebatur eum Petrus et alius
discipulus? Ad quod potest dici quod omnes tunc
fugerunt amplius ut presidium non prestando,
sed non omnes fugerunt corporaliter se absentan-
do. Vel primo omnes fugerunt, sed postmodum
Petrus et Iohannes, qui se alium discipulum no-
minat, redierunt. Vel omnes fugerunt, sed isti
duo non ex toto, sed aliquantulum longe se-
quebantur. Fugientibus ergo discipulis
cohors et ministri Iudeorum tenuerunt Ihesum

xxxix

2 duxerunt eum ad Cayphan principem sacerdotum ubi scribe 2 pharisei convenerunt Et Johem unum duxerunt eum primum ad Annam qui erat socer Cayphe Erat autem Johes unus de discipulis eius Hii erant principes sacerdotum Anna 2 Cayphas Sub principibus militant sacerdotum Anna 2 Caypha factum est verbum domini super Johem filium Zacharie in deserto Et venit omnis populus ad eum et baptizabantur ab eo Et ecce coepit contentio inter discipulos Johannis et Judeos de purificatione Et venerunt ad Johem et dixerunt ei Rabbi ecce iste qui erat tecum trans Jordanem cui tu testimonium perhibuisti ecce hic baptizat et omnes veniunt ad eum Respondit Johes et dixit non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de celo Vos mihi testimonium perhibetis quia dixi non sum ego Christus sed quia missus sum ante illum Qui habet sponsam sponsus est Amicus autem sponsi qui stat et audit eum gaudio gaudet propter vocem sponsi Hoc gaudium meum impletum est Illum oportet crescere me autem minui Qui de sursum venit super omnes est Qui autem de terra est de terra loquitur Qui de celo venit testimonium suum quod vidit et audivit hoc testatur et testimonium eius nemo accipit Qui autem accepit testimonium eius signavit quia Deus verax est Quem enim misit Deus verba Dei loquitur non enim ad mensuram dat Deus spiritum Pater diligit filium et omnia dedit in manu eius Qui credit in filium habet vitam eternam Qui autem incredulus est filio non videbit vitam sed ira Dei manet super eum

Cum ergo cognovisset Jesus quia audierunt pharisei quod Jesus plures discipulos facit et baptizat quam Johes Quamvis Jesus ipse non baptizaret sed discipuli eius Reliquit Judeam et abiit iterum in Galileam Oportebat autem eum pertransire per Samariam Venit ergo in civitatem Samarie que dicitur Sichar iuxta predium quod dedit Jacob Joseph filio suo Erat autem ibi fons Jacob Jesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem Hora erat quasi sexta Venit mulier de Samaria haurire aquam Dicit ei Jesus da mihi bibere Discipuli enim eius abierant in civitatem ut cibos emerent Dicit ergo ei mulier samaritana Quomodo tu Judeus cum sis bibere a me poscis que sum mulier samaritana Non enim coutuntur Judei Samaritanis Respondit Jesus et dixit ei Si scires donum Dei et quis est qui dicit tibi da mihi bibere tu forsitan petisses eum et dedisset tibi aquam vivam Dicit ei mulier Domine neque in quo haurias habes et puteus altus est unde ergo habes aquam vivam Numquid tu maior es patre nostro Jacob qui dedit nobis puteum et ipse ex eo bibit et filii eius et pecora eius Respondit Jesus et dixit ei Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum sed aqua quam dabo ei fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam Dicit ad eum mulier Domine da mihi hanc aquam ut non sitiam neque veniam hic haurire Dicit ei Jesus Vade vocem virum tuum et veni huc Respondit mulier et dixit non habeo virum Dicit ei Jesus bene dixisti quia non habeo virum Quinque enim viros habuisti et nunc quem habes non est tuus vir hoc vere dixisti Dicit ei mulier Domine video quia propheta es tu Patres nostri in monte hoc adorabant et vos dicitis quia Jerosolimis est locus ubi adorare oportet Dicit ei Jesus Mulier crede mihi quia venit hora quando neque in monte hoc neque in Jerosolimis adorabitis patrem Vos adoratis quod nescitis nos adoramus quod scimus quia salus ex Judeis est Sed venit hora et nunc est quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate Nam et pater tales quaerit qui adorent eum Spiritus est deus et eos qui adorant eum in spiritu et veritate oportet adorare Dicit ei mulier Scio quia messias venit qui dicitur Christus Cum ergo venerit ille nobis annuntiabit omnia Dicit ei Jesus Ego sum qui loquor tecum Et continuo venerunt discipuli eius et mirabantur quia cum muliere loquebatur Nemo tamen dixit quid interrogas aut quid loqueris cum ea Reliquit ergo hydriam suam mulier et abiit in civitatem et dicit illis hominibus Venite et videte hominem qui dixit mihi omnia quecumque feci numquid ipse est Christus Exierunt ergo de civitate et venerunt ad eum

Interea rogabant eum discipuli dicentes Rabbi manduca Ille autem dixit eis Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis Dicebant ergo discipuli ad invicem Numquid aliquis attulit ei manducare Dicit eis Jesus Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me ut perficiam opus eius Nonne vos dicitis quia adhuc quatuor menses sunt et messis venit Ecce dico vobis levate oculos vestros et videte regiones quia albe sunt iam ad messem Et qui metit mercedem accipit et congregat fructum in vitam eternam ut et qui seminat simul gaudeat et qui metit Nam in hoc est verbum verum quia alius est qui seminat et alius est qui metit Ego misi vos metere quod non laborastis alii laboraverunt et vos in laborem eorum introistis

Ex autem illa civitate multi crediderunt in eum Samaritanorum propter verbum mulieris testimonium perhibentis quia dixit mihi omnia quecumque feci Cum venissent ergo ad illum Samaritani rogabant eum ut apud eos maneret Et mansit ibi duos dies Et multo plures credidere propter verbum eius Et mulieri dicebant quia iam non propter tuam loquelam credimus ipsi enim audivimus et scimus quia hic est vere salvator mundi Christus

Post duos autem dies exivit inde et abiit in Galileam Ipse enim Jesus testimonium perhibuit quia propheta in patria sua honorem non habet Cum venisset ergo in Galileam excepere eum Galilei Videntes omnia quecumque fecerat Jerosolimis in die festo Et ipsi enim venerant ad diem festum

Venit ergo iterum Jesus in Cana Galilee ubi fecit aquam vinum Et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum Hic cum audisset quia Jesus adveniret a Judea in Galileam abiit ad eum et rogabat eum ut descenderet et sanaret filium eius incipiebat enim mori Dixit ergo Jesus ad eum Nisi signa et prodigia videritis non creditis Dicit ad eum regulus Domine descende priusquam moriatur filius meus Dicit ei Jesus Vade filius tuus vivit Credidit homo sermoni quem dixit ei Jesus et ibat Iam autem eo descendente servi occurrerunt ei et nuntiaverunt dicentes quia filius eius vivit Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit Et dixerunt ei quia heri hora septima reliquit eum febris Cognovit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei Jesus filius tuus vivit et credidit ipse et domus eius tota Hoc iterum secundum signum fecit Jesus cum venisset a Judea in Galileam

Erat autem pascha Judeorum et ascendit Jesus Jerosolimam Est autem Jerosolimis probatica piscina que cognominatur hebraice Bethsaida quinque porticus habens In his iacebat multitudo magna languentium cecorum claudorum aridorum expectantium aquae motum Angelus enim domini secundum tempus descendebat in piscinam et movebatur aqua Et qui prior descendisset post motionem aquae sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate Erat autem quidam ibi homo triginta et octo annos habens in infirmitate sua Hunc cum vidisset Jesus iacentem et cognovisset quia multum iam tempus habet dicit ei Vis sanus fieri Respondit ei infirmus Domine hominem non habeo ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam Dum autem venio ego alius ante me descendit Dicit ei Jesus Surge tolle grabatum tuum et ambula Et statim sanus factus est homo et sustulit grabatum suum et ambulabat Erat autem sabbatum in die illo Dicebant ergo Judei illi qui sanatus fuerat Sabbatum est non licet tibi tollere grabatum tuum Respondit eis Qui me sanum fecit ille mihi dixit Tolle grabatum tuum et ambula Interrogaverunt ergo eum Quis est ille homo qui dixit tibi Tolle grabatum tuum et ambula Is autem qui sanus factus fuerat nesciebat quis esset Jesus enim declinavit a turba constituta in loco Postea invenit eum Jesus in templo et dixit ei Ecce sanus factus es iam noli peccare ne quid tibi deterius contingat Abiit homo et nuntiavit Judeis quia Jesus est qui fecit eum sanum Et propterea persequebantur Judei Jesum quia hec faciebat in sabbato Jesus autem respondit eis Pater meus usque modo operatur et ego operor Propterea ergo magis quaerebant eum Judei interficere quia non solum solvebat sabbatum sed et patrem suum dicebat Deum aequalem se faciens Deo

Respondit ergo Jesus et dixit eis Amen amen dico vobis non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem Quae enim ille fecerit haec et filius similiter facit Pater enim diligit filium et omnia demonstrat ei quae ipse facit et maiora horum demonstrabit ei opera ut vos admiremini Sicut enim pater suscitat mortuos et vivificat sic et filius quos vult vivificat Neque enim pater iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem Qui non honorificat filium non honorificat patrem qui misit illum Amen amen dico vobis quia qui verbum meum audit et credit ei qui misit me habet vitam eternam et in iudicium non venit sed transit a morte in vitam Amen amen dico vobis quia venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filii Dei et qui audierint vivent Sicut enim pater habet vitam in semetipso sic dedit et filio vitam habere in semetipso Et potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est Nolite mirari hoc quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii Non possum ego a me ipso facere quicquam sicut audio iudico et iudicium meum iustum est quia non quaero voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me

Si ego testimonium perhibeo de me ipso testimonium meum non est verum Alius est qui testimonium perhibet de me et scio quia verum est testimonium quod perhibet de me Vos misistis ad Johem et testimonium perhibuit veritati Ego autem non ab homine testimonium accipio sed hec dico ut vos salvi sitis Ille erat lucerna ardens et lucens Vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius Ego autem habeo testimonium maius Johanne opera enim que dedit mihi pater ut perficiam ea ipsa opera que ego facio testimonium perhibent de me quia pater misit me Et qui misit me pater ipse testimonium perhibuit de me Neque vocem eius umquam audistis neque speciem eius vidistis et verbum eius non habetis in vobis manens quia quem misit ille huic vos non creditis Scrutamini scripturas in quibus putatis vitam eternam habere et illae sunt quae testimonium perhibent de me Et non vultis venire ad me ut vitam habeatis Claritatem ab hominibus non accipio sed novi vos quia dilectionem Dei non habetis in vobis Ego veni in nomine patris mei et non accipitis me si alius venerit in nomine suo illum accipietis Quomodo vos potestis credere qui gloriam ab invicem accipitis et gloriam quae a solo deo est non quaeritis Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud patrem Est qui accusat vos Moyses in quo vos speratis Si enim crederetis Moysi crederetis forsitan et mihi de me enim ille scripsit Si autem illius litteris non creditis quomodo verbis meis credetis

Post haec abiit Jesus trans mare Galilee quod est Tyberiadis Et sequebatur eum multitudo magna quia videbant signa quae faciebat super eos qui infirmabantur Subiit autem Jesus in montem et ibi sedebat cum discipulis suis Erat autem proximum pascha dies festus Judeorum Cum sublevasset ergo oculos Jesus et vidisset quia multitudo magna venit ad eum dicit ad Philippum Unde ememus panes ut manducent hi Hoc autem dicebat temptans eum ipse enim sciebat quid esset facturus Respondit ei Philippus Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis ut unusquisque modicum quid accipiat Dicit ei unus de discipulis eius Andreas frater Simonis Petri Est puer unus hic qui habet quinque panes hordeaceos et duos pisces sed haec quid sunt inter tantos Dixit ergo Jesus Facite homines discumbere Erat autem fenum multum in loco Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque milia Accepit ergo Jesus panes et cum gratias egisset distribuit discumbentibus similiter et ex piscibus quantum volebant Ut autem impleti sunt dicit discipulis suis Colligite quae superaverunt fragmenta ne pereant Collegerunt ergo et impleverunt duodecim cofinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis quae superfuerunt his qui manducaverant Qui ergo homines cum vidissent quod Jesus fecerat signum dicebant quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum Jesus ergo cum cognovisset quia venturi essent ut rapiant eum et faciant eum regem fugit iterum in montem ipse solus

Vespere autem facto descenderunt discipuli eius ad mare et cum navi ascendissent ibant trans mare in Capharnaum Et tenebrae iam factae erant et non venerat ad eos Jesus Mare autem magno flante vento exurgebat Cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta vident Jesum ambulantem super mare et proximum navi fieri et timuerunt Ille autem dicit eis Ego sum nolite timere Voluerunt ergo accipere eum in navem et statim fuit navis ad terram in quam ibant

Postera die turba quae stabat trans mare vidit quia navicula alia non erat ibi nisi una in qua ascenderant discipuli eius et quia non introivit cum discipulis suis Jesus in navem sed soli discipuli eius abierunt Alie autem venerunt navicule a Tyberiade iuxta locum ubi manducaverant panem gratias agente domino Cum ergo vidisset turba quia Jesus non esset ibi neque discipuli eius ascenderunt in naviculas et venerunt Capharnaum quaerentes Jesum Et cum invenissent eum trans mare dixerunt ei Rabbi quando huc venisti Respondit eis Jesus et dixit Amen amen dico vobis quaeritis me non quia vidistis signa sed quia manducastis ex panibus et saturati estis Operamini non cibum qui perit sed qui permanet in vitam eternam quem filius hominis vobis dabit hunc enim pater signavit deus Dixerunt ergo ad eum Quid faciemus ut operemur opera dei Respondit Jesus et dixit eis Hoc est opus dei ut credatis in eum quem misit ille Dixerunt ergo ei Quod ergo tu facis signum ut videamus et credamus tibi Quid operaris Patres nostri manna manducaverunt in deserto sicut scriptum est Panem de celo dedit eis manducare Dixit ergo eis Jesus Amen amen dico vobis non dedit vobis Moyses panem de celo sed pater meus dat vobis panem de celo verum Panis enim dei est qui descendit de celo et dat vitam mundo Dixerunt ergo ad eum Domine semper da nobis panem hunc Dixit autem eis Jesus Ego sum panis vitae qui venit ad me non esuriet et qui credit in me non sitiet umquam Sed dixi vobis quia et vidistis me et non creditis Omne quod dat mihi pater ad me veniet et eum qui venit ad me non eiciam foras quia descendi de celo non ut faciam voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me Haec est autem voluntas eius qui misit me patris ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo sed resuscitem illud in novissimo die Haec est autem voluntas patris mei qui misit me ut omnis qui videt filium et credit in eum habeat vitam eternam et resuscitabo eum ego in novissimo die

Murmurabant ergo Judei de illo quia dixisset ego sum panis qui de celo descendi et dicebant Nonne hic est Jesus filius Joseph cuius nos novimus patrem et matrem Quomodo ergo dicit hic quia de celo descendi Respondit Jesus et dixit eis Nolite murmurare in invicem Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me trahat eum et ego resuscitabo eum in novissimo die Est scriptum in prophetis Et erunt omnes docibiles dei Omnis qui audivit a patre et didicit venit ad me Non quia patrem vidit quisquam nisi is qui est a deo hic vidit patrem Amen amen dico vobis qui credit habet vitam eternam Ego sum panis vitae Patres vestri manducaverunt manna in deserto et mortui sunt Hic est panis de celo descendens ut si quis ex ipso manducet non moriatur Ego sum panis vivus qui de celo descendi Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita

Litigabant ergo Judei ad invicem dicentes Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum Dixit ergo eis Jesus Amen amen dico vobis nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam et ego resuscitabo eum in novissimo die Caro enim mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo Sicut misit me vivens pater et ego vivo propter patrem et qui manducat me et ipse vivet propter me Hic est panis qui de celo descendit Non sicut manducaverunt patres vestri manna et mortui sunt Qui manducat hunc panem vivet in eternum

Hec dixit in synagoga docens in Capharnaum Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt Durus est hic sermo et quis potest eum audire Sciens autem Jesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc discipuli eius dixit eis Hoc vos scandalizat Si ergo videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius Spiritus est qui vivificat caro non prodest quicquam Verba que ego locutus sum vobis spiritus et vita sunt Sed quidam ex vobis sunt qui non credunt Sciebat enim ab initio Jesus qui essent non credentes et quis esset qui traderet eum Et dicebat Propterea dixi vobis quia nemo potest venire ad me nisi fuerit ei datum a patre Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro et iam non cum illo ambulabant Dixit ergo Jesus ad duodecim Numquid et vos vultis abire Respondit ei Simon Petrus Domine ad quem ibimus verba vite eterne habes Et nos credimus et cognovimus quia tu es Christus filius dei vivi Respondit eis Jesus Nonne ego vos duodecim elegi et unus ex vobis diabolus est Dicebat autem Judam Simonis Iscariotis hic enim erat traditurus eum unus de duodecim

Et post hec non volebat in Judea ambulare quia querebant eum Judei interficere Erat autem in proximo dies festus Judeorum scenophegia Dixerunt autem ad illum fratres eius Transi hinc et vade in Judeam ut et discipuli tui videant opera tua que facis Nemo enim quod palam fieri vult in occulto facit Si hec facis manifesta temetipsum mundo Neque enim fratres eius credebant in eum Dicit ergo eis Jesus Tempus meum nondum advenit tempus autem vestrum semper paratum est Non potest mundus odisse vos me autem odit quia ego testimonium perhibeo de illo quia opera eius mala sunt Vos ascendite ad diem festum hunc ego non ascendo ad diem festum istum quia tempus meum nondum impletum est Hec cum dixisset ipse mansit in Galilea Ut autem ascenderunt fratres eius tunc et ipse ascendit ad diem festum non manifeste sed quasi in occulto

Judei ergo querebant eum in die festo et dicebant Ubi est ille Et murmur multus erat in turba de illo Quidam enim dicebant quia bonus est Alii autem dicebant Non sed seducit turbas Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Judeorum

